MN. 8

£ 8

T. 1.° solo pubblicato

IACOBI MORELLII

BIBLIOTHECAE REGIAE

DIVI MARCI VENETIARUM

CUSTODIS

BIBLIOTHECA

MANUSCRIPTA

GRAECA ET LATINA

TOMUS PRIMUS



BASSANI

EX TYPOGRAPHIA REMONDINIANA

A. MDCCCII.

****

PRAEFATIO

FACTUM est a me iampridem, & sane libenter, ut in codicibus manuscriptis excutiendis atque illustrandis operam impense ponerem, quae inedita reperissem annotarem aut exscriberem, ac bono litterarum consulens etiam evulgarem. In hanc occupationem, vel oblectationem potius illud me consilium impulit atque deduxit, quod, etsi monumentorum litteraturae multorum iacturam desperatam omnino esse animadverterem; quaedam tamen ea una de caussa, quod eruditorum sollertiumque hominum in

iis conquirendis atque vulgandis assidua & vehemens cura defuerit, pro deperditis falso haberi consuevisse cognoscerem. Illud vero animum magnopere addebat, quod exemplaria nova aliqua me semper inventurum esse certe sperabam ad scripta veterum emendanda opportuna; in quibus ut ne qua vel minima macula insit, operam dandam esse nemo non probe intelligit. Quem ego fructum ex huiusmodi studio ceperim, quemve in publicum commodum derivaverim, hoc loco præterire, quam dicere, satius omnino esse puto. At vero cum Annotationum de codicibus Græcis Latinis & Italicis copiosa supellex mihi adhuc sit, cuius promendæ occasio, vel etiam facultas defuit; ut in litterarum bonum & ipsa cedat, editione facere

re constitui. En itaque Annotationum eiuscemodi volumen primum, quod alia tempore excipient; si quidem satis commoda valetudine frui liceat, neque otium desit.

Latissimum disserendi campum copia codicum & varietas equidem obiiciebat: quod attamen indicium aut specimen eorundem præbere, non commentarios conficere, institutum meum sit, & vero esse oporteat; a studio autem retractandi quæ bene ab aliis explicata sunt abhorream; paucis mihi æque ac legentibus facere satis posse putavi. De indole textus veterum scriptorum commonstranda sollicitus, variarum etiam lectionum delectum pro opportunitate dedi: quo in operoso negotio ne maiora præstare possem, etiam occupationes multæ & variæ, quibus

distineri soleo, impedimento identidem fuere. Ad scripta tamen eiusmodi, longe omnium pretiosissima, ab erroribus, qui adhuc in iis hærent, vindicanda nonnihil me profuisse cum voluptate video. Codicum quinam usus in editionibus factus sit, quive homines eruditi eos consuluerint, dicere non prætermisi: cuiusmodi notitia in eorum qui denuo sint iis usuri commodum utique cedit.

Quod ad Græcos codices attinet, ii vel in bibliotheca Regia Divi Marci Venetiarum exstant, vel ex ea ante annos quinque ad Parisiensem delati sunt; omnes autem a Bessarione Cardinale Nicæno Reipublicæ Venetæ dono iam dati, in Indice Antonii Mariæ Zannetii & Antonii Bongiovannii opera

anno

anno 1740. Venetiis impresso comparent; iisdem omnino numeris notati, quos in hac mea Bibliotheca retinent. De iis codicibus dumtaxat mihi dicendum esse duxi, qui in Indice illo aut perperam, aut leviter descripti sunt; nam quæ recte in eo se habent si denuo proferrem, quisnam huiusmodi rerum intelligens non me frustra actum agere cognosceret, atque adeo improbaret? Alios igitur codices ita descripsi, ac si nihil de iis in Indice dictum esset: de aliis emendationes & supplementa tantummodo feci; ieiune quamvis & exiliter id me egisse nonnullos putaturos esse intelligam: universim tamen quæ dixi ea ratione sunt a me exhibita, ut etiam qui Indice illo carent satis bene secum a me actum fuisse facile cogno-

gnoscere possint. Latinos codices vel ex bibliotheca itidem Marciana, vel ex collectione locupletissima V. C. Matthæi Aloysii Canonici bibliothecæ Regiæ Parmensis Præfecti, vel ex domestica mea illustrandos delegi. Litteris itaque V. P. C. M., in denotatione codicum ad initium positis, Venetos, Parisienses, Canonicianos, Morellianos commonstravi.

Ne in Græcorum annis Æræ Constantinopolitanæ ad Æram Vulgarem reducendis identidem me perperam fecisse sint qui fidenter putent, quod non semper annos 5508. cum Beveregio, Montfauconio, aliisque detraxerim; sciant ii velim, me quoad menses Septembrem, Octobrem, Novembrem, & Decembrem annos 5509. detraxisse, ea supputa-

putatione adductum, quam post Anonymum editorem Syntagmatis ψηφοφορικοῦ Isidori Metropolitæ Thessalonicensis anno 1607. absque loci nota impressi, Ricciolium & Pagium, vir eiuscemodi rerum apprime peritus Ioannes Franciscus Bernardus Maria de Rubeis ex Ordine Prædicatorum in annotationibus ad Vitam Gregorii Cyprii Patriarchæ Constantinopolitani p. XIX. & seq. explicavit; Alexander autem de Meo in Apparatu Chronologico ad Annales regni Neapolitani mediæ ætatis, anno 1785. impresso, recte se habere novis argumentis confirmavit. Non me equidem latet morem alium etiam apud multos rerum Græcarum scriptores obtinuisse, qui menses eiusdem anni Æræ Vulgaris, seu Latinorum, omnes, a Ianuario ad De-

cem-

cembrem, una eademque Indictione notatos obiiciunt: id tamen secus atque probatior Græcorum usus poscebat factum apparet: quanquam etiam in Indictionibus enotandis librarios Græcos peccare consuevisse, cum Montfauconio in Palæographia p. XIV. aliisque animo advertendum est.

Hæc pro præfatione lectoribus benevolis dicta sunto. Illud unum adiiciam, qua animi alacritate operi huic hactenus incubui, eadem in eius continuatione esse me omnino usurum; cum præsertim FRANCISCI II. IMP. PII FELICIS AVGVSTI, optimi Principis, munificentia, merces annua pro Bibliothecæ Regiæ Marcianæ cura non parum aucta mihi fuerit: quo insigni beneficio tum animus obsequens atque gratus Domino Indulgentissimo

simo

simo est magnopere devinctus, tum vero etiam voluntas de litteris benemerendi admodum confirmata.

Ex Ædibus Bibliothecæ Regiæ D. Marci Venetiarum Idibus Novembribus A. MDCCCI.

CODICES GRAECI.

****

Cod. I. membr. in fol. Sæc. IX. — P.

Bibliorum Veteris Testamenti Pars, scilicet Iob a Capite XXX. Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Prophetae omnes, Tobias, Iudith, Maccabaeorum Libri tres.

Iamdiu Codex innotuit, quod pro impressione Versionis LXX. anno 1587. Romæ facta eundem in manibus habuisse editores in præfatione declaraverint; quem scilicet *Venetum ex bibliotheca Bessarionis, grandioribus litteris* scriptum dixerunt, eoque post Vaticanum, omnium principem, cum aliis eximiæ notæ se usos esse professi sunt. Ut vero variarum eius lectionum specimen a Zannetio & Bongiovannio vulgatum est, eruditi Lipsienses, examine instituto, in eam abiere sententiam, ut codicem magni æstimarent atque censerent *non tantum in multis cum Alexandrino, rarius cum Vaticano, facere; verum etiam quasdam legendi rationes suppeditare, quas ne in præstantissima quidem Breitingeri editione LXX. Interpretum reperire licet* (*Act. ann.* 1742. *p.* 91.). Specimen idem postea Fridericus Andreas Strothius expendit singulari libello ann. 1775. Halæ Saxonum impresso, in quo p. 9. sic statuit: *Ac in limine quidem statim monendum est, codicem non ex eodem libro descriptum videri: certe alia est ratio in Prophetis qui dicuntur minores, alia in maioribus: in illorum enim scriptis multa omittuntur, quod negligentiæ esse videtur, pauca adduntur, eaque iure non optimo; in horum vero libris paucissima omittuntur, plura adduntur, neque semper iniuria, quod studii vi-*

videri possit. Quam quidem sententiam vir ingenio ac eruditione præstans exemplis adductis satis probabilem reddidit. Alios non defuisse qui eodem lectionum specimine innixi iudicium de codice ferrent, ac in primis celeberrimum Michaelis, ex levi Koecheri indicio in Nova Bibliotheca Hebraica P. II. p. *99*. deprehendere est. At vero indoles codicis tum demum palam fiet, ac specimen characteris eius, qui *litteris maiusculis* constat, apparebit, cum Versio LXX. typis ac sumptibus Academiæ Oxoniensis, V. C. Roberto Holmesio curante, denuo prodierit; pro qua editione a Georgio Zoega & Nicolao Schow Danis, viris harum rerum apprime gnaris, anno 1789. collatus idem totus est.

Quod ad institutum præsens attinet, præter allata in Indice Venetiis anno 1740. impresso de antiquissimo hoc omnium Bessarionis codice, annotandum esse puto a tribus saltem librariis eundem prodiisse facile videri; pro eo nimirum, quem obtinuisse constat, more, ut grandiores libri a monachis, distributo unicuique penso, uno eodemque tempore describerentur. Et re quidem vera Basilium Abbatem nec non Onesimum Monachum operam suam in eius scriptione posuisse, annotationes in fine adiectæ aperte declarant. Pars codicis prima a Iob Cap. 30. ad finem Ecclesiastis librario satis negligenti obtigit, qui nedum litteras syllabas & voces sæpe permutavit, sed etiam non pauca suis locis movit, signa critica perperam adiecit, eaque cum lineis, quas *terminales* vocant, confusa repræsentavit: quod vero cum venia videri non potest, aliena etiam commata immiscuit, ut Proverbiorum Capite primo, ubi post prima verba *τῷ ἀνθρώπῳ προθέσεις καρδίας, καὶ παρὰ κυρίου ἀπόκρισις γλώσσης*, comma integrum ex Ecclesiastico III. 18. inseruit *ὅσῳ μέγας εἶ*, (*τοσούτῳ* omisit) *ταπεινοῦ σεαυτὸν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν*. Atramento flavescenti scriptura est, spiritibus accentibusque fere omnino destituta. Pars secunda

ab Oseæ initio ad medium Esaiæ caput trigesimum septimum, atramento adhuc vivido exarata, spiritibus & accentibus manu eadem frequentissime positis, signisque criticis suis ut plurimum locis adpictis, alium scriptorem ostendit; qui etsi cum omni laude officio suo minime functus est, non tamen eam, quam superior, reprehensionem meretur. Pars tertia ab eo, quem dixi, Esaiæ loco ad finem codicis, atramento subnigro, spiritibus & accentibus instructa, iis tamen a Tobia ad finem recentiori manu passim adiectis, librarium tum in textu scribendo, tum in signis criticis appingendis, non raro oscitantem & ipsa nacta est.

Hæc tamen omnia ne a codice toto variæ, eæque bonæ lectiones plures peti possint, neve is magno in pretio haberi debeat, minime impediunt. Licet idem codici Alexandrino in multis respondeat; in multis tamen ab eo discedit, & cum Vaticano, quoad etiam integra commata, facit. Sic, exemplum ut afferam, in fine Iob additamentum codicis Alexandrini habet Θαιμὰν ὑὸς Ἐλιφὰζ ..... ἐξ ἀνατολῶν ἡλίου: at in Proverbiis VIII. 10. verbis codicis ipsius Alexandrini Ἀνταναιρεῖσθε αἴσθησιν χρυσίου καὶ ἀργυρίου cum Vaticano caret. Procemia, seu Argumenta in Prophetas Index impressus denotat, ac illud quod est in Amos totum exhibet. Canticum Canticorum suum quoque habet, cuius initium est Ἡ λεγομένη δὲ ὅλου τοῦ ᾄσματος νύμφη δοκεῖ μοι μὴ εἶναι Ἱερουσαλὴμ, ὥσπερ ὑπολάβοιεν Ἰουδαίων παῖδες, ἀλλά τις ἑτέρα ξένη καὶ ἀλλογενὴς καὶ ἀλλόφυλος. Daniel inc. Ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Ἰωακεὶμ &c. Canticum trium puerorum est loco suo insertum. Historia Susannæ Beli & Draconis est in fine adiecta. Argumentum sequitur Ἐν τῷ ἐνυπνίῳ τοῦ Ναβουχοδονόσορ δείκνυται ἡ βασιλεία ἡ αἰώνιος ἐπὶ γῆς ἀναστησομένη μετὰ τὰς πρὸ αὐτῆς καταχθείσας τέσσαρας. Libri metrici στιχηρῶς, non tamen exacte, descripti sunt. Signa critica duo tantum, & ea quidem raro, adpicta visuntur, obelus & aste-

steriscus; quibus quæ in textu Hebræo desint, vel ad eum addantur, denotari compertum iam est.

CHRONOGRAPHION breve post Danielem hunc titulum fert Λόγος τῆς οἰκουμένης ἐξ ὅτε ἡ γῆ ἐγένετο. Inc. Πρῶτος ἄνθρωπος ἀπὸ θεοῦ ἐγένετο, ᾧ ὄνομα Ἀδάμ: est vero annorum enumeratio per varias periodos ab Adam ad Iustinianum Imp.

CHRONOGRAPHION fusius ibidem sequitur ab Adamo ad Iustinianum hoc titulo Χρονογράφιον τῶν ἐτῶν τῶν ἀνθρώπων. Inc. Ἀδὰμ ἐτῶν σλʹ καὶ ἐγέννησε τὸν Σήθ. Continuatio eius in fine codicis exstat, post Iosephum de Maccabæis, iis verbis in Indice p. 13. relatis Γίνονται ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ &c.

EUSEBII Canones Evangeliorum in calce positi, membranis abscissis, nonnisi ad medietatem decimi pertingunt.

Verba in Cruce scripta, male in Indice impresso exhibita, sunt Κύριε βοήθει Βασιλείῳ μοναχῷ ἡγουμένῳ Ζχάρου τῷ συγγραψαμένῳ τῇ βίβλῳ ταύτῃ. Legendum puto ἡγουμένῳ Ζιχάρων. Inscriptio alia, quæ Onesimum itidem librarium obiicit, recte se habet in Indice impresso Παρακαλῶ εὔχεσθαι ὑπὲρ Ὀνησίμου μοναχοῦ ἁμαρτωλοῦ καλλιγράφου. ἀμήν.

Cod.

Cod. II. membr. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

Bibliorum Veteris Testamenti Pars, nimirum Genesis, Exodus, Leviticus, Deuteronomium, Iosue, Iudices, Ruth, Regum Libri duo priores, Maccabaeorum Libri duo.

Textus bonæ notæ est, sine spiritibus & accentibus, quos recentior manus ad prima tantum folia appinxit: incipit vero codex mutilus a Genesis Capite XLIII. v. 15. In libris Iosue & Iudicum potius Codici Alexandrino, quam Vaticano accedit, non sine variis lectionibus; quæ cum reliquis e codice toto ab eruditissimis viris Zoega & Schow pro editione Oxoniensi desumptæ sunt.

Cod. III. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

Bibliorum Veteris Testamenti Pars, nimirum Pentateuchus, Iosue, Iudices, Ruth, Regum Libri quatuor, Paralipomena, Esdrae Liber primus & secundus.

Ex locis non paucis alia manu, fere synchrona, in margine adscriptis, textum recensitum fuisse patet. In libris præsertim Iosue & Iudicum Alexandrinam lectionem affert. Hunc quoque codicem cum sequentibus tribus Schowius pro editione Oxoniensi contulit. Fuit is olim Georgii Abydeni Sacerdotis, cuius nomen primo folio sic est Γεώργιος ἱερεὺς ὁ Ἀβυδινός.

Cod. IV. membr. in fol. Sæc. circ. XI. — P.

Bibliorum Veteris Testamenti Pars, videlicet Pentateuchus, Iosue, Iudices, Ruth, Regum Libri quatuor, Paralipomena, Esdrae Liber primus & secundus, Maccabaeorum Libri tres, Esther in fine mutilus.

Textus editioni Romanæ ut plurimum hæret, in libris etiam Iosue & Iudicum, aliisque locis, in quibus lectionem Alexandrinam codices multi afferunt. Fuit codex cœnobio cuidam Christi Salvatoris anno 1367. addictus; quod hæc ad initium posita annotatio declarat *Βιβλίον βήρας μονῆς τοῦ Κοσμοσωτῆρος ἐπιτιθὲν ἐν ἔτει ,ϛωοέ. ἰνδ. ί.* Ad monasterium Studii postea pertinuisse alia hæc denotat *Βιβλίον βήρας μονῆς τοῦ Στουδίου.*

Cod. V. membr. in fol. Sæc. XV. — V.

Biblia Veteris & Novi Testamenti.

Est liber *Ioannis Rhosi* Cretensis Presbyteri manu, quam probe novi, exaratus, Bessarionis, qui eo librario præsertim utebatur, utique iussu. Quoad Pentateuchum, cum codice IV. maxime convenit: quoad Iosue & Iudices, cum codice III. Daniel historiam Susannæ ad initium, & Canticum trium puerorum loco suo habet; respondet autem editioni Romanæ, quemadmodum etiam Iob. Novum Testamentum & in codice hoc & in sequenti ex codice X. eximii pretii descriptum fuit: non id attamen deprehendit Andreas

dreas Birchius eum anno 1783. codices Marcianos pro Novi Testamenti editione sua perlustraret, duosque hosce cursim inspiceret. Rem produnt Evangelia quinquennio post Hauniæ ab eo typis commissa, Variæque Lectiones in Actis Apostolorum Epistolis Catholicis & Pauli anno 1798. ibidem prolatæ.

Cod. VI. membr. & chart. in fol.
Sæc. XV. — V.

Biblia Veteris & Novi Testamenti.

Tanta est eodicis huius cum superiore affinitas, ut ad archetypum idem uterque descriptus omnino videatur. Maccabæorum libri deficiunt, Daniel tamen inest, secus atque Index impressus denotat.

Cod. VII. membr. in 4. oblongo
Sæc. XIV. — V.

Pentateuchus, Proverbia, Ruth, Canticum Canticorum, Ecclesiastes, Threni Ieremiae, Daniel, ex Nova Versione. Genesis inc. Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. ἡ γῆ δ᾽ ὑπῆρχε ἔρημος κενόν τι, σκότος τ᾽ ἐπὶ προσώπου τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα θεοῦ ἵπτατο κατὰ προσώπου τοῦ ὕδατος, &c.

Longe celeberrima Versio nova hæc evasit, cum ob singularitatem, tum ob varia virorum eruditorum de ea iudicia. Superest eadem, quantum equidem constat, in codice

dice hoc uno; qui membranaceus est, forma oblonga, sæculo XIV. non antiquior, ordine retrogrado exaratus, ita ut habito ad communem librorum formam respectu, foliorum series a fine ad initium procedat; textu tamen non a dextera ad sinistram abeunte more Iudaico, ut Index impressus perperam denotat; at eo in *Paraschas*, ut appellant, secto, quod, uti videtur, divisionem eandem, quam in codice Hebraico invenit, interpreti servare placuerit. Autographum non esse errores in vocibus & accentibus, nec non commata nonnulla suis locis omissa, ac postea manu eadem adiecta, ostendunt. Non ab uno eodemque librario codex prodiit: a folio enim primo ad folium 81, quo Exodi Caput VII. v. 15. desinit, character valde deformis ac inusitatus se offert: a folio eo averso ad finem, perpaucis exceptis, tam se male character alius non habet. In Sicilia, aut Calabria, quibus etiam ex provinciis libros Bessario congessit, facta fortasse exscriptio est. At liber totus, ob nexus & compendia litterarum singularia & nova, lectionem perquam difficilem obiicit; quam etiam scriptura ipsa in foliis integris non paucis propemodum oblitterata difficiliorem reddit. Nulla itaque non laude dignum semper censui V. C. Io. Baptistam Casparem d' Ansse Villoisonium, qui lynceis oculis, multoque magis litterarum Græcarum peritia mirum in modum instructus, quicquid Versionis, solo tunc initio notæ, hoc libro continetur anno 1779. satis feliciter descripsit. Ac Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Danielem, locaque Pentateuchi selecta ipse quidem quinquennio post Argentorati edidit; Pentateuchum vero Christophoro Friderico Ammonio, multæ eruditionis viro, postea misit: qui eundem ann. 1790. & seq. Erlangæ vulgavit, lectionibus non paucis adiectis, quas editionis ipsius textum cum codice conferens aliter se habere ego deprehenderam, atque illi significa-

ve-

veram; commatibus integris nonnullis, quæ, cum in editione deesse reperissem, ei miseram, exhibitis; characteris utriusque specimine, qnod is itidem a me acceperat, ære expresso; excerptisqne litterarnm mearum de codice deque opere evulgatis, non sine typographicis erroribus; in quibus unum præsertim exstat T. III. p. 109. l. 7. ubi pro *vim propria habent*, legendum sane est *vim propemodum singularem habent*. Ne quid vero sciens prætercam, vitium lectionis, postea a me animadversum, in editione ad Genes. Cap. XLI. v. 8. exstare nunc addo, ubi pro *τοὺς ἰδίους ὀνείρους*, codex *τὸν ἴδιον ὄνειρον* habet.

Postquam Rossius, Adlerus, Brunsius, & alii, a quibus codex inspectus est, de locis nonnullis indicium fecerunt, Villoisonius magnam eius partem in Incem eruit, Dahlerus animadversiones in Proverbia ann. 1786. Argentorati dedit, Ammonius vero Pentateuchnm edere cœpit; docti viri, quorum scripta Aug. Fridericus Pfeifferus excitat ad T. III. p. 716. Bibliothecæ Græcæ Fabricii novæ editionis, in varias de versione atque de auctore ivere sententias; adeo ut adversus operis laudatores, non sane paucos, neque hebetes ac rudes homines, Eichornium in libro Germanice scripto *futilitatem ipsius egregiis argumentis demonstrasse*, si Diis placet, Annalium litterariorum Helmstadiensium scriptores, non sine plena astipulatione, etiam tradiderint (*Mens. Iul. an.* 1787. *p.* 48. *& alibi*). Multa atque inter se pngnantia indicia illa commonstrat Ammonius in Commentatione ante Deuteronomium posita; in qua de usu quoque versionis critico & exegetico, deque indole ac ætate ipsius docte ac fuse disserit. Summa eorum quæ probabilius de ipsins tempore statuit eo potissimum redit, ut medio ævo eadem adiudicetnr: cui ego sententiæ nunquam non adhæsi, Bessarionis etiam auctoritate ductus, a quo *via* & *nova*; *recens* videlicet, non *ignota*, *inaudita*, uti Villoisonius ma-

malebat, dicta ea est, utpote quæ non magno intervallo suam antevertisset ætatem. Hæc siquidem ex more, Græce & Latine, ad initium codicis Cardinalis doctissimus manu propria annotavit: *Γένεσις καὶ ἄλλα τῆς παλαιᾶς γραφῆς, νέα τινὸς ἑρμηνεία, ἄρχεται ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου κατὰ Ἰουδαίους. κτῆμα Βησσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων. Genesis & alii libri de Testamento Veteri. Nova translatio in Græcum, incipiens a fine libri modo Iudaico. B. Card. Tusculani.* Auctorem adhuc ignotum, quem nec Bessarioni notum fuisse allata ejus verba produnt, Christianum, quam Iudæum, agnoscere satius est, ex observatis præsertim a Strothio in Dissertatione (*p.* 7.) de codice primo Bibliorum Marciano, & ab Ammonio in Commentatione superius allata (*p.* 114.). Verum, a quocumque tandem facta interpretatio sit, magni ea æstimanda videtur, quod ad Hebraicum textum, quem ad litteram refert, constituendum, lectionesque eius dissimiles agnoscendas conducat; formas interpretandi novas, easque vi ac elegantia maxime præditas, cum varietate atque delectu afferat; & Græcæ locutionis fines, tum quoad voces, tum quoad phrases, amplificet; veluti profecta ab homine Hebraicæ linguæ probe gnaro & Græcæ mirifice perito, Atticæ etiam dictionis consectatione perpetua, & Doricæ in Daniele usu eam laudem adepto; præsertim vero de fide in archetypi sensu reddendo sollicito: quam sane dum anxie sectaretur, in obscuritatem nonnunquam impegisse diffitendum non est. Quandoquidem vero nisi de genuina codicis totius lectione veritas constet, aliqua interpreti vitio verti inique possunt; quas, dum operis impressioni finis imponeretur, ad Ammonium mittere non licuit, emendationes in postremis quatuor ac viginti Deuteronomii capitibus, hic subiicio, typographicis nonnullis etiam erroribus correctis.

Edi-

	Editio.	*Codex.*
Cap. XII. v. 23.	Μόνον κρατύναι ... ὐκ ἔδεται	Μόνον κράτυναι ... ὐκ ἔδυ
——— v. 25.	υἱέσι	υἱέσι συ
—— XIII. v. 8.	τῆς γῆς	τῆς γῆς καὶ μέχρις ἄκρυ τῆς γῆς
——— v. 9.	τὸ ἔμμα ἀπ' αὐτῦ	τὸ ὄμμα συ ἀπ' αὐτῦ
——— v. 11.	τῦ Θεῦ	τῦ ὀνοτῦ τῦ θεῦ
——— v. 12.	πονηρὸν τυτωνὶ	πονηρὸν τυτονὶ,
——— v. 16.	ὀλόθρευσον αὐτοῖς	ὀλόθρευσον αὐτὴν
—— XV. v. 8.	ὅπερ ἐλείψει	ὅπερ ἔλειψεν
— XVIII. v. 3.	τελέσει χερσὶν	τελέσει χερσὶς
——— v. 8.	ὡς μερίδα	ὡς μερίσῃ
—— XX. v. 15.	τῶν λαῶν	τῶν ἐθνῶν
—— XXI. v. 13.	ἑαυτῆς αὔωθεν ἑαυτῆς... κλαύσεται τὸν πατέρα ἑαυτῆς	ἄνωθεν ἑαυτῆς ... κλαύσεται τὸν πατέρα ἑαυτῆς καὶ τὴν μητέρα ἑαυτῆς
——— v. 19.	Ἐπιλήψονται	Ἐπιλήψαιτον
——— v. 22.	ἁμαρτία, ἁμαρτία	ἁμαρτία
—— XXII. v. 11.	ὑ περιβαλῆ διαφεροιδὲς	ὑ περιβαλῆς διαφοροειδὲς
——— v. 12.	σκεπατθήσῃ	σκεπασθήσῃ
—— XXIII. v. 4.	γενεὰ δεκατῦ	γενεὰ δεκάτη
——— v. 12.	καὶ τῷ δύνειν	κἂν τῷ δύνειν
——— v. 15.	στρατοπέδυ	στρατοπέδυ συ
——— v. 21.	ἵν' ἀλογήσει	ἵν' ἀλογήσῃ
—— XXV. v. 13.	Ὑπάρξει	Οὐκ ὑπάρξει,
——— v. 15.	μέδιμνος τέλειος δικαιοσύνης	μέδιμνος τέλειος καὶ δικαιοσύνης
——— v. 18.	ἐν σοὶ πάντες	ἐν σοὶ πάντας
— XXVI. v. 5.	Καὶ ἀποκρίνῃ ... ὁ βροτῶν ὀλίγῳ	Καὶ ἀποκρινῇ ... ἐν βροτῶν ὀλίγῳ

Edi-

		Editio.	*Codex.*
Cap. XXVI.	v. 13.	τοῦ ὀντωσὶ σου	τοῦ ὀντωσὶ τοῦ θεοῦ σου
———	v. 15.	καὶ ἀλόγωσον	καὶ ἀλόγησον
———	v. 19.	ἅπερ ἐποίησαν	ἅπερ ἐποίησεν
— XXVII.	v. 19.	ὁ κρίνων κρίσιν	ὁ κλίνων κρίσιν
———	v. 25.	αἵματος	αἵματος ἀθώου
— XXVIII.	v. 9.	θεοῦ	τοῦ θεοῦ
———	v. 26.	δεδιστωμένου	ʼδεδιστομένου
———	v. 46.	ἀπάντων	sic etiam codex
———	v. 63.	ἧσαι	sic etiam codex
— XXIX.	v. 16.	τὰ φορητὰ	τὰ φορύτατα
———	v. 27.	καὶ χόλῳ	κἂν χόλῳ
———	v. 28.	τὰ δὲ φονερὰ	τὰ δὲ φανερὰ
— XXXI.	v. 16.	ἑάσει τε	sic etiam codex
———	———	ἣν ἔτεμεν	ἣν ἔτεμον
———	v. 19.	τὴν ᾠδὴν	τὴν ᾠδὴν
— XXXII.	v. 13.	ἐπὶ μετέωρον . . . καρπογονίαν	ἐπὶ μετεώρων . . . καρπογονίας
———	v. 24.	ὀδόντα τε κριτῶν	ὀδόντα κτηνῶν
———	v. 27.	κυνήθροισαι	ξυνήθροισαι
———	v. 29.	νηόσαιεν	νοήσαιεν
———	v. 39.	Ἄθροι	Ἀθρεῖτε
———	v. 40.	πρὸς τὸν οὐρανὸν	πρὸς οὐρανόν
———	v. 43.	Αλαλάξετε	Ἀλαλάζετε
———	v. 46.	θέσθε τὴν καρδίαν	θέσθε τὰς καρδίας
— XXXIII.	v. 7.	ταδέ τε	Ἡδέ σε
———	v. 8.	ὧπερ πειράσοις	ὧπερ ἐπειράσῃς
———	v. 18.	Ἰσσαχάρε	Ἰσσαχάρε
———	v. 19.	Ψαμάθῳ	Ψαμμάθῳ
— XXXIV.	v. 6.	ἐν γῇ Μωάβου	ἐν τῇ φάραγγι ἐν γῇ Μωάβου

Cod.

Cod. VIII. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

QUATUOR EVANGELIA.

VARIAS lectiones quasdam ex hoc attulit Birchius in editione Evangeliorum Hafniensi ann. 1788. Matthæi initium abscissum fuit. Ad Luc. XXIV. 43. in margine alia manu, eiusdem tamen sæculi, adscriptum est *γράφε Καὶ τὰ ἐπίλοιπα ἔδωκεν αὐτοῖς*, non *καὶ λαβὼν*, ut Birchius edidit. Ioan. VIII Narratio de muliere adultera deest, his in margine manu synchrona scriptis *τὸ δὲ λοιπὸν ζήτει εἰς τὸ τέλος τοῦ βιβλίου*: & ea quidem Narratio manu hac eadem in fine accedit. Indices Lectionum Evangeliorum per annum, scilicet Ἐκλογάδιον & Συναξάριον, ultimo loco positi sunt. Codex totus litteris initialibus aureis exornatus est: tituli quoque Capitum Evangelii cuiusque aurei sunt.

Cod. X. membr. in 8. Sæc. XIV. — V.

NOVUM TESTAMENTUM.

HÆC de codice præstantissimo, quem inspiciendum non sine commendatione a me acceperat, scripsit Birchius in prolegomenis ad Evangelia editionis Hauniensis an. 1788. p. LV. *Plurimum sane doleo, quod feriis instantibus impeditus fui quo minus egregium hunc codicem per omnia conferrem. Hunc enim non modo ipsius textus indole præstantem habeo, sed hac etiam ratione celebrem iudico, quod in Bessarionis usus descriptus sit, quo etiam familiariter usum fuisse demonstrant adnotationes ipsius manu in margine codicis fre-*

quen-

quenter scriptæ: hunc etiam cum Concilio Florentino 1439. *interesset, secum habuisse traditur. Ex Matthæo Marco & Luca plurima adnotavi.* Idem vero cum Varias Lectiones Actuum Apostolorum Epistolarum Catholicarum & Pauli an. 1798. Hauniæ evulgaret, addidit in prolegomenis pag. XIX: *Optatum accidit, ut vir doctus Engelbreth* (Fridericus, Hauniensis) *aliquot annis post iter in Italiam susciperet, cui pretiosum hunc codicem penitiori examine dignissimum iterum iterumque commendo. Precibus satisfecit vir humanissimus, atque observationes criticas ex codice depromptas benigne mecum communicavit. Quæ igitur in hoc opere occurrunt citationes codicis Veneti* 10, *maximam partem debentur assiduitati viri optimi, qui etiam Apocalypseos & Evangeliorum textum cum editis contulit. Quod autem ipse cursoria inspectione Epistolarum, iudicium formaveram, textum Evangeliorum longe præstare textui reliquorum librorum, collectaneis Engelbrethianis ultro firmatum animadverto.*

Sane Bessario, tum bonitate textus, cuius recensionem sæculo XV. peractam lectiones adiectæ produnt, tum enchiridii forma, qua liber est, adductus, hunc præ ceteris in usum suum delegisse omnino videtur. Præter antiquæ textus apud Græcos divisionis notas, a prima manu litteris rubris in margine positas, alias recentioris illius, quæ apud Græcos atque Latinos obtinuit ac viget, is manu sua litteris nigris adscripsit; ut in disputationibus cum Latinis testimonia quæ ab iis afferrentur expedite reperire posset: qua de re annotationem huiusmodi ad initium scripsit *Ἴστω ὁ ἀναγινώσκων, ὡς ἡ διὰ τοῦ μέλανος ἐν τοῖς τοῦ παρόντος βιβλίου μετώποις αὐτοῦ τε καὶ ἐκλογίου τῶν κεφαλαίων παρασημείωσις, κατὰ τὴν παρὰ Λατίνοις διαίρεσιν ἐστὶ σεσημειωμένη. τοῦτο δὲ γέγονεν, ἵν᾽ ὁπόταν αὐτῶν προκομιζόντων τινὰ χρῆσιν τῆς θείας γραφῆς ταύτης ἀκούωμεν, καὶ λεγόντων, ὡς ἐν τῷδε τοῦ βιβλίου τῷδε κεφαλαίῳ ἥδε ἡ χρῆσις γέγραπται, εὑρίσκωμεν εὐθὺς τὸ ζητούμενον, καὶ μὴ διὰ*

τὴν

τὴν παρ' αὐτοῖς τε καὶ Γραικοῖς διάφορον τῶν κεφαλαίων διαίρεσιν, δυσχερὴς ἡ εὕρεσις γίνεται. Et pag. 202. t. ante Evangelia idem uberius explicavit scribens Ἰστέον ὡς ἡ παρ' ἀρχαίοις ἐν κεφαλαίοις τῶν εὐαγγελίων διαίρεσις διττή τέ ἐστι, καὶ διττὸν ἔχει λόγον. ἡ μὲν γὰρ ἐν μακροτέροις, ἡ δ' ἐν βραχυτέροις ἐστὶ τμήμασι. κἀκείνη μὲν τὰς διαφόρας ὑπολήξεις καὶ ὅλας τὰς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περιεχομένας διαστέλλει, τὰς ἑκάστῃ δέλτῳ τῶν εὐαγγελίων προγεγραμμένας· ἑτέρα δὲ διὰ τοὺς τῆς συμφωνίας τοῦ εὐαγγελίου κανόνας, ὧν Ἀμμώνιος εὑρετὴς γέγονεν, καὶ ἐν τούτοις τοῖς κεφαλαίοις δηλοῦται τίς τι τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἄλλο ἢ ἄλλοις ὅμοιον, τὸ ἕτερον εἴρηκε, κἂν ποίῳ μετὰ κεφαλαίῳ ὁμόφωνα, ἐν ποίῳ δὲ διάφορα λέγουσιν. ταῦτα μὲν οὖν τὰ τοῦ ἑκατέρου τρόπου κεφάλαια ἐρυθρῷ χρώματι ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ γέγραπται· τὰ μὲν πυκνότερα καὶ βραχύτερα, τῶν τῆς συμφωνίας κανόνων ὄντα· τὰ δ' ἕτερα καὶ μακρότερα, τῶν περιεχομένων ὑποθέσεων, ὅπου καὶ αὐταὶ ὑποθέσεις προσγράφονται. καὶ τούτοις γε Ἕλληνές τε καὶ οἱ τῶν Λατίνων ἀρχαιότεροι χρῶνται μόνοις.

Τῶν Λατίνων οἱ νεώτεροι, τῆς βοηθείας μνήμης ἕνεκα, οἵ τε καὶ ἄλλοί τε, ἄλλην ἐν ἐλάττοσι μὲν κεφαλαίοις, πολὺ δὲ μακροτέροις πεποίηνται διαίρεσιν· καὶ ταύτῃ διαλεγόμενοί τε καὶ γράφοντες χρῶνται ὁσάκις μαρτυρίαν τινὰ τοῦ εὐαγγελίου προφέρουσιν, ἐν τοσῷδε τῷδε τοῦ εὐαγγελίου κεφαλαίῳ περιέχεσθαι λέγοντες. ὥσπερ οὖν οὕτω λεγόντων ἀκριβῶς εὕρωμεν τὸ ζητούμενον, κείμενον τῇδε τῇ δέλτῳ μέλανι ἐνεγράψαμεν χρώματι.

Libri sacri hoc ordine sunt. Acta Apostolorum, Epistolæ Iacobi Petri Ioannis & Iudæ, Pauli Epistolæ ad Romanos ad Corinthios ad Galatas ad Ephesios ad Philippenses ad Colossenses ad Thessalonicenses ad Timotheum ad Titum ad Philemonem ad Hebræos, Evangelia Matthæi Marci Lucæ Ioannis, Apocalypsis, quæ alia manu sæculi XV. accessit. Quaterniones ita se habent, ut Evangelia ante reliqua collocari olim potuissent: liber tamen saltem a Bessarionis tempore uti modo exstat compactus fuit. At Epistolæ Ca-

tholicæ ante Paulinas in ipsa prima scriptione positæ sunt; quo ordine in codicibus præstantissimis Vaticano & Alexandrino esse constat, ac in antiquissimis fuisse Millius tradit (*Prolegom. N. T. n. 236.*).

Post Acta Apostolorum, in quæ Prologus nullus adest, Scholion de itineribus & morte Pauli exstat, cuius initium *Μέχρι μὲν τοῦτε Λουκᾶς ὁ συνέκδημος Παύλου* &c. ex *Euthalii* Prologo in Epistolas Pauli sumptum. In Epistolas Canonicas & Pauli Prologi *Euthalii* sunt: ante vero Epistolas Pauli omnes pars Prologi *Chrysostomi* posita est, cuius initium *Μέλλοντες εἰς τὴν ἐπιστολὴν κατιέναι ταύτην* &c. Scholia nonnulla in margine in Epistolas Pauli accedunt, ex Patribus sumpta, ac enotationes de Lectionibus Evangeliorum pro Divinis officiis per annum.

De indole textus ex variis ejus lectionibus a Birchio prolatis, & a Io. Iacobo Griesbachio in editione Evangeliorum Hallensi anni 1796. repræsentatis, iudicium quoddam facere licet: ex quibus equidem ac ex aliis, codicis huiusce cum Vaticano præstantissimo num. 1209. notato, quem ii sæpissime afferunt, magna consensio satis apparet. Rem perspectam accuratior codicis totius collatio faceret: multa enim quoad Evangelia Matthæi Marci & Lucæ Birchius prætermisit, & Ioannem non attigit: Engelbrethus & ipse Acta Apostolorum haudquaquam expendit, neque in Epistolis recte omnia vidit. Lectiones nonnullas, quæ fidem mihi faciant, nunc primum affero.

Matthæi I. 8. Ἀσάφ. Ἀσάφ — 10. Ἀμώς. Ἀμὼς — 11. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακεὶμ. Ἰακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν — 20. Μαρίαν. II. 8. ἐξετάσατε ἀκριβῶς — 9. ἐστάθη — 19. φαίνεται κατ' ὄναρ. III. 3. διὰ Ἡσαΐου — 4. τροφὴ ἦν αὐτοῦ — 6. Ἰορδάνῃ ποταμῷ — 8. καρπὸν ἄξιον. IV. 3. ὁ πειράζων εἶπεν αὐτῷ — 5. ἔστησεν αὐτὸν — 9. ταῦτά σοι πάντα δώσω — 10. ὕπαγε ὀπίσω μου — 16. φῶς εἶδε μέγα — 18. ὁ Ἰη-

σοῦς

τοῦς deest — 23. καὶ περιῆγεν ὁ Ἰησοῦς — 24. Καὶ ἐξῆλθεν. VIII. post versum 13. sequitur καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατοντάρχος &c. XXIII. deest versus 13. Οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι κατεσθίετε &c.

Marci commata duodecim postrema adsunt quidem, sub hac tamen annotatione, charactere eodem codicis totius, in margine adiecta Ἐν τισι μὲν τῶν ἀντιγράφων ἕως ὧδε πληροῦται ὁ Εὐαγγελιστής, ἕως οὗ καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐκανόνισεν. ἐν πολλοῖς δὲ καὶ ταῦτα φέρεται. Ἀναστὰς &c.

Ioannis I. 20. καὶ ὡμολόγησε abest — 21. καὶ ἀπεκρίθη, καὶ deest — 28. Βηθανίᾳ — 29. ὁ Ἰωάννης deest — 32. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ — 33. ἐν τῷ ὕδατι — 39. ὃ ἑρμηνεύεται — 40. καὶ ὄψεσθε — 42. οὗτος πρῶτον — 43. Οὗτος ἤγαγεν .... δὲ omissum — 44. λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. Capite VIII. narratio de muliere adultera absque ullo dubitationis indicio inest.

Actuum Apostolorum I. 23. Βαρσαββᾶν. II. 1. ἅπαντες οἱ ἀπόστολοι — 7. πάντες manu recentiori insertum — 13. χλευάζοντες a prima manu, δια manu recentiori præfixnm — 14. ἀπεφθέγξατο — 26. ηὐφράνθη ἡ καρδία μου. IV. 12. ὑπὸ τὸν οὐρανὸν manu recentiori insertum. X. 21. πρὸς τοὺς ἄνδρας sequebatur ex prima manu τοὺς ἀπεσταλμένους ὑπὸ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, quod manus recentior expunxit — 32. ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι manu recentiori est adiectum — 41. καὶ θαυμάσατε, manu recentiori adiicitur καὶ ἀφανίσθητε. XIV. 10. in margine manu recentiori est εἴρηται ἐν ἄλλοις, σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. XV. 34. Comma integrum in textu omissum, manu recentiori in margine adiicitur. XIX. 17. τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον. Sic a prima manu: a recentiore, post πᾶσι, in margine adiicitur Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι. XX. 28. ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου (καὶ manu recentiori) θεοῦ. XXI. 8. οἱ περὶ τὸν Παῦλον erat a prima manu, quod recentior expunxit. XXIV. 6. καὶ κατὰ &c. usque ad ἐπὶ σε vers. 8. desunt.

Epist. ad Titum I. 1. ἀπόστολος δὲ Χριστοῦ Ἰησοῦ — 3. ᾧ ἐπιστεύθην — 9. ἐν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ.

Epist. ad Philemonem 5. τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην — 17. με ἔχεις.

Epist. I. Ioannis V. 7. ubi textus e prima manu Ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα, Bessario adiecit: ἐν τῷ Λατίνῳ πρόσεστι *Sicuti tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.* Sic quomodo versio Latina Vulgata textui Græco respondeat Bessario passim ánnotavit.

Apocalypsis I. 2. ὅσα εἶδε καὶ ἅ τινά εἰσι, καὶ ἅ τινα χρὴ γενέσθαι μετὰ ταῦτα — 4. ἀπὸ θεοῦ — 7. ὄψεται πᾶς ὀφθαλμὸς — 8. Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος — 11. ἐν Θυατείροις — 14. ὥσπερ ἔριον — 15. πεπυρωμένῳ — 16. δίστομος ἐκπορευομένη — 17. λέγων· μὴ φοβοῦ — 20. οὓς εἶδες....., λυχνίαι, ἃς εἶδες, ἑπτά.

Cod. XI. membr. in fol. Sæc. XIII. — V.

ACTA APOSTOLORUM, IACOBI PETRI IOANNIS ET IUDAE EPISTOLAE, PAULI EPISTOLAE, Græco textui Versionibus Latina & Arabica e regione appositis.

CODEX mutilus initio est usque ad ea verba Act. I. 12. τότε ὑπέστρεψαν &c. mutilus quoque in fine desinit cum prologo in Epistolam Pauli ad Philemonem. Huius Epistola ad Hebræos inter Epistolas ad Thessalonicenses & ad Timotheum locum habet; quem itidem in exemplaribus nonnullis Græcis olim habuisse tradit Epiphanius Lib. 1. adversus hæreses (*Oper. T. I. p. 373. ed. Paris. Petavii*), quemque etiam in codice Alexandrino obtinet, & in Vaticano sæculi XI, immo vero etiam in Vaticano alio ob antiquitatem celeber-

berrimo (*Birch Prolegom. in quatuor Evangel. p. VI. XVI.*) aliisque. In textu Græco Prologi atque Capitum Tituli Euthaliani sunt. Sectiones textus pro lectionibus in Sacra Liturgia faciendis manifeste apparent; quibusque in festis eæ haberentur, adscriptum fuit. Itaque Actuum II. 14. est Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις σταθεὶς δὲ ὁ Πέτρος &c. II. 38. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶπεν Πέτρος πρὸς τὸν λαόν· μετανοήσατε &c. III. 11. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰασθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον &c. Alibi quoque idem occurrit.

Specimen lectionis ex locis nonnullis Actuum profero. II. 7. οὗτοι Γαλιλαῖοι εἰσὶν οἱ λαλοῦντες — 10. οἱ Ἰουδαῖοι — 13. διαχλευάζοντες — 23. καὶ τῇ γνώσει — 30. καὶ καθίσαι — 31. ἐκ ἐγκατελείφθη .... εἰς ᾅδην — 38. ἁμαρτιῶν ὑμῶν — 40. παρεκάλει αὐτοὺς λέγων — 42. καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει — 43. διὰ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο ἐν Ἱερουσαλὴμ, φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας. καὶ — 47. κύριος προσετίθει. III. 2. τὴν πύλην — 22. ἀναστήσει ὁ θεὸς ὑμῶν. XX. 4. Σωσίπατρος Πύῤῥου — 5. οὗτοι προσελθόντες — 15. τῇ ἐρχομένῃ — 21. Ἰησοῦν Χριστὸν-ὥστε τελειῶσαι — 25. ἰδοὺ deest — 28. τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ — 35. τοῦ κυρίου deest Ἰησοῦ. XXI. 8. ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον. XXIV. 6. καὶ κατὰ & alia desunt usque ad ἐπὶ σὲ versus 8. In Epistola ad Timotheum III. 16. est θεὸς ἐφανερώθη.

At codex interpolationes has habet, quales nunquam me videre memini. Act. II. 9. Καππαδοκίαν καὶ Γαλατίαν — 11. Ἄραβες καὶ Ἰνδοί. In Latina quoque versione est *& Galatiam .... & Indi:* interpolationibus tamen, quæ sequuntur, nihil in ea respondet. Hebr. VIII. 1. τῶν βασιλέων· ὅτι ἐδίωξεν τοὺς ἀλλοφίλους, καὶ ἐξείλατο Λὼτ μετὰ πάσης αἰχμαλωσίας. καὶ εὐλογήσας &c. Hebr. XII. inter vers. 23. & 24. ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη λύπη καὶ στεναγμὸς, ἔνθα πάντων τῶν δικαίων ἐστὶν ἡ κατοικία εὐφραινομένων (ex Esaia XXXV. 10. LI. 11. & Psalmo LXXXVI. 7.). Tit. I. 9. ἐλέγχειν. μὴ χειρο-

 το-

τονεῖν διγάμους, μηδὲ διακόνους αὐτοὺς ποιεῖν· μηδὲ γυναῖκας ἔχειν ἐκ διγαμίας. μηδὲ προσερχέσθωσαν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ λειτουργεῖν τὸ θεῖον. τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἀδικοκρίτας, καὶ ἅρπαγας, καὶ ψεύστας, καὶ ἀνελεήμονας ἔλεγχε, ὡς θεοῦ διάκονος· εἰσὶν γὰρ πολλοὶ &c. Tit. II. 11. αἰσχροῦ κέρδους χάριν. τὰ τέκνα, οἳ τοὺς ἰδίους γονεῖς ὑβρίζοντες, ἢ τύπτοντες· ἐπιστόμιζε, καὶ ἔλεγχε, καὶ νουθέτει, ὡς πατὴρ τέκνα, καὶ εἰρήνης ἐπίσκοπος. εἶπεν &c. Tit. III. 3. ἀλλήλους. ἀποστεροῦντες μισθὸν μισθωτοῦ, καὶ ἐκχυνόμενοι αἷμα ἱδρώτων αὐτῶν. ὧν ἡ κρίσις ἀνίλεως τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος (ex Ecclesiastico XXXIV. 24. & Epistola Iacobi II. 13.).

Versio Latina Vulgata est, non sine varietate lectionis. Actuum Cap. XXVIII. versus 29. deest *Et cum hæc dixisset &c.* spatio ad eum scribendum relicto; Græce tamen exstat. Ioan. Epist. I. Cap. V. v. 8. est: *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & tres unum sunt.* Verba *dant in cælo* & sequentia alia manu, fere tamen synchrona, scripta sunt. — Textus Græcus tantum habet Ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες· τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. Prologus in Epistolas Catholicas idem est qui Hieronymo tribui consuevit. Capitum tituli, quos Capitula dicebant, exstant fere omnes inter vulgatos a Iosepho Thomasio Cardinali V. C. Inest etiam Canon unus Epistolarum Pauli Harmoniam continens, sub titulo: *Canones Epistolarum Pauli iuxta earundem locos invicem sibi concordes hinc indeque collecti. Canon primus, in quo prima consonat sequentibus Epistola.* Initium est: *De Prædestinatione, ad Romanos Capitulo primo & vicesimo primo — ad Corinthios prima, septimo — ad Ephesios primo — ad Timotheum secunda, secundo — ad Titum primo.* Iisdem

dem propemodum verbis exstat inter Canones in operibus Thomasii editos Romæ an. 1747. T. I. p. 384. 489.

Versionem Arabicam non eandem esse eum impressa in Bibliis Polyglottis Londinensibus, codice an. 1783. accurate inspecto, mihi affirmabat Matthias Norbergius Angermannus, rerum huiusmodi peritia clarus; eamque textui Græco præ alia hærere statuebat.

Fuit olim codex Monasterii Sancti Michaelis de Traina, quæ Siciliæ urbs etiam Troyna dicta, Ordinis Sancti Basilii: cuius rei indicio sunt annotationes duæ, altera pag. 8. *ὑπάρχει τῦτο τὸ βιβλίον μονῆς τῶν ἁγίων καὶ ἀρχαγγέλων δὲ τραῦνα*, altera pag. 252. t. *ἐςι κίςυ λίβρυ δι λῦ μοναςερίυ δι σάντυ μιτχέλυ δι τραῖνα*. Eundem in usum Monachorum, apud quos, ob Saracenorum in Sicilia dominationem, Arabica lingua aliquando viguerit, descriptum, licet accurate non satis, Bessario a Monachis ipsis accepisse videtur. De Monasterio illo Rocchus Pyrrhus disserit in Sicilia Sacra T. II. p. 1016. edit. Panorm. 1733.

Cod. XII. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

Lectiones Evangeliorum per annum.

Est Codex litteris, ut appellant, uncialibus exaratus; quas tamen in libris Liturgicis diutius, quam in aliis, adhibitas fuisse constat. Neque tamen harum forma eadem fere est etiam in codice Colbertino sæc. VIII. apud Montfauconium Palæograph. p. 229. ut Indicis auctoribus videbatur.

In Kalendario ad diem 8. Augusti occurrit festum Sancti Æmiliani Archiepiscopi Cyzici *τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν* Αἰ-

μιλιανοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κυζίκου. Porro Æmilianum sub Leone Armeno, qui ab an. 813. ad an. 820. imperavit, vixisse Ioannes Pinius declarat (*Act. SS. Bolland. Tom. II. Aug. p.* 353. *ed. Ven.*). Itaque codicem ad sæculum X. referendum puto.

Variæ lectiones non desunt, immo vero commata integra omissa, transposita, immutata; ut in eiuscemodi Evangeliorum Lectionibus reperiri solet. Folia quoque ipsa absque ordine iamdiu compacta sunt; quorum in marginibus, ac nonnunquam etiam in medio, veteri scriptura abrasa, Evangeliorum Lectiones iuxta anni cursum sæculo XII. adscriptæ. Quod in usum Ecclesiæ Constantinopolitanæ codex scriptus fuerit, indicio fortasse est Festum Dedicationis Templi Deiparæ in *Chalcopratiis*, seu in Vico Ærariorum urbis Constantinopoleos, in Menologio ad diem 18. Decemb. primo charactere positum Τὰ ἐγκαίνια τῆς Θεοτόκου ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις: quanquam ædium præcipuarum urbis illius dedicationes in Græcorum Menologiis ac etiam in Menæis reperire est.

Cod. XIII. membr. in 4. Sæc. X. — V.

Lectiones ex Testamento Veteri pro Divinis Officiis.

ἈΝΑΓΝΩΣΕΙΣ hæ Librum Ecclesiasticum Græcorum conficiunt ab Allatio in Dissertatione prima de libris iis §. V. pag. 53. descriptum. Textui notæ musicæ adpictæ sunt, ac Troparia inserta: spectant vero Lectiones tam ad Officia de tempore, a Nativitate Domini ad Pentecosten, quam ad festa Sanctorum anni totius. Codex, licet in fine mutilus, magnum utique pretium idcirco sibi vendicat, quod in

in usum Ecclesiæ Constantinopolitanæ conscriptus fuerit, & cæremonias in illa antiquitus receptas, harumque nonnullas necdum satis cognitas, demonstret; præsertim quoad Benedictionem Aquæ in Epiphania, solemnem Baptismatis administrationem in Sabbato Sancto (quæ librarii, ut puto, errore ad Sabbatum Lazari scripta est), Officia maioris hebdomadæ, & Synaxes in ædibus Sanctorum urbis Constantinopolitanæ. Specimen capere liceat ex annotationibus duabus de adoratione Lanceæ ad Christi latus aperiendum adhibitæ.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ε΄. τὴν προσκύνησιν ποιοῦμεθα τῆς τιμίας λόγχης ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. μετὰ δὲ τὸν ὄρθρον κατέρχεται ὁ πατριάρχης μετὰ τῆς τιμίας λόγχης, καὶ ταύτην προσκυνοῦντες λέγομεν τροπάριον ἦχ. β΄. Προσκυνοῦμεν τὴν λόγχην κ. τ. λ.

Sancta & magna Feria quinta. Facimus adorationem pretiosæ Lanceæ in Ecclesia magna. Post vero Laudes descendit Patriarcha cum pretiosa Lancea, & eam adorantes dicimus troparium tono secundo. Adoramus Lanceam &c.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ. σημαίνει ὥρᾳ ζ΄ καὶ ✝ψάλλονται τὰ ἅγια πάθη, καὶ ἀναγινώσκει ὁ πατριάρχης τὴν διαθήκην, καὶ οἱ πρεσβυτέροι τα ι΄. καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν προσκυνεῖται ἡ τιμία λόγχη εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιὰν καὶ νέαν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ὥραν γ΄, καὶ μετὰ τοῦτο ἀποδίδοται ἐν τῷ παλατίῳ.

In sancta & magna Parasceve. Datur signum hora septima, & cantantur sancta Evangelia Passionis, & Patriarcha legit Testamentum, & presbyteri decem Evangelia. Post cœtus dimissionem adoratur pretiosa Lancea in Ecclesiis Sanctæ Irenis veteri & nova, a diluculo ad horam tertiam, & postea in Palatium reponitur.

Annotatio alia observatione digna exstat ad diem Paschæ, qua Evangelii Græci itidem ac Latini lectio ita præcipitur *Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ. Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. ἀναγινώσκει δὲ πρωτοδιάκονος τὸ Ῥωμαῖον. καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ εἰρηνεύει ὁ πατριάρχης. καὶ λέγει ὁ ἀρχιδιάκονος. Ἐν*

στο-

σοφίᾳ πρόσχωμεν. εἶτα σφραγίζει τὸν λαὸν, καὶ λέγει Εἰρήνη πᾶσι. καὶ τοῦ λαοῦ λέγοντος Καὶ πνεύματί σου, ἐπιδίδοται τὸ εὐαγγέλιον τῷ πατριάρχῃ, καὶ λαβὼν αὐτὸ ἐκφωνεῖ Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. καὶ τοῦ λαοῦ λέγοντος Δόξα σοι Κύριε, λέγει ὁ ἀρχιδιάκονος Ἐν σοφίᾳ πρόσχωμεν. καὶ ἄρχεται ὁ πατριάρχης Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. καὶ ὁ διάκονος ἑστὼς ἐν τῷ ἀμβώνῃ λέγει τὰ ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἀναγινωσκόμενα, μέχρι συμπληρώσεως τοῦ εὐαγγελίου.

In sancta & magna Dominica. Evangelium secundum Ioannem. Legit autem Protodiaconus Evangelium Latine. Et eo finito, Patriarcha pacem adprecatur. Et Archidiaconus dicit In sapientia attendamus. *Deinde ter signat populum & dicit* Pax omnibus. *Et populo respondente* Et cum spiritu tuo, *datur Evangelium Patriarchae, qui, eo accepto, exclamat* Ex Evangelio secundum Ioannem. *Et populo respondente* Gloria tibi Domine, *dicit Archidiaconus* In sapientia attendamus. *Et incipit Patriarcha* In principio erat Verbum. *Et Diaconus stans in pulpito dicit quae a Patriarcha leguntur usque ad finem Evangelii.*

Iisdem propemodum verbis Evangelii Latini lectionem cum in veteri codice, quo etiam Officia Ecclesiae Constantinopolitanae continentur, ad diem itidem Paschae, praeceptam offendisset Christianus Fridericus Matthaei, novum quid reperisse sibi visus est; remque declaravit in Descriptione Evangeliarii Ecclesiae ipsius an. 1791. Lipsiae a se edita, vocem etiam εἰρηνεύει pro *quiescit* perperam interpretatus (*Praef. p.* 3.). Constat mos tamen ille ex Nicolao I. P. M. ad Michaelem Imp. scribente: *Istius enim dictione linguae* (Latinae) *Constantinopolitana Ecclesia Lectionem Apostolicam & Evangelicam in stationibus fertur primitus recitare; sicque demum Graeco sermone, propter Graecos utique, ipsas Lectiones pronunciare* (*Collect. Concil. Mansi T. XV. p.* 191.). Schismate quoque inter Graecos & Latinos iam constituto, Leo IX. P. M. Michaeli Cerulario Patriarchae Constantinopolitano & Leoni Acri-

cridano Episcopo scribebat; *Quod si contradicitis, ad quid vestro Imperatori Latinæ Laudes, & in Ecclesia Græcis recitantur Latinæ Lectiones?* (*Collect. Concil. T. XIX. p. 649.*). Facta itaque unione inter Ecclesiam Græcam & Latinam anno 1274, die 16. Ianuarii Missam in sacra æde Palatii Constantinopolitani solemniter celebratam, in eaque Epistolam & Evangelium utraque lingua decantata fuisse tradit Georgius Pachymera Hist. Michael. Palæol. Lib. V. Cap. 22.

Textus, etsi in huiuscemodi libris vix unquam sine interpolationibus immutationibusque sit, quomodo se habeat, sumpto specimine ex Lectionibus Danielis pro Sabato Sancto & Vigilia Sancti Michaelis Archangeli scriptis, indicare lubet; facta comparatione cum textu ex Theodotionis versione, iuxta Codicem Chisianum præstantissimum edito a Simone de Magistris cum Daniele Versionis LXX, Romæ anno 1772; cum quo hic maxime convenit, iis etiam in locis in quibus Codex Vaticanus & Alexandrinus aliter habent.

Daniel Cap. III. v. 1. πήχεων .... πήχεων — 2. καὶ ἀπέστειλε Ναβυχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς — 5. τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος ... σαμβύκης τε ... ἢ ἔστησε — 6. καὶ ὃς ἂν ... ἐμβληθήσεται — 7. ὅταν ἤκουσαν ... σαμβύκης τε ... ἢ ἔστησε — 11. ἐὰν δὲ μὴ, ἐμβληθήσεται — 16. λέγοντες τῷ βασιλεῖ — 17. ἐν οὐρανοῖς — 18. ἣν ἔστησας — 19. ἕως οὗ — 20. καὶ ἄνδρας τῇ ἰσχύϊ εἶπε, πεδήσαντες τὸν Σεδρὰχ, Μισὰχ, Ἀβδεναγὼ, ἐμβάλλετε εἰς τὴν κάμινον — 21. σὺν τοῖς σαραβαροις — 23. ἐνέπεσον εἰς μέσον — 27. αἱ κρίσεις σου ἀληθεῖς — 29. ἀποστῆναι ἀπὸ σοῦ — 30. οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ συνετηρήσαμεν, οὐδὲ ἐποιήσαμεν — 31. καὶ πάντα ὅσα ἐποίησας ἡμῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐπήγαγες ἡμῖν — 32. παρέδωκας ἡμᾶς posteriore loco deest — 33. ὄνειδος ἐγενήθημεν — 34. Μὴ δὴ — 36. οἷς ἐλάλησας πληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτῶν, ὡς — 38. ὁ τόπος — 40. ἐν ὁλοκαυτώμασι κριῶν ... ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου σήμερον ... καὶ ἐκτελέσθω — 41. σοὶ deest —

43.

43. Καὶ deest priore loco — 46. καὶ πίσσαν, καὶ στίππυον — 49. συγκατέβη ἅμα — 50. ἥψατο αὐτοῖς... οὐδὲ ἐλύπησεν, οὐδὲ παρηνώχλησεν αὐτοὺς — 51. καὶ ηὐλόγουν, καὶ ἐδόξαζον.

Daniel Cap. X. v. 3. καὶ ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον... ἐν τῷ στόματι — τὴν ὀπτασίαν posteriore loco deest... ἀλλ᾽ ἔκστασις — 8. καὶ ἴδον τὴν ὀπτασίαν τὴν μεγάλην ταύτην, καὶ οὐκ — 9. τὴν φωνὴν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ... κατανενυγμένος ἐπὶ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν γῆν — 10. ἴχνη τῶν χειρῶν μου — 12. τῆς ἡμέρας τῆς πρώτης — 12. καὶ ἦλθον — 15. ἐπὶ τὴν γῆν — 17. κυρίου μου — 20. τοῦ ἄρχοντος — 21. καὶ ἀναγγελῶ σοι — 21. καὶ οὐκ ἔστι τις ἀντεχόμενος.

Ex Novo Testamento Lectiones tres tantummodo insunt ad Vigiliam Sanctorum Petri & Pauli, ex Epistola Petri prima sumptæ, sine magna varietate lectionis.

Cod. XIV. chart. in 4. Sæc. XV. — V.

HOROLOGIUM Magnum, exscriptum anno 1425.

Στιχηρὰ pro Officiis communibus Sanctorum ex Menæis sumpta.

GREGORII Monachi Canon in Sanctos anni totius. Inc. Ἀνδρῶν θεοφρουρήτων ... Κύριε τὴν τῶν ἁγίων πληθὺν &c.

MENOLOGIUM, Tropariis & Κοντακίοις insertis, ut cum Horologio reperiri solet.

Στιχηρὰ ἀπολυτίκια, & Κοντάκια per annum, ex Triodio.

CANONES TRIADICI, qui *Metrophani Smyrnæo* tribui solent.

CA-

Canones Paracletici in Deiparam Virginem, Christum, & Angelos Custodes. Anctores, quorum nomina apparent, sunt *Ioannes Mauropoda*, *Sergius Constantinopolitanus*, *Simeon Metaphrastes*, *Paulus Metropolita Amoriensis*, *Theophanes*, *Ioannes Damascenus*, *Philotheus Patriarcha*.

Acoluthia *νήψεως καὶ νίψεως*, anctore Theoctisto Monacho Studita. Inc. Γλυκύτατε τῆς ἐμῆς ψυχῆς &c.

Codicem in suimet usum magna ex parte Bessario Cardinalis exaravit. Ad initium annotationes quasdam de se fecit, ex quibus hæc innotescunt. Anno 1423, mensis Ianuarii die 30. habitum monastieum induit: anno eodem die 20. Iulii tonsuram monasticam denuo accepit: anno 1426. Diaconus factus, post quinquennium ad Presbyteratum ascendit: anno 1437. Archiepiscopus Nicænus electus, post biennium Cardinalis evasit. Ex his supplere est præsertim Commentarium de viri amplissimi Vita, quem Aloysius Bandinius Romæ anno 1777. typis dedit: multa tamen alia, & quidem maioris momenti, eidem addenda restant.

Cod. XV. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

Octateuchus cum Catena. Inc. Τοῦ Χρυσοστόμου. Τί δή ποτε τὸν οὐρανὸν πρῶτον ἐποίησεν &c.

Scriptores, ex quorum libris fragmenta Catenæ sumpta fuere, persæpe non apparent, immo *ἀνεπίγραφοι* identidem adscriptum est: quorum nomina appingnntur, hi sunt. *Acacius*, *Apollinarius*, *Basilius M.* *Clemens Alex.* *Cyrillus*, *Didymus*. *Diodorus*, *Ephræmus*, *Eusebius Cæsar.* *Eu-*

se-

sebius Emess. Eustathius Antioch. Gennadius, Gregorius Nyssenus, Hippolytus Rom. Io. Chrysostomus, Ioannes, Iosephus, Irenæus Lugd. Isidorus, Iustinus Mart. Origenes, Philo Episcopus, Philo Hebræus, Polychronius, Serapio Episcopus (Θμυέως) *in Ægypto, Severus Antioch. Severianus Gabal. Theodoretus, Theodorus.*

Catena fere tota exstat in alia uberiore, codice DXXXIV. Marciano comprehensa, necnon in copiosissima illa, quam Nicephorus Theotoci an. 1772. Lipsiæ vulgavit. Origenis fragmenta de hoc ipso codice ab Antonio Bongiovannio olim sumpta, & in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii Veneriis an. 1781, ac si nunquam prodiissent, impressa, in Catena Nicephori, vel sub Origenis, vel sub alius nomine iam prodierant. Neque tamen codex ea omnia Origeni tribuit; & vel ipsum primum fragmentum sine auctore idem obiicit, cui Bongiovannius manu sua *Origenis* adscripsit: est vero Theodoreti Quæstio quinquagesima ex iis quæ ad Genesin spectant. Irenæi fragmentum auctius ad codicis huius fidem Io. Aloysius Mingarellius edidit post libros Didymi de Trinitate, Bononiæ an. 1769. impressos.

In textu, Exod. Cap. XXVIII. post versum 22, qui desinit *ἐκ χρυσίου καθαροῦ*, versus sex sunt *Καὶ ποιήσεις ἐπὶ τὸ λογεῖον δύο δακτυλίους χρυσοῦς... ἀπὸ τῆς ἐπωμίδος*, quos textus Bibliorum Complutensis exhibet; sunt attamen iuxta lectionem codicis Oxoniensis a Lamberto Bos in editione Franequerana an. 1709, & asteriscos ad singulas lineas habent, utpote qui in Hebraica veritate sint. Exod. Cap. XXIX. versus 43. & 44. ita sunt. *Καὶ τάξομαι ἐκεῖ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἁγιασθήσομαι ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἁγιασθήσομαι ἐν δόξῃ μου. Καὶ ἁγιάσω τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου καὶ θυσιαστήριον*, asteriscis ad singulas lineas positis. Asterisci quoque appositi sunt ad Levitic. IV. v. 18. *Καὶ ἐπιθήσει ἀπὸ τοῦ αἵματος ... τοῦ μαρτυρίου*, & ad Levitic. XXII. v. 21. ubi sic est *Καὶ ἄν-*

θρω-

θρωπος ὃς ἂν προσενέγκῃ τὰ δῶρα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν ὁμολογίαν αὐτοῦ, ἢ κατὰ πᾶσαν αἵρεσιν αὐτοῦ θυσίαν σωτηρίου τῷ κυρίῳ, ἐξ-ςύλας &c.

Annotationes accedunt de variis librorum sacrorum Versionibus Græcis, ex Athanasii Synopsi Sacræ Scripturæ, de Iudæorum captivitatibus undecim, de nominibus divinis apud Hebræos, aliisque; eædem quæ ante Catenam a Nicephoro editam exhibita sunt.

Cod. XVI. chart. in fol. Sæc. XIII.—V.

CATENA in Libros REGUM. Inc. Ἀκύλ. Ἐγένετο ἄνθρωπος ἐξ Ἀρμαθαὶμ Σιφὰ ἐξ ὄρους Ἐφραίμ, εἶτα ἑξῆς φησιν ὁ Ἐφραθαῖος. Εἰ τοίνυν ἐξ Ἀρμαθαὶμ, πῶς Ἐφραθαῖος;

LOCUPLES Catena est, eaque nedum Patrum, verum etiam hæreticorum scriptorum testimoniis constat: de quo auctor, ad suas in præcedentes libros sacros Catenas respiciens, hæc initio admonuit: Χρὴ καλὲ, καὶ ἐν ταῖς προλαβούσαις βίβλοις τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, ταῖς παρ' ἐμοῦ παραγραφείσαις ἀρχόμενος εἶπον, τὸν ἐντυγχάνοντα τῇδε τῇ βίβλῳ γινώσκειν, ὅτι ἐκ πολλῶν ποιημάτων ἁγίων καὶ ὀρθοδόξων πατέρων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀδοκίμων ἐξηγητῶν, καὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν μοίρας τυγχανόντων αἱ παραγραφαὶ ἔγκειται, ἐκφεύγουσαι τὰ ἀπᾴδοντα τῇ ἐκκλησιαστικῇ παραδόσει, τὰ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν εἰρημένα. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀνόνομος πεποίηκα &c. iisdem fere verbis prosequitur, ut est in Procemio Catenæ in Ioannem a Corderio editæ, & apud Lambecium de Bibl. Vindobon. Lib. III. p. 118. n. ed. itidemque in Procemio Catenæ in Esaiam manuscriptæ in codice Oxoniensi, apud Wolfium De Catenis PP. Græcor. §. XVIII. necnon in Scholio in Evangelium Lucæ ex codice Mos-

Mosquensi edito a Matthæi p. 246. post Epist. Pauli ad Thessalonicenses & ad Timotheum Rigæ 1785.

Scriptores, ex quibus collecta Catena fuit, sunt *Apollinarius*, *Aquila*, *Athanasius*, *Basilius M.* *Cyrillus Alex.* *Didymus*, *Diodorus*, *Ephræmus*, *Evagrius*, *Eusebius Cæsar.* *Eusebius Emes.* *Gregorius Nazianz.* *Gregorius Nyss.* *Hesychius Presb.* *Hippolytus Rom.* *Io. Chrysostomus*, *Iosephus Flav.* *Irenæus Lugd.* *Isidorus Pelusiota*, *Origenes*, *Polychronius*, *Severianus Gabal.* *Severus Antioch.* *Theodorētus*, *Theodorus Heracl.* *Theodorus Mopsuest.* *Theophilus Alex.* *Victor*, aliique anonymi. Aquilæ sub nomine positum in ipso initio fragmentum Catenæ in Octateuchum a Nicephoro Theotoci edita tanquam Procopii iisdem propemodum verbis continet.

Lectiones exemplarium aliorum Versionis LXX, Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis litteris rubris in margine passim accedunt, & Scholia itidem anonymorum; quæ omnia vel in editionibus antiquis, vel in Hexaplis Origenianis Montfauconii & Bardtii, ac in Variis Lectionibus V. T. a Lamberto Bos, aliisque libris recentioribus reperiri solent. Nonnulla tamen quæ ad criticen conferunt nondum prodiere, & in his *Olympiodori* glossæ & scholia pauca ad initium; quorum qui meminerit neminem novi. Sic Lib. I. Cap. I. v. 11. in textu τὸν σιτευτὸν, in marg. Ο'λύμπ. χάλκωσιν. ib. καὶ σίδηρος, Ο'λύμπ. καὶ φόβος. v. 14. τὸν οἶνόν σου, Ο'λύμπ. ἀπὸ σοῦ. ἀθῷος, μηδαμῶς, ad versum scilicet 15, ubi, οὐχὶ κύριε. Cap. II. v. 10. ἄκρα γῆς, Ο'λύμπ. πέρατα.

Scholia Origenis ex hoc quoque codice Bongiovannius olim descripserat, quæ in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii Venetiis an. 1781., p. 16. & seq. impressa sunt. Non tamen edita omnia ex codicis fide sunt Origeni tribuenda. Ad Lib. I. Cap. III. v. 7. Scholion Ε'πειδὴ ἠμέλησεν &c. sub Origenis nomine prolatum, in codice sine auctoris indicio

dicio est; Diodoro autem Tarsensi Theodoretus tribuit Quæst. VI. in Lib. I. Reg. cui astipulatur Catena a Nicephoro Theotoci edita T. II. p. 305. Irenæi fragmentum ex hoc ipso codice Mingarellius dedit ad p. 266. librorum Didymi de Trinitate.

BIBLIORUM SACRORUM Pars, scilicet *Paralipomena*, *Esdræ Liber I. & II.*, *Esther*, *Tobias*, *Iudith*. Hisce libris nonnulla præfiguntur instar Synopseos, & Quæstiones THEODORETI in Paralipomena.

IOSEPHI FLAVII in Maccabæos.

Cod. XVII. membr. in fol. Sæc. X. — P.

CATENA in PSALMOS. Inc. Τῦ Εὐσεβίυ Καισ. Μακαριότητος μεν κατὰ φύσιν ἅπαντες ὀρεγόμεθα &c.

HORUM fragmentis ea constat: *Apollinarius*, *Aquila*, *Asterius*, *Athanasius*, *Basilius M.* *Cyrillus*, *Didymus*, *Diodorus*, *Eusebius Cæsar.* *Gregorius Nazianz.* *Gregorius Nyssen.* *Hesychius*, *Io. Chrysostomus*, *Ioannes Episc. Alexandrinus*, *Ioannes*, *Origenes*, *Severus Antioch.* *Theodoretus*, *Theodorus Antioch.* *Theodorus*, *Victor*, & alii anonymi.

Uberrima Catena est, ac multa continet, quæ in duabus aliis a Daniele Barbaro & Balthassare Corderio minime exstant: neque pauca sunt quæ alienis auctoribus perperam adscripta, ex optimi huiusce codicis fide suis restitui possunt. Origenis fragmenta, a Bongiovannio olim ex eo sumpta, in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii demum impressa, ex parte iamdiu prodierant; non tamen omnia sub Origenis nomine, neque ea sinceritate textus, qua in codice

 sunt.

sunt. Didymi etiam Alexandrini quædam ex hoc Mingarellius protulit cum eius libris de Trinitate Bononiæ an. 1769. pag. XLVI. 228. 278. 334.

CATENA in Cantica Veteris & Novi Testamenti accedit, a Corderio edita in fine tomi tertii Catenæ in Psalmos. Patres e quorum testimoniis constat, hi sunt: *Basilius*, *Cyrillus Alex.* *Eudoxius Philosophus*, *Eusebius Cæsariensis*, *Gregorius Nyssenus*, *Hippolytus*, *Ioannes*, *Nicolaus Presbyter*, *Origenes*, *Theodoretus*, *Theodorus Heracleensis*, *Victor Presbyter*, & Ἀνεπίγραφος. Est itaque Catena hæc eadem in Psalmos & in Cantica etiam in codice Parisiensi CXXIX. qui & ipse sæc. X. scriptus, Davidis gesta quædam depicta exhibet, Montfauconio teste in Palæographia p. 11.

In Psalmo XIII. v. 3. post ἑνός desunt, quemadmodum in codice Alexandrino aliisque Marcianis, necnon in editionibus Complutensi ac Aldina, quæ in editione Romana aliisque sequuntur, usque ad Οὐχὶ γνώσονται &c. nec ullus in ea verba commentarius adest.

Codicem splendidissime exaratum, nullo ex antiquitate damno affectum, in quo Psalmorum textus more poetico descriptus est, exornant eorum tituli interpretumque nomina, quæ a Psalmo CXIII. ad ultimum desunt, litteris aureis scripta. Ad initium folia duo picturis auroque distincta exstant: alterum præcipua Davidis regis gesta exhibet, alterum Basilii Imp. imaginem obiicit, sub militari habitu, corona ex margaritis, paludamento, ceteris imperatoriis ornamentis insignitam; quam tabula ænea expressam Index codicum Marcianorum typis editus ob oculos ponit. Ad imaginem ipsam versus hi spectant, e regione eiusdem scripti:

Τὸ θαῦμα καινὸν ὧδε τῶν ὁρωμένων.
Χριστὸς προτείνει δεξιᾷ ζωηφόρῳ
Ἐξ οὐρανοῦ τὸ στέμμα, σύμβολον κράτους,

Πι-

Πιστῷ, κραταιῷ δεσπότῃ Βασιλείῳ.
Κάτωθεν οἱ πρώτιστοι τῶν ἀσωμάτων,
Ὁ μὲν λαβὼν ἤνεγκε, καὶ χαίρων στέφει,
Ὁ δὲ προσάπτων τῷ κράτει καὶ τὰς νίκας,
Ῥομφαίαν, ὅπλον ἐκφοβοῦν ἐναντίους,
Φέρων δίδωσι χειρὶ τῇ τοῦ δεσπότου.
Οἱ μάρτυρες δὲ συμμαχοῦσιν ὡς φίλῳ,
Ῥίπτοντες ἐχθροὺς τοῖς ποσὶ προκειμένους.

Quorum sententiam sic reddebam

Miraculum novum inter heic visa.
Christus porrigit dextera vivificante
De cælo coronam, symbolum imperii,
Fideli, potenti Domino Basilio.
Deorsum Angelorum principes,
Alius quidem acceptam fert, lætusque coronam imponit;
Alius vero adiiciens imperio victorias,
Hastam, quo armorum genere hostes terreat,
Deferens, dat in Domini manus.
Martyres autem cum eo simul certant, ut cum amico;
Prosternentes hostes, ad pedes qui positi sunt.

In fine manus sæc. XV. adscripsit τῆς περιβλέπτου Θεοτόκου: spectabat nimirum codex ad Monasterium Deiparæ Virginis, cognomento τῆς περιβλέπτου, *Conspicuæ*, in urbe Constantinopolitana, de quo præsertim Cangius disserit in Constantinopoli Christiana p. 94.

Constat ex bibliothecæ monumentis codicem an. 1556. mutuo datum fuisse Aloysio Lippomano Episcopo Veronensi; quo tempore is Catenam in Psalmos decem adornabat, an. 1587. Romæ demum impressam.

Cod. XVIII. chart. in 4. Sæc. XIII. — V.

Euthymii Zygabeni Commentarius in Psalmos & in Cantica Veteris & Novi Testamenti.

Auctoris nomen præfixnm non est; manus tamen aliquanto recentior ad initium inseripsit *Ψαλτήριον ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ κυρίου Ζυγαβηνοῦ*. Bessario quoque id manu sua firmavit. Scriptus codex fnit manu Theodori Σαμαντοῦ. Ex hoc autem Commentarium totum in Psalmos, at non in Cantica V. & N. Testamenti, Græce primum dedit Antonius Bongiovannius in quarto volumine Operum Theophylacti an. 1762. Venetiis impresso.

Cod. XX. membr. in fol. Sæc. X. — V.

Theodoreti Commentarius in Psalmos.

Ad codicem hunc, ni quidem fallor, spectant Antonii Carafæ, qui postea Cardinalis fuit, verba in epistola nuncupatoria interpretationis Latinæ operis an. 1564. Patavii a se typis editæ: *Vix enim unum manuscriptum exstat vetustissimum, quod sciam, Venetiis in bibliotheca Marciana.* Non attamen Carafam opns ex hoc hansisse, varia loca, quæ aliter reddidit, indicio sunt; respondent vero eodiei Augustano primo, a Schulzio in editione operum Theodoreti Hallensi an. 1769. allato (*T. I. P. II. p.* 644. 1109. *& alibi*). Neque eodice XIX. Marciano usus Carafa est; qui cum Theodoreti Commentario in Psalmos Catenam habet in Cantica V. & N. Testamenti, quoad eorum interpretum nomina, quorum fragmentis ea constat, fide maiori conscriptam, quam versio Carafæ Latina in editione Patavina exhibeat.

Cod.

Cod. XXI. membr. in 4. Sœc. circ. X. — P.

CATENA in PROVERBIA, cuius initium fit a Scholio in libri titulum. Inc. Αἱ παροιμίαι περιέχουσι παιδείαν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν &c. Patres ex quibus concinnata apparet, sunt *Apollinarius*, *Basilius M.*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Diodorus*, *Epiphanius*, *Evagrius*, *Eusebius*, *Eustathius Antioch.* *Gregorius Naz.* *Hippolytus*, *Ioannes Chrysostomus*, *Iulianus Diaconus*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*. Georgium quendam Index impressus addit, at ex mala interpretatione notæ, qua Origenis nomen designari consuevit. Origenis vero quædam, ex hoc ipso codice ac ex proxime sequenti olim a Bongiovannio descripta, Galliciolius edidit in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii p. *26*.

Proverbiorum pars posterior, quæ nimirum incipit a Cap. XXV, tum in codice hoc, tum in sequenti, eodem titulo eodemque ordine est, quo in editione Bibliorum Aldina. Scholia sine auctoris nomine accedunt, quorum primum convenit cum edito a Magno Crusio in Epistola ad Christianum Wormium de Scriptis quibusdam integris fragmentisque ineditis, an. 1728. Lipsiæ impressa (*p. 23.*).

ECCLESIASTES cum commentariis, quorum initium ὁ Ἐκκλησιαστὴς φυσιολογίας ἁπτόμενος ἀποκαλύπτει τοῦ παρόντος βίου τὸ μάταιον &c. Ab his fere verbis *Polychronii* commentarius incipit in codice Taurinensi XCVII, non eo tamen vetusto. *Gregorii Nysseni*, *Evagrii*, & *Didymi* nomina semel tantum sub initium apparent.

CANTICUM CANTICORUM, cum commentario sine auctoris nomine. *POLYCHRONII* hic est, a Meursio editus.

Catena in Iob.

Polychronii Procemia duo præeunt, quæ nota iam sunt, itidemque *Iuliani* Episcopi Halicarnassensis aliud, præfixum Catenæ Nicetæ, Londini an. 1637. a Patricio Iunio editæ. Catena inc. (Olympiodori) Ἡ χώρα ἡ Αὐσῖτις χώρα ἦν τῷ Ἠσαῦ &c. Patres ex quibus constat sunt *Apollinarius*, *Basilius M. Clemens*, *Cyrillus Alex.*, *Didymus*, *Dionysius Areopagita*, *Evagrius*, *Gregorius Naz.*, *Io. Chrysostomus*, *Ioannes*, *Iulianus*, *Methodius Sidetes*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*, *Severus Ant.*, *Theophilus Alex.*, *Theodorus Mopsuestenus*. Magnopere ea differt a Catenis per Comitolum & Iunium editis: bene vero tum quoad lectiones Hexaplares, quarum specimen Index impressus præbet, tum quoad Patrum fragmenta, eadem fere omnino est, quam codex olim Marcianus DXXXVIII. continet. Textus etiam στιχηρῶς more poetico, ut in codice illo, magna parte est exaratus, & in capita XXXIII. distributus, quibus totidem Olympiodori προθεωρίαι, ut in Catena Nicetæ, præfixæ sunt. Origenis fragmenta, ex utroque codice a Bongiovannio olim sumpta, in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii Galliciolius vulgavit.

Fuit codex, antequam in Bessarionis potestatem veniret, Θαδδαίου Κυρίνου, scilicet Thaddæi Quirini patricii Veneti, Ecclesiæ Patavinæ Archipresbyteri, de quo Ioannes Augustinius fuse disserit in opere inscripto *Notizie di Scrittori Viniziani* (*T. II. p.* 314.).

Cod.

Cod. XXII. membr. in 4. Sæc. XIII. — V.

CATENA in PROVERBIA Salomonis.

PATRUM nomina hæc apparent: *Apollinarius*, *Basilius*, *Didymus*, *Diodorus*, *Epiphanius*, *Evagrius*, *Eusebius*, *Eustathius*, *Hippolytus*, *Joannes Chrysostomus*, *Iulianus*, *Olympiodorus*, *Origenes*, *Polychronius*. Fragmenta non pauca, quæ codex olim Marcianus XXI. cum Origenis nomine recte habet, hic diserte Georgio tribuit; perperam tamen, quod monogramma ad Origenis nomen denotandum appingi solitum librarius male intellexerit: itidem Apollinarii quædam Apollonio adscripta ab eo sunt. Catena ceteroquin eadem est cum edita ex versione Latina a Theodoro Peltano Anturerpiæ an. 1614. in 8, licet fragmenta Patrum non eodem utrobique sint. Prologus inc. Σοφὸς μὲν ὁ Δαβὶδ, καὶ πεπαῤῥησιασμένως εἰπὼν &c. qui in editione Latina abbreviatus exstat. Ad libri titulum scholia duo adiecta sunt, quorum primum inc. Αἱ παροιμίαι περιέχουσι παίδευσιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν &c. Catena incipit a fragmento anonymi auctoris Ἴσιον ὅτι τρεῖς εἰσὶ αἱ σοφώταται Σολομῶντος αἱ πραγματεῖαι &c. quod Olympiodori nomen in editione præfert; in qua bene multa auctori Catenæ tribuuntur, quæ codex sine ullo nomine exhibet. De codice Scorialensi huiusmet Catenæ Labbæus mentionem fecit in Nova Bibliotheca MSS. Libror. p. 177: de Barocciano Oxoniensi Wolfius in Dissertatione de Catenis Patrum Græcorum, iisque potissimum MSS. an. 1712. Vitembergæ impressa p. 18: de Ambrosiano Mediolanensi Muratorius Antiq. Italic. med. ævi T. III. p. 841.

S. CYRILLI Alex. Procemium in Esaiam, & S. BASILII M. Argumentum in eundem Prophetam.

Procopii Gazæi Epitome Commentariorum in Ecclesiasten, ex voce *Gregorii Nysseni*, *Dionysii Alexandrini*, *Origenis*, *Evagrii*, *Didymi*, *Nili*, & *Olympiodori*. Tit. Προκοπίου Χριστιανοῦ Σοφιστοῦ ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομή, ἀπὸ φωνῆς Γρηγορίου Νύσσης, καὶ Διονυσίου Ἀλεξανδρέως, Ὠριγένους, Εὐαγρίου, Διδύμου, Νείλου, καὶ Ὀλυμπιοδώρου. Procopii præfatio adest, inscripta τοῦ αὐτοῦ ὑπόθεσις. Inc. Τῶν παροιμιακῶν νοημάτων &c. est vero Gregorii Nysseni verbis passim composita. Olympiodori enarratio mediis in foliis exstat, quoad ultimum caput mutila. Patrum aliorum fragmenta, ab initio ad cap. IV. vers. *6.* in margine accedunt; quorum primum Didymi est, incipitque Προσεκτικὸν ποιεῖ τὸν ἀκούοντα· οὐ γὰρ ἰδιώτου, ἢ τοῦ τυχόντος οἱ λόγοι, &c. Origenis & Dionysii Alexandrini quæ sunt Bongiovannius exscripsit, Galliciolius cum Latina interpretatione edidit in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii an. 1781. Venetiis impressa (*T. XIV. Biblioth. p.* 30. & 110.). Iuxta hanc ipsam editionem, Dionysii Alexandrini fragmenta Commentarii in Ecclesiastis initium, cum eiusdem auctoris scriptis quæ supersunt, Simon de Magistris V. C. in editione Romana an. 1796. repræsentavit. At verba illa Κάτω νεύων ἀεὶ, καὶ ἐσκοτισμένον ἔχων τὸ ἡγεμονικὸν in comma XIV. capitis secundi, quæ veluti Dionysii edita sunt, codex habet textui Ecclesiastis immixta, rubro charactere æque ac textus ipse scripta, nullo interpretis nomine adiecto. Didymi quoque fragmentum Mingarellius dedit p. 278. operis illius de Trinitate. Exstat hæc ipsa Procopii Epitome in codice Parisiensi, a Montfauconio in Hexaplis Origenis edendis cum utilitate adhibito; fuitque etiam in codice Collegii Claromontani Societatis Jesu sæc. XVI. descripto (*Catalog. Codd. Clarom. p.* 18.).

S. Gregorii Nysseni & S. Nili Monachi Expositio in sex priora Capita Cantici Canticorum.

S. Iu-

S. Iustini Martyris Expositio rectæ Fidei. Tit. Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἔκθεσις ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίας, ἐν ᾗ συμπεριείληπται τὰ κεφάλαια ταῦτα. Capitum XXIII. tituli sequuntur, quorum primum Ὅτι εἷς θεὸς καὶ τῶν ἁπάντων αἴτιος.

Iustino opusculum suppositum, ac Nestoriani alicuius fœtum esse, inter criticos viros iam receptum est. Nestorio Maturinus Veyssierius Lacrozius tribuit; Theodoro autem Mopsuesteno maiori argumentorum vi Paulus Ernestus Iablonskius, qui novam eius editionem parabat (*Thesaur. Epistol. Lacroz. T. I. p. 194.*). Scripturæ vitiis obsitum codex habet: lectiones tamen quædam bonitate ac novitate inter ea se commendant. Exemplo locus est in editione Monachorum S. Mauri p. 422. l. 12. ubi de natura creata: ἡ δὲ τὴν διακονίαν μόνην, ἣν παρ' αὐτῆς τῆς θεότητος εἴληφε, καὶ δυναμένη, καὶ ποιοῦσα, qui in codice est ἡ δὲ τὴν διακονίαν μόνην, ἣν παρ' αὐτῆς τῆς θεότητος εἴληφε, δουλικῶς ἐκπληροῦσα.

S. Basilii M. Epistola ad Gregorium fratrem, Quod non est idem essentia & *hypostasis*. In editione Monachorum S. Mauri est n. XXXVIII.

Codicem possedit Ioannes Constans Medicus, cuius nomen pagina 285. t. est hisce verbis Βιβλίον κυρίου Ἰω. Κωνσταντὶ καὶ ἰατροῦ. Postmodum idem fuit Ἰωάννου τοῦ Χρυσολωρᾶ, Ioannis nimirum Chrysoloræ, Manuelis, insignis illius litterarum Græcarum in Italia instauratoris, nepotis; quem & ipsum utriusque linguæ eruditione claruisse Humphredus Hodius præsertim demonstrat (*De Græcis illustribus p. 63.*). Demum in Bessarionis potestatem liber venit.

Cod.

Cod. XXIII. membr. in 4. Sæc. XI. — V.

OLYMPIODORI Expositio in Ecclesiasten. Tit. Ὀλυμπιοδώρου ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν κατὰ λέξιν. Ecclesiastis textus litteris maiusculis commentario insertus Vaticano codici hæret, Alexandrini autem lectionem perraro admittit. In fine est Ἰωάννου μονάζοντος ἐπίγραμμα εἰς τὸν θεῖον Ὀλυμπιόδωρον, *Ioannis* fortasse eiusdem, a quo Sententiarum collectio prodiit, hoc ipso codice comprehensa.

EXCERPTA ex interpretationibus *Gregorii Nysseni & Nili Ascetæ* in Canticum Canticorum. Tit. Ἐκλογαὶ ἑρμηνειῶν Γρηγορίου Νύσσης καὶ Νείλου ἀσκητοῦ εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων Σολομῶντος. Inc. Διατί λέγεται ᾆσμα ᾀσμάτων; Γρηγορίου. Ὥσπερ ἅγια ἁγίων λέγοντες &c. Nonnisi versiculi quidam selecti explicantur, neque verba textus suo quæque loco afferuntur. Exemplo hæc sunt ex Cap. III. v. 6. Cap. VI. v. 9. & Cap. VIII. v. 5. sumpta & coniunctim exhibita: Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου, καλὴ ὡς σελήνη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς. Interpretatio autem huiusmodi accedit: Μάγνητος. Τὴν ἐκκλησίαν ὧδε σελήνην λέγει· ἀδελφὸν δὲ αὐτῆς τὸν κύριον Ἰησοῦν, διὰ τὸ ὁμοιοπαθὲς τοῦ σώματος. ἔρημον δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐξ ἧς ἀνῆλθεν στηρίγματι βεβαίῳ χρησαμένη τῷ σταυρῷ ἐπὶ τὸ ἄνω βασίλειον. *Magnetis*, antiquissimi illius scriptoris, non hæc plane videntur. Fragmentum aliud brevius eidem dubia scriptione tribuitur. *Chrysostomi ac Olympiodori* nomina bis occurrunt: *Ioannis* cuiusdam semel, necnon *Antiochi*, cuius in versiculum septimum Capitis sexti hæc afferuntur. Ἀντιόχου. Ἑξήκοντα βασιλίσσας λέγει, τὰ ἑξήκοντα βιβλία τῆς τε παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης· ὀγδοήκοντα δὲ παλλακὰς, τὰς μὴ ἐγκεκριμένας, τὰς λεγομένας ἀποκρύφους· παλλακὰς

δὲ

δὲ ὀνομάζονται διὰ τὸ ἀπαῤῥησιάστους καὶ νόθους αὐτὰς εἶναι· νεανίδας δὲ, τὰς ῥήσεις τοῦ θείου κηρύγματος τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων. ἀναρίθμητοι δὲ λέγονται διὰ τὸ πληθυντικὸν καὶ ἄμετρον τοῦ λόγου τῆς αὐτῶν διδασκαλίας.

Excerpta interpretationum in Proverbia Salomonis ex variis Patribus. Tit. *Ἐκλογαὶ ἑρμηνειῶν εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος ἐκ διαφόρων πατέρων.* Inc. *Βασιλείου. Τί ἐστι παροιμία; ἡ παροιμία παίδευσίς ἐστιν ἠθῶν, καὶ παθῶν ἐπανόρθωσις.* Proverbiorum loca sine ullo ordine collecta & confertim posita sunt, nonnullis ex Psalmis & ex Ecclesiastico insertis. Interpretationes sumptæ sunt ex *Apollinario*, *Basilio M.*, *Didymo*, *Evagrio*, *Gregorio Naz.*, *Hippolyto*, *Io. Chrysostomo*, *Ioanne Climaco*, *Olympiodoro*, *Origene*, *Palladio*. Origenis & Didymi pauca ex hoc quoque codice a Gallicciolio & Mingarellio prolata sunt.

Sententiarum Collectio ordine alphabetico sine titulo sequitur, quæ saltem quoad initium etiam in codice Laurentiano exstat, iuxta Bandinium (*Catal. T. I. p.* 252.) sic inscripta *Γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ κυρίου μονάζοντος τοῦ Γεωργιδίου* Sententiæ collectæ a *Domino Monacho Georgidio*. Esse eadem quoque videtur in codice Parisiensi MCLXVI, veluti a *Ioanne Monacho Georgide* concinnata. Allatius etiam de Georgiis §. LXXVII. codices adducit, in quibus hunc titulum ea ferebat *Γνῶμαι συλλεγεῖσαι ὑπὸ Ἰωάννου μονάζοντος, τοῦ καὶ Γεωργίδου, κατὰ στοιχεῖον*; ut proinde Ioannem Monachum, qui & Georgides, auctorem agnoscere oporteat. Etiam in codice Marciano versus iambici septem præcedunt in collectionis laudem *Ἰδὼν τὸ κάλλος* &c. quos Bandinius tamquam orationem prosam edidit. Initium fit ab anonymi sententia hac, quam codex Laurentianus Basilio tribuit, *Ἄριστον ἀνθρώπῳ δῶρον ὁ θάνατος, ἠρεμεῖ γὰρ ἐξ ὧν ἔμελλε πράσ-*

στειν κακῶν. Ultima Democriti est *Ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, τούτων μιμοῦ τὰς ἀμώμους πράξεις*. Aliter in codice Laurentiano est, pro natura scilicet operum huiusmodi, quorum exemplaria vix unquam inter se conveniunt. Auctores, quorum dictis Florilegium constat, præter anonymos, hi sunt: *Aphtonius*, *Basilius*, *Choricius*, *David psalmographus*, *Democritus*, *Diadochus*, *Galenus*, *Gregorius Nazianzenus*, *Gregorius Nyssenus*, *Heliodorus* (*qui* Χαρικλίας), *Hesiodus*, *Hippocrates*, *Ioannes Chrysostomus*, *Ioannes Climacus*, *Isidorus*, *Methodius*, *Nilus*, *Olympiodorus*, *Philo*, *Plato*, *Polychronius*, *Procopius*, *Pythagoras*, *Salomon*, *Sirach*, *Solon*, *Xenophon*. Ex Sententiis multas vel in scriptorum, qui afferuntur, operibus, vel in Stobæi ac Antonii Melissæ Florilegiis esse video: in singulas tamen inquirere, præsertim Choricii, quæ multæ sunt, operæ pretium fortasse fuerit.

Fragmenta sequuntur scriptorum *Basilii M.*, *Gregorii Nazianzeni*, & *Maximi*: *Anonymi* Epistola ad Metrophanem Metropolitam Smyrnæum, Photii coævum: *Ioannis* cuiusdam, fortasse Monachi auctoris Florilegii, Epistolæ quatuor Cyrillo Antonio & Ioanni monachis ac Davidi Metropolitæ Nicæno: *Diogenis* Cynici ad Antipatrum Epistola, eadem quæ in editionibus ad Agesilaum est, nonnulla cum differentia.

Ad initium membrana exstat, ex codice Bibliorum sacrorum avulsa, sæculo IX, litteris maiusculis exarata, qua Proverbia continentur, a Cap. XXIII. v. 2. ad Cap. XXIV. (XXX.) v. 12. iuxta codicem Vaticanum, cum differentiis tamen nonnullis codicis Alexandrini, aliisque; hisce nimirum: Cap. XXIII. v. 24. *εὐφραίνεται ἡ μήτηρ αὐτοῦ*: v. 35. *ὄρθρος ἐγένετο*. Cap. XXIV. v. 9. *ἀκαθαρσία ἀνδρὶ*: v. 11. *καὶ ἐκπρίω*: v. 16. *ὁ δίκαιος*: v. 20. *ἔκγονα παρανόμων*: v. 27. *ἀπωλείας*

λείας μακρὰν ἔσαι. Cap. XXIV. (XXX.) v. 4. πάντων deest: v. 5. ὑπερασπίσει: v. 7. καὶ μὴ ἀφέλῃς.

Cod. XXIV. membr. in fol. Sæc. XI. — V.

PROCOPII Sophistæ Epitome variarum commentationum in Esaiam Prophetam. Tit. Ἐπιτομὴ τῶν εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν καταβεβλημένων διαφόρων ἐξηγήσεων Προκοπίου Χριστιανοῦ Σοφιστοῦ. Init. Προφήτης ὁ προφάσκων, ἢ τὸ μέλλον &c.

Ad huiusce codicis fidem opus anno 1580. Parisiis in lucem venisse Ioannes Curterius ejus editor & Latinus interpres testatur in præfatione, anno præcedenti Bononiæ scripta ad Franciscum Rupifucaldium Randanum Trenorchii Abbatem, hæc inquiens: *Fateor Procopii exemplar ante annos quatuordecim tantum Venetiis, mandato Ioannis Pici classium inquisitoriarum in Senatu Parisiensi Præsidis, opera vero & impensis Bernardi Turrisani Veneti, librariam tum Lutetiæ facientis, ab eo quod in Sancti Marci bibliotheca adservatur ea spe exscriptum fuisse, ut a pio & docto Præside Latine redditum, in lucem postea, sicut & Theodoreti Quæstiones multaque alia, ederetur. Sed cum, eo morte intercepto priusquam Lutetiam Procopius appulisset, ad heredes eius se frustra sæpe, ut factas eo nomine impensas ab illis recuperaret, Turrisanus contulisset &c.* Addit Curterius apographum illud Procopii sibi comparasse, eoque uno in editione usum fuisse. Codex vetustate præstans, spiritibus & accentibus frequentissime destitutus, lectionis vitia habet non pauca, quæ fere omnia editor, exemplo accurate sumpto usus, exhibuit passimque emendavit. Esaiæ textus intermixtus commentario est, non totus tamen. Fuit hoc idem Procopii opus manuscriptum, cum variis lectionibus a Ludolpho Kustero

stero ad marginem coniectis, in bibliotheca Collegii Claromontani Iesuitarum; quemadmodum ex Catalogo Codd. MSS. illius, an. 1764. Parisiis impresso, constat (p. 18.).

Cod. XXVI. chart. in fol. Sæc. XIII. — V.

THEOPHYLACTI Commentarius in quinque Prophetas minores, Hoseam, Ionam, Habacuc, Nahum, Michæam.

Græce primum edidit Bongiovannius, codice hoc & alio Bavarico usus, in tomo quarto operum Theophylacti, Venetiis an. 1763. impresso: in ea autem Veneta editione delectus etiam prodiit variarum lectionum codicis XXXII. Marciani, quoad Commentarios in Evangelia & Epistolas Pauli.

NICETÆ Metropolitæ Naupacti Syntagma in Evangelium Matthæi, collectum præcipue ex interpretationibus Chrysostomi, & aliorum. Tit. Νικήτου Ἐπισκόπου τῆς Μητροπόλεως Ναυπάκτου σύνταγμα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον, συντεθὲν μάλιστα μὲν ἐκ τῶν ἐξηγήσεων Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, εἶτα καὶ ἀπὸ ἑτέρων διαφόρων. Procemium inc. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μὴ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας &c. Hoc idem præfert Catena in Matthæum a Petro Possino sub Nicetæ Episcopi Serrarum nomine Tolosæ an. 1646. edita. Syntagma tamen tum ab ea, tum a Catena, quam Corderius edidit, omnino differt; neque nomina interpretum adscripta usquam habet. Ex Theophylacto quædam sumpta inesse Bessario animadvertit in annotatione, quam Index codicum Marcianorum impressus exhibet.

THEOPHYLACTI Interpretationes in Evangelia Ioannis Marci & Lucæ. Collatus codex est, ut etiam tres alii num. XXX. XXXI. & XXXII. notati, pro editione Veneta an. 1754.

1754. & seq. Theophylactus auctor diserte nuncupatur in codicibus XXX. & XXXI, secus atque Index Codicum Marcianorum impressus exhibeat.

Quædam de rebus Ecclesiasticis, tum bonæ, tum malæ notæ, manu sæc. XIV. accedunt, a Tomasino Biblioth. Venet. MSS. p. 53. ex parte denotata; inter quæ sunt

S. Maximi, Cuiusnam rei figura & imago Ecclesia sit; Ex Capite primo Mystagogiæ, sub falso titulo Historiæ Ecclesiasticæ.

Exempla translationis Episcoporum. Eadem propemodum, quæ anonymus quidam affert apud Enimundum Bonefidium in Iure Orientali p. 300.

Constantini Imp. Donationis Silvestro Papæ Fragmenta. Ut apud Balsamonem in Scholiis ad Nomocanonem Photii.

Michaelis Pselli De Ecclesiis Catholicis earumque ritibus, ex diversis Sanctis Patribus. Inc. Κατὰ πρῶτον λόγον ἐκκλησίαι οἰκοδομεῖσθαι παρεδόθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων &c. Excerptum videtur ex opere maiori.

Nili Monachi Epistola ad Chariclem Presbyterum.

Cod.

Cod. XXVII. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

Catenae in Quatuor Evangelia.

Eædem esse videntur, quæ exstant in codicibus Laurentianis a Bandinio relatis T. I. p. 133. 161. & in Mosquensi, de quo Matthæius disserit post Victoris Antiocheni Catenam in Marcum p. 129.

Catenæ in Matthæum prologus incipit Εὐαγγέλιόν ἐστι λόγος περιέχων ἀγαθῶν ἀγγελίαν &c. Symbolas habent *Basilius*, *Cyrillus*, *Eusebius*, *Ioannes Chrysostomus*, *Origenes*, *Photius*, *Severus*, & anonymi. Differt hæc a duabus Catenis, Possini & Corderii opera, Tolosæ ann. 1646. & 1647. editis, licet multa utriusque contineat. In textu Cap. III. v. 12. deest καὶ πυρὶ, sed interpretatio adest sine nomine auctoris, quæ in Catena Corderii *Theodoro Heracleotæ* tribuitur. Origenis fragmentum ad huiusce codicis fidem in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii prodiit (*p.* 74.). *Papiæ* autem Hierapolitani fragmentum de morte Iudæ ab anonymo scriptore ad Caput XXVII. v. 5. relatum, tanquam media parte ineditum ex hoc itidem libro Fridericus Münter dedit cum aliis Patrum fragmentis Hafniæ an. 1788. p. 17. Illud tamen totum, qualecumque demum sit, in Commentario ad Acta Apostolorum Theophylacti nomine inscripto, inter huius opera edito Venetiis an. 1758. T. II. p. 16, in Spicilegio Patrum Grabbiano T. II. p. 231. edit. 1714, & in Bibliotheca Patrum Gallandii T. II. p. 318. iam exstabat.

Catena in Marcum *Victoris Antiocheni* est, aliis aliorum fragmentis deinceps insertis. Versus Evangelii duodecim postre-

stremi uno eodemque charactere scripti sunt, in margine annotatione adposita *παρὰ πλείστοις δὲ ἀντιγράφοις* &c. quam ex hoc ipso codice, a se collato, aliisque Birchius dedit in editione Evangeliorum Hafniensi an. 1788. p. 316.

Catena in Lucam inc. *Κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον ἐπιγέγραπται* &c. Constat fragmentis *Athanasii*, *Basilii*, *Cyrilli*, *Gregorii Nyss. Io. Chrysostomi*, *Maximi*, *Origenis*, *Photii*. Origenis *ἀποσπασμάτιον* in Appendice Bibliothecæ Patrum Gallandii iuxta codicem prodiit p. 94. quemadmodum eiusdem alia ex codice olim Marciano XXVIII. in ea edita sunt p. 76. 83. 91.

Catenæ in Ioannem procemium, quod incipit *Μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάληψιν* &c., sine auctore positum, in Catena Corderiana an. 1630. Antuerpiæ impressa, ab hac diversa, sub *Theodori Mopsuesteni* nomine apparet. Sunt vero scriptores, ex quibus sumpta ea est, *Apollinarius*, *Athanasius*, *Basilius*, *Cyrillus*, *Didymus*, *Io. Chrysostomus*, *Origenes*, *Photius*, *Theodorus Heracl. Theodorus Mopsuestenus*.

In Capite Evangelii octavo narratio de muliere adultera omnino deest. Ad versiculum ultimum *ἔστι δὲ καὶ ἄλλα* &c. Scholion de sinceritate eius adscriptum est *Α'λλοι δὲ προσθήκην εἶναι τοῦτό φασιν* &c. quod ex hoc etiam codice se edere Birchius profitetur: alia tamen verba identidem sunt, ac eadem propemodum cum editis a Matthæio ad eundem versiculum.

Cod. XXXVIII. chart. in 4. Sæc. XV. — V.

MISSALIS ROMANI Orationes Græce redditæ a MANUELE CHRYSOLORA.

CODICE hoc & Marciano alio, numero superiore notato, Orationum trium Missæ cuiusque peculiarium interpretatio primum continetur, tum etiam Benedictionum Cereorum, Cinerum, & Olivarum; non vero Canonis, Lectionum Epistolæ & Evangelii, aliarumve sacræ Liturgiæ precum. Initium fit a Dominica prima Adventus *Κυριακῇ πρώτῃ τῶν πρὸ τῆς παρουσίας, ἤτοι τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Ἔγειρον, δεόμεθα, τὴν δυναστείαν σου, Κύριε, καὶ ἐλθὲ* &c. Expressa omnia fuisse ex Missali ad usum Fratrum Prædicatorum in Gallia degentium, plura sunt quæ suadeant; præsertim Orationes pro Translatione corporis Sancti Dominici ad diem IX. Kal. Iunii, & aliæ pro festis præcipuorum Galliæ Sanctorum. Ad Feriam sextam in Parasceve Liturgia illius diei affertur ex Latino Græce reddita a *Demetrio Cydonio*, hisce verbis *Ἐνταῦθα εἰσὶν αἱ ἀρχαὶ, ἃς ἄρχεται ἡ ἐκκλησία ὑπὲρ πάντων ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, αἵ τινες προηρμήνευνται παρὰ τοῦ μακαρίου Δημητρίου, καὶ εἰσὶν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς ἑρμηνευθείσης παρ' ἐκείνου λειτουργίας*. Ad Dominicam vero primam post Pentecosten pro festo Sanctissimæ Trinitatis, de interpretatione Missæ illius diei a Demetrio factæ mentio huiusmodi exstat *τῆς ἁγίας Τριάδος, ἧς ἡ λειτουργία ἡρμήνευνται παρὰ τοῦ μακαρίου Δημητρίου*. Est autem prior ea interpretatio ceteris eiusmodi e Latino a Demetrio factis, quas Fabricius, Caveus, Oudinus & alii enumerant, nunc primum addenda; quemadmodum & alia Missæ in Nativitate Domini, juxta ritum Ambrosianum, anno 1757. in collectione inscripta *Raccolta Milane-*

se

se Mediolani ab Antonio Fumagallio Monacho Cisterciensi vulgata.

Auctor versionis codicibus hisce duobus Marcianis comprehensæ insignis ille litterarum Græcarum in Italia instaurator *Manuel Chrysolora* fuit; qua de re annotatio hæc olim exstabat, in Indice Codicum Marcianorum impresso relata, nunc autem, folio in nova libri compactione, uti videtur, amisso, ipsa quoque deperdita: *Missale traductum de Latino in Græcum per venerabilem religiosum & virum litteratissimum Fratrem Maximum Chrysovergium* (in margine *Emmanuelem Chrysoloram*) *natione quidem Græcum & Constantinopolitanum patria, fide vero Catholicum, & magnæ probitatis & sanctitatis virum, cuius anima requiescat in pace. Amen.* Maius autem & luculentum de Chrysolora versionis auctore argumentum eius Epistola ad Maximum quendam adiecta præbet, qua se excusat, quod homo sacris non addictus, eius rogatu, hanc provinciam inierit; eandem vero nonnisi post longum tempus perficere potuerit, quod unico exemplari Latino, neque eo pro libito, uti coactus fuerit: fidem tamen, si non elegantiam, in interpretando a se servatam omnino profitetur. Epistola eloquentiæ plena inc. Μανουὴλ Μαξίμῳ. Ἰδού σοι τὸ πάλαι σπουδαζόμενον, καὶ ὑπὲρ οὗ πολλάκις πρὸς ἐμὲ πρότερον γέγραφας, νῦν μόλις εἰς τέλος ἥκει &c. Ad Maximum Chrysobergam scripta ea videtur, cuius nomen annotatio allata obiicit; auctorem scilicet Orationis de processione Spiritus Sancti ad Cretenses, ab Allatio in Græcia Orthodoxa editæ T. II. p. 1074.

Ordo Missae iuxta ritum Romanum. Inc. Ὁ μέλλων ἱερουργῆσαι ἱερεὺς εὐθὺς σὺν ἱερᾷ ἐσθῆτι, καὶ πρὸς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, λεγέτω· Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς &c.

Hanc quoque interpretationem, nullo auctoris nomine in codicibus Marcianis insignitam tanquam *Chrysoloræ* opus co-

D 2 dex

dex Barberinianus apud Allatium de Georgiis p. 362, ac Taurinensis (*Ind. T. I. p.* 222.) continent. Licet ea cum versione Missæ S. Gregorio Magno adscriptæ, quam Georgius Codinus Curopalata fecit, admodum conveniat, ac in utraque pro exemplari Missæ propriæ ea inserta sit, quæ in festo SS. Trinitatis dicitur, ex interpretatione, uti videtur, Demetrii Cydonii; brevior tamen est quæ a Codino prodiit, in eaque interpretatio Chrysoloræ ad Missale aliud Latinum tantummodo conformata videtur. Huic, inter opera S. Gregorii editionis Venetæ an. 1772. T. IX. p. 304. denuo exhibitæ, duo præsertim desunt, quæ Chrysoloræ interpretatio continet; nimirum in Canone oratio fit nedum pro Papa & pro Rege, sed etiam pro Ἀρχιεπισκόπῳ ἡμῶν: ante vero communionem hæc sacerdotis allocutio ad Corpus Christi inest Χαῖρε εἰς τὸν αἰῶνα, ἁγιωτάτη σάρξ, ἀδιαλείπτως ἐμὴ εὐφροσύνη μεγίστη: quam Pontificale Prudentii Episcopi Trecensis, Liturgia Mozarabica, & aliæ sic habent: *Ave in ævum, sanctissima caro, mea in perpetuum summa dulcedo.*

Cod. XL. chartac. in 4. Sæc. XIV. — P.

Philonis Iudaei Opera.

Omnia exstant quæ in editione Hadriani Turnebi Parisiis an. 1552. prodiere, præterquam Liber primus Allegoriarum Legum Sacrarum & pars Tractatus de Legibus specialibus. Liber περὶ φιλανθρωπίας desinit in ea verba πάγκαλον γὰρ καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν, in editione Londinensi an. 1742. T. I. p. 406. l. 16. itidemque in codicibus aliis Marcianis est. De hoc ipso codice, Bessarionis cura, sumptum exemplar est numero superiore in Indice impresso relatum: alterutrius autem apographum in bibliotheca Monachiensi exstat,

stat, quod ἐκ τῆς βιβλιοθήκης Βησσαρίωνος Καρδινάλεως exscriptum fuisse eius epigraphe prodit, ac lectiones ex eo ab Augusto Friderico Pfeifero allatæ in editione Philonis, quæ anno 1785. Erlangæ incepta est, plane confirmant. Quod vero multa in prima scriptione libri prætermissa fuissent, textus denuo recensitus est, iis quæ deerant synchrona manu adiectis.

Philonis codices Marcianos, post Henricum Scrimgerum Scotum, opera egregia adhibuit Ioannes Christophorsonus Lancastrensis, qui postea Episcopus Cicestrensis fuit, pro Latina interpretatione quatuor auctoris huius librorum *De mundi fabricatione*, *de decem præceptis*, *de Magistratu deligendo*, *de officio Iudicis*, Antuerpiæ anno 1553. impressa. Testis locuples ipse est in epistola nuncupatoria ad Collegium Trinitatis Cantabrigiense ex Lovanio anno eodem scripta. *Cum essem in Italia*, inquit, *peregrinos libros & monumenta veterum scriptorum, quæ nondum in lucem prodierant, quæque in bibliothecis, tanquam præclarus quidam thesaurus, ad posteritatis usum condita erant & conservata, diligenter perscrutari cœpi ... Quamobrem dum in his perscrutandis tenebar occupatus, cum alia nonnulla, tum opera Philonis, quæ ad hoc tempus, quasi in tenebris iacuerant, forte fortuna Venetiis in bibliotheca Divi Marci, quæ est libris Græcis cuiuscumque generis instructissima, reperi. Cuius auctoris describendi mihi permagno studio flagranti, Henricus Scrimgerus, vir ut aliis doctrinæ generibus plurimum excellens, ita Iuris Civilis peritissimus, & diligentissimus investigator antiquitatis, exemplar, quod ipse paulo ante ex eadem bibliotheca describendum curaverat, lubens utendum dedit. Sed quo non modo huius scriptoris opera, quæ saltem exstant, omnia in unum colligerem; verum etiam eadem ipsa, quoad fieri poterat, correcta satis & emendata inde mecum deportarem, alia exemplaria mihi comparare prope necessarium putavi.*

Ad quod quidem institutum maximo mihi fuit adiumento Petrus Contarenus Patricius Venetus, vir sane ut pietate in Deum, in pauperes benignitate, bonitate in omnes nemini secundus... Hic me apud Andream Franciscum summum Venetiarum Cancellarium, virum quoque, quem omnes propter gravitatem & prudentiam venerari, propter eruditionem colere, propter morum & ingenii suavitatem summo amore complecti debent, in magna gratia posuit. A quo quidem (praeerat enim id temporis bibliothecae illi, quam supra dixi) non solum tria exemplaria Philonis, verum etiam aliorum authorum, quos volebam, nonnulla consecutus sum. Nam non tam ego ad libros ab eo petendos, quam ille semper ad mihi in ea re gratificandum propensus fuit.

Ex codice num. XLI. notato, sæculi XIV., eam lectionem Christophorsonus hausisse videtur, quam in textum recepit; in calce autem voluminis dedit ad Lib. I. de Opificio mundi (*T. I. p. 1. l. 15. edit. Oxon.*) θαυμασιωτάτην καὶ χρησιμωτάτην τῷ βίῳ, τὴν κοσμογόνον καὶ ἐν ἱεραῖς βίβλοις διαφερομένην κοσμοποιΐαν περιέχουσα. Ita unus codex hic inter nostros habet, qui tamen Philonianis aliis quoad emendationem concedit.

Cod.

Cod. XLIII. chartac. in fol. Sæc. XIV. — V.

Origenis Commentarii in Evangelium Matthæi tomi VIII, scilicet a X. ad XVII. Commentarii in Evangelium Ioannis tomi XXXII.

Hoc uno codice usus, eiusque partitione servata, Ambrosius Ferrarius Mediolanensis Monachus Cassinensis Latinam interpretationem fecit Commentarii Origenis in Evangelium Ioannis, Venetiis anno 1551. impressam; quam dum Iulio III. P. M. dedicat, inquit: *Hos ego commentarios, Venetiis cum essem, reperissemque in bibliotheca illa locupletissima D. Marci Græce scriptos in volumine venerandæ vetustatis, a me latinitate donatos, tibi totius orbis summo Pontifici dono dicoque.* Etsi nec venerandæ vetustatis codex sit, utpote qui annum scriptionis 1374. secum ferat, nec omnino integer, cum & ipse, ut ceteri operis huius, suos defectus & habeat & obiiciat; loca tamen continet male sanæ doctrinæ labe fœdata, quæ Ferrarius in versione prætermisit. Tantum vero ea se reperisse dissimulavit, ut cum primum opus ederet, in calce voluminis lectorem sic admonuerit: *Lector amice, scito me in hoc libro vertendo summa usum esse fide ac diligentia, ut nihil prorsus sit immutatum ab eo quod scribit auctor. Scito præterea me nihil invenisse in hoc libro quod videatur decretis Sanctæ Matris Ecclesiæ adversari; nam si invenissem, aut librum non vertissem, aut locum signassem suspectum. Tamen omnia iudicio subiecta esse velim Sanctissimæ Matris Ecclesiæ; & quilibet caute & cum iudicio legat.* Postmodum vero is resipiscens, in exemplaribus eiusdem editionis quæ needum divendita fuerant, folio ultimo mutato, monitum aliud huiuscemodi sup-

posuit: *Quædam insunt in hoc opere, quæ non fert Romana Ecclesia. Hæc an fuerint ab æmulis Origenis ipsius libris inserta, seu ab ipso Origene scripta, non est meum iudicare. Iudicium penes eos esto ad quos spectat; præsertim cum nonnulla sint adhuc opera ipsius auctoris sæculo nostro ignota... Nunc sufficit caute legere ea quæ ad naturam Filii & Spiritus Sancti pertinent in primo Capite & in aliquibus aliis, quæ dubia videbuntur lectoribus. Ego fidelem interpretem egi, & omnia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio subiecta esse velim.* Est hæc differentia ex utriusque generis exemplarium collatione mihi probe deprehensa. Loca prætermissa, post Huetium & Ruæum in annotationibus, commonstrat Christophorus Sandius in Nucleo Historiæ Ecclesiasticæ p. 37. & in Append. p. 7. ubi versionis nævos ob oculos ponit. Huius dum Carolus Franciscus Ruæus meminit in præfatione ad tomum quartum Operum Origenis p. VII. factam ait *ex codice Veneto S. Marci, qui nullibi hodie comparet.* Comparebat attamen, dum sic ipse scriberet, etiam in Indice typis edito.

Prolegomenon de erroribus Origenis adest, cuius initium *Πολλῶν τὸν Ὠριγένην αἱρετικὸν ψηφισαμένων* &c. Inscriptum est *τοῦ Βασιλέως*; neque tamen ex Epistolis Iustiniani Imp. ad Mennam, aut ad Synodum Constantinopolitanum sumptum est. Auctor Origenem in ipso Commentario in Ioannem idem cum Ario atque Eunomio de Filio ac Spiritu Sancto sensisse declarat, atque lectores ne indiscriminatim scripta eius recipiant, admonet. Fortasse ab eodem auctore prodiit, qui prologum in Philocalia fecit, eaque signis criticis notavit: de quo ad Cod. XLVII.

Cod.

Cod. XLV. chartac. in fol. Sæc. XV. — V.

ORIGENIS contra Celsúm Libri VIII. & Exhortatio ad Martyrium. Præit GREGORII THAUMATURGI Prosphoneticus in Origenem: sequuntur Excerpta ex Capite XXII. Libri V. Historiæ Ecclesiasticæ EUSEBII.

LIBRI contra Celsum ad huiusce codicis fidem in Marciano, proximo numero notato, Bessarionis cura exscripti sunt; estque eorum lectio ex aliis libris fere omnino vulgata.

Exhortatio ad Martyrium absque ullo titulo accedit, atque adeo Zannetium & Bongiovannium, cum Indicem Codicum Marcianorum conficerent, fugiit. Est attamen exemplar in pretio habendum, quod, uno dempto codice Basileensi, ex quo, Io. Rudolphi Wetstenii opera, an. 1674. prodiit, ubinam opusculum supersit, non constet; ut proinde editionis illius textus cum ceteris Origenis operibus denuo sit repræsentatus a Carolo Ruæo Monacho Sancti Mauri, qui nonnisi fragmentum unum in bibliotheca Regia Parisiensi præterea novit. Codicis pretium auget lectionis sinceritas quoad loca plura a Wetstenio & Ruæo ex ingenio emendata, ac integritas quoad testimonia Sacrorum Bibliorum, quæ in editione passim mutila apparent: quin etiam tum emendationes, tum supplementa, etsi non omnia ad sententiarum integritatem necessaria, Marcianus liber nunc primum affert, Basileensi utique melior, atque ad textum constituendum valde opportunus. Rem, quæ sequuntur, exempla selecta declarant.

Editionis Ruæi, Paris. 1733. T. I. p. 276. l. 19. ἑστηκότα; MS. ἐνεστηκότα. P. 280. l. 18. ed. ὁ θεῷ· κἀγὼ. MS. ὁ θεῷ. παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ. P. 280. l. 46. ed.

ὁμο-

ὁμολογίας, ἀπολήψῃ, MS. ὁμολογίας, καὶ πληρώσας τὸ μέτρον τῆς ὁμολογίας, ἀπολήψῃ. P. 282. l. 23. ed. ἀπωλείας· ἅπαξ, MS. ἀπωλείας, καὶ διὰ τοῦ ἑαυτὸν ἐζημιῶσθαι. ἅπαξ. P. 292. l. 16. Ed. ἐξόδου μαρτυρίου καλουμένου, MS. ἐξόδου ἀποτελεσμένου μαρτυρίου καλουμένου. P. 297. l. 27. Ed. ἐν οὐρανοῖς. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο, MS. ἐν οὐρανοῖς. ἐπειδὴ ὁ μὲν Ματθαῖος ἀνέγραψεν, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὁ δὲ Λουκᾶς, υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ, ἐφίστημι μήποτε ὁ μὲν πάσης κτίσεως πρωτότοκος, ἡ εἰκὼν τοῦ ἀοράτου θεοῦ ὁμολογήσει τὸν ὁμολογήσαντα ἔμπροσθέν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατρὸς· ὁ δὲ γενόμενος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, καὶ διὰ τοῦτο υἱὸς ἀνθρώπου τυγχάνων, καὶ γενόμενος ἐκ γυναικὸς, καὶ αὐτῆς οὔσης ἀνθρώπου, καὶ διὰ τοῦτο χρηματίζων υἱὸς ἀνθρώπου, ὅσπερ νοεῖται ὁ κατὰ τὸν Ἰησοῦν ἄνθρωπος, ὁμολογήσει τοὺς ὁμολογήσαντας ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ. τὸ δ' ἀνάλογον καὶ περὶ τῶν ἀρνησαμένων ἀποδοτέον. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο &c. P. 298. l. 39. Ed. εἰρήνην ἐπὶ τὴν γὴν βαλεῖν, ἀλλὰ μάχαιραν. ἐπεὶ γαρ, MS. εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν βαλεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ψυχὴν τῶν μαθητῶν ἑαυτοῦ, καὶ μάχαιραν βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. ἐπεὶ γάρ. P. 309. l. 24. Ed. πλέον παρὰ ὑψώθησαν, MS. πλέον ὑψουμένων παρὰ ὑψώθησαν.

Cod. XLVII. membr. in 4. Saec. XI.—P.

ORIGENIS PHILOCALIA.

PROLOGUS adest, quem ineditum, immo vero nec notum esse reputo; cuius hoc initium Ἐκλογὴν ἡ παροῦσα περιέχει βίβλος γραφικῶν ζητημάτων καὶ ἐπιλύσεων ἐκ διαφόρων βίβλων τῷ Ὠριγένει πονηθεισῶν ἠθροισμένην. φασὶ δὲ ταύτην τινὲς, ἔτι δὲ καὶ τὴν εἰς κεφάλαια ταύτης διαίρεσίν τε καὶ τάξιν, καὶ μὴν καὶ τὰς καθ' ἕκαστον ἐκείνων ἐπιγραφὰς ἔργον τῶν τὰ θεῖα σοφῶν Βασιλείου

λεῖν καὶ Γρηγορίῳ γενέσθαι. Auctor syllogen locorum Origenis a Basilio Magno & Gregorio Nazianzeno ad Theodorum Tyanensem missam fuisse, epistolæ Gregorii auctoritate ductus, non equidem diffitetur: hanc vero ipsam prout in codice exstat, tum hæresibus aliis, tum præsertim Arii atque Eunomii, ex Origenis scriptis, velut e fonte petitis, interpolatam conspurcatamque fuisse contendit; idque de Capite XXII. quo de animarum humanarum in terras dispersione doctrina continetur, singillatim affirmat. Ne itaque lectores in ea perversæ doctrinæ capita imprudentes incidant, hæretica & reprehensione digna se notis commonstrasse in fine Prologi sic inquit Ἵνα τοίνυν ἐκεῖνο μὴ γένηται, πρόδηλα ταῦτα τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐσπουδάσαμεν καταστῆσαι. ὅθεν τῇ τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων συναγωγῇ καὶ ἐκθέσει πάσῃ τὸν νοῦν ὡς οἷόν τ' ἦν ἀκριβῶς ἐπιστήσαντες, τοῖς ὑποβολιμαίοις καὶ νόθοις ἐπὶ μετώπου σημεῖα παρατεθήκαμεν ταῦτα· αἱρετικά· ψεκτά· δι' ὧν ἐκεῖνα ὡς αἱρετικά, ὡς ψεκτὰ κατὰ τοὺς ἰδίους τόπους ἐστηλιτεύσαμεν. Sane ad loca ea in quibus Origenem vel erroris, vel dubiæ sententiæ tenemus, in margine αἱρετικά, aut Ψ., idest ψεκτά, adscriptum comparet.

Prologum excipit Nazianzeni Epistola, postea Index fere idem qui impressus; ea tamen cum differentia, quod Origenes *impius* in titulo dicitur: Τάδε ἔνεστι ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ Ἐκλογὴ κεφαλαίων ἐκ διαφόρων συγγραμμάτων τοῦ δυσσεβοῦς Ὠριγένους. Annotatiunculæ nonnullæ accedunt ad Origenis errores plerumque commonstrandos, eadem manu qua codex totus, adscriptæ: quibus aliæ sæculi XIV. in oppositam sententiam quandoque respondent. Ex illis prioribus una occurrit ad locum de hircocervo, animali iuxta multos fictitio (*Philocal. p. 36. ed. Paris.* 1618.) quæ huiusmodi est Ἀλλ' ἡμεῖς ἴδομεν τραγέλαφον ἀπὸ Θρᾴκης ἐλθόντα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Καίσαρος Βάρδα, ὃν ἐκάλουν ζόμβρον, ὃς εἶχεν ἐλάφου μὲν προτομὴν, γένειον δὲ τράγου, ξανθὸν τὸ χρῶμα, μέγεθος βοὸς κ. τ. λ.

Bar-

Bardam Cæsaris dignitatem obtinuisse ab an. 860. ad an. 866, Fabricius denotat in Conspectu chronologico Historiæ Constantinopolitanæ (*Bibl. Gr. T. VI. p.* 725.) ; ex quo reprehensor ille Origenis qua scripserit ætate colligere licet.

Ex codicibus Origenis Marcianis Huetium nonnullam sibi comparasse utilitatem, eius epistola e Versaliis ad Thomam Belkium Londinum anno 1762. missa indicio est; in qua scribebat: *Excerpta Origeniana, quæ e codicibus Holmiensi & Veneto ab humanissimo & doctissimo Pearsonio in usus nostros collecta sunt, reddidit mihi ante aliquot menses Henricus Iustellus noster (Huet Dissertations sur differens suiets Florence* 1738. *T. II. p.* 193. *& Huet. de rebus suis p.* 149. *ed. Lips.* 1719.).

Ad Cod. XLIX. chartac. in fol. Sæc. XII. — V.

Hæc in fine codicis accedunt, quæ Index impressus non denotat.

Petri Antiocheni ad Leonem IX. Pontificem Romanum Epistolæ duæ. Prior inc. Ἡ τῶν μεγάλων πραγμάτων &c. Posterior inc. Ἄρτι μοι, δέσποτα θεοτίμητε &c. Utraque Fidei professionem continet, ac itidem in codice Laurentiano exstat, apud Bandinium T. II. p. 414. Sane bis ad Leonem se litteras dedisse Petrus indicat Dominico Patriarchæ Gradensi respondens, apud Cotelerium in Monumentis Eccl. Græc. T. II. p. 134.

Dominici Patriarchæ Gradensis Epistola ad Petrum Antiochenum. Edita a Cotelerio lib. cit. p. 108. Hanc duasque

que superiores Petri Antiocheni Epistolas, quod communionem quandam Græcos inter ac Latinos præseferre viderentur, Græca manus delere curavit; neque tamen ne legi possint, effecit.

ALEXII COMNENI Imp. Novella de Electione Episcoporum, qualesque eos esse oporteat.

Est a Cotelerio edita in Monumentis Ecclesiæ Græcæ T. II. p. 178. non sine erroribus, & in fine mutila: a Mansio in collectione Conciliorum T. XXI. p. 25. itidem repræsentata. Tempus quo lata ea est neuter novit; patet vero ex hac synchrona annotatione in codice adiecta Τὸ θεῖον καὶ προσκυνητὸν ἔδικτον τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τὸ κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα τῆς ιε´ ἰνδ. τοῦ ,ςχιε´ ἔτους ἀπολυθὲν εἰς τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν σύνοδον. *Sanctum & venerandum Edictum potentissimi ac sancti Imperatoris nostri Domini Alexii Comneni mense Iunio Indictione XV. anni* 6615. (Chr. 1107.) *remissum ad sacrosanctam Synodum.*

S. NILI Capita de Oratione cum prologo, cuius initium Πυρέττοντά με τῶν φλογμάτων &c., postquam Romæ an. 1673. cum aliis eiusdem auctoris prodierant, denuo ex codice manuscripto edita sunt in libro inscripto Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν νηπτικῶν συνερανισθεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμῶν, anno 1782. Venetiis impresso in folio.

Ad

Ad Cod. LI. & LII. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

S. EPHRAEM Opera

CODICES hosce duos pro Latina Sermonum Ephræm versione usui sibi fuisse profitetur Gerardus Vossius T. II. p. 395. 402. 404. 416. edit. Colon. 1616. Posterior Sermones duos suppeditavit viro amplissimo Angelo M. Quirino Cardinali pro luculenta editione Romana, qua T. III. p. 325. 381. prolati sunt. Continet vero idem post Interrogationem Christianorum ad Ephræm, etiam sine titulo huius Sermonem *De signo Crucis quod apparebit in cælo*.

Ad Cod. LIII. membr. in fol. Sæc. circ. X. — P.

HOMILIA S. BASILII in obscuritatem Prophetiarum Πρεπόντως ὑμῶν τῷ βίῳ καὶ ἁρμοζόντως &c., quam in editione Monachorum S. Mauri deesse Indicis auctores putabant, paucis ad initium & in fine verbis adiectis, est Procemium commentarii in Esaiam, qui Basilio tribui consuevit, & inc. Εὔξασθε μὴ γενέσθαι τὴν φυ; ὑμῶν χειμῶνος, ἢ σαββάτῳ. Ac fortasse Homiliæ Basilii quædam in Indice asterisco notatæ, vel non eodem initio editæ sunt, vel ex aliis excerptæ. Recens hac de re exemplum est in Homilia Chrysostomi, quam Christianus Fridericus Matthæi in Lectionibus Mosquensibus an. 1779. tanquam ineditam dedit, deinde Gallicciolins in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii repræsentavit; neque tamen aliud ea est, quam pars Homiliæ Chrysostomi de S. Philogonio iamdiu vulgata.

Ad

Ad Cod. LIV. membr. in fol. Sæc. circ. XI. — P.

SA BASILII Consolatio ad infirmos Ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων βραχὺς &c. & Homilia de misericordia & iudicio Ὁ μὲν ἐπιλανθανόμενος τοῦ θεοῦ κόσμος &c. ex codicibus Mosquensibus a Christiano Friderico Matthæi cum Ioannis Xiphilini Homiliis Mosquæ ann. 1775. editæ sunt. Cum iis Homiliam Basilii de perfectione vitæ monasticæ veluti nunquam vulgatam editor idem dedit; quæ iam & inter Basilii epistolas n. XXII. editionis Garnerii exstabat.

Cod. LVIII. membr. in 4. Sæc. circ. X — P.

S. BASILII M. in Hexaëmeron Homiliæ novem priores
S. GREGORII Nysseni De opificio hominis
S. BASILII M. Adversus Eunomium Libri quinque, & De Spiritu Sancto ad Amphilochium.

EX annotatione huiusmodi, ad paginam 116. t. conspicua, ἡ βίβλος αὕτη Δωροθέου πέφυκε τοῦ Μιτυλήνης. ἀντελέχθη μηνὶ Αὐγούστῳ ἰνδ. θ., Dorotheum Archiepiscopum Mitylenensem codicem possedisse, ac in disputatione habita mense Augusto, Indictione nona currente, eiusdem sinceritatem oppugnatam fuisse, patet. At vero Dorotheus, qui Concilio Florentino adfuit, exemplaria tria librorum Basilii adversus Eunomium habuit, & ea quidem in libro tertio, quoad locum celeberrimum de processione Spiritus Sancti a Filio, cum

cum lectione quæ Latinis favet: quod Bessario affirmat in epistola ad Alexium Lascarem Philanthropinum, iam edita post Acta Concilii Florentini, & inter Opuscula theologica ab Arcudio collecta. Ex iis codicibus unum in sessione XXI. Concilii illius, habita anno 1439, mense Martio, Indictione secunda currente, Frater Ioannes Ragusinus adduxit, ut contra Marcum Ephesinum, Basilium, quoad processionem Spiritus Sancti a Filio, a Latinorum parte stare evinceret. Ac si quidem codex hic idem est qui & in ea disputatione fuit allatus (quod ne recte putari possit nihil prohibet); aunotatio tamen illa de alia disputatione extra Concilium Florentinum habita est intelligenda. Utcunque se tamen res habuerit, certe in codice hoc Basilii verba Latinorum dogmati consona, ex prima atque sincera scriptione, nec unquam postea immutata, hæc sunt: *Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος.* Paullo vero post & locus alius, in sessione XXII. Concilii controversus, veram lectionem servat, qualem Bessario in epistola ad Lascarem adducit: *Οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀξιώματι μὲν ὑποβέβηκεν καὶ τάξει· παρειλήφαμεν γὰρ αὐτὸ τρίτον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀριθμούμενον.* Non itaque codices Marcianos his in locis depravatos universim Possevinus dicat in Apparatu Sacro T. I. p. 190. ed. Venet. 1606. Basilii adversus Eunomium libri ex antiqua recensione variis lectionibus & emendationibus hoc in codice aucti sunt.

Accedit manu recentiori Collectio & Explicatio historiarum quarum Gregorius Nazianzenus meminit in Oratione in Sancta Lumina & in Invectiva prima in Iulianum. Auctor nullus apparet, Nonnus is tamen haberi solet.

Ad

Ad Cod. LXI. membr. in fol. Sæc. circ. XI. — P.

Est p. 324. inter Epistolas S. Basilii una inedita, nt videtnr, πρὸς Οὐρβίκιον μονάζοντα περὶ ἐγκρατείας *ad Urbicium monachum de temperantia*, quam codex quoque LIV. continet una cum Consolatione ad infirmos, in hoc itidem codice scripta, atque iam edita. In Epistola LXI. ad Nectarium (*T. III. Oper. p. 78. lin. 24.*) desunt verba οὐδὲ πολὺς . . . ὑποδέξεται, nt in codicibus Vaticano, Coisliniano, duobusqne Regiis: eadem vero manu recentiori in margine adiecta sunt. Epistolis fere singulis argnmenta præeunt, quorum vix unum aut alterum in editionibus est.

Ad Cod. LXII. & seqq. — P.

Asceticorum Basilii codices Marcianos in editione Veneta Operum qnorundam Sancti Doctoris an. 1535. adhibitos fuisse intelligimus ex epistola nuncupatoria ad Casparem Contarenum Cardinalem; in qna sic editores: *Ope atque industria tua tria antiqua exemplaria ex bibliotheca publica civitatis tuæ, hoc est Reipublicæ Venetorum, liberalissime nobis concessa sunt, quibus ad hanc rem quoad vellemus uti liceret.*

Ad Cod. LXIV. membran. in 4.
Sæc. XII. — P.

S. Epiphanii Opusculum in Hexaëmeron, cum initio Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς οὐρανοὺς &c. quod Zannetius & Bongiovannius in Indice Codicum impresso tanquam singulare aliquid denotant, Caveus autem & Oudinus Epiphanio cuidam iuniori tribuunt, non aliud est, quam excerptum ex libello *Epiphanii* Constantiæ in Cypro Episcopi de ponderibus & mensuris, in editione Petavii Parisiensi T. II. p. 178. Id cum deprehendissem, locum ad initium in editione corruptum vidi; nam pro τὰ ὕδατα, ἐξ ὧν στοιχείων καὶ κρύσταλλος, καὶ χάλαζα, καὶ παγετοὶ, καὶ δρόσος, codex bene habet τὰ ὕδατα ἐξ ὧν ἐστι χιὼν, καὶ κρύσταλλος κ. τ. λ.

Accedunt S. Basilii Magni in Hexaëmeron Homiliæ novem.

Ad Cod. LXVI. membran. in fol.
Sæc. XII. — P.

In tertio Basilii libro adversus Eunomium loci duo de Spiritu Sancto, quos ad Cod. LVIII. retuli, in hoc ad mentem Græcorum exstant, quemadmodum Marcus Ephesinus in Concilio Florentino adducebat: Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος... Οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ἀξιώματι ὑποβέβηκε καὶ τάξει, ὡς λέγουσι· παρειλήφαμεν γὰρ αὐτό φησι τρίτον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀριθμούμενον.

Ad

Ad Cod. LXVIII. membran. in fol. Sæc. XII. — P.

In Dialogum Gregorii Nysseni de Anima & Resurrectione Scholia accedunt, quæ Io. Christophorus Wolfius in Anecdotis Græce dedit (*T. II. p.* 274. *T. III. p.* 1.). Haud silentio præterire licet, quod ex Wolfio minime constat, ad ea verba Ἀλλ' εἰ μοὶ κύρη κ. τ. λ. quæ in editione Parisiensi anni 1638. sunt T. III. p. 225. lin. C. 11., in margine codicis Marciani cum asterisco adscriptum esse Ταῦτα ὁ μακάριος Γερμανὸς ὠβέλισε ὡς νόθα, ἕως τοῦ σημείου τούτου: deinde ad ea verba συνδιαμετρεῖται ἡ κόλασις, quæ in editione sunt pag. 227. lin. D. 9. asteriscus appictus est, hisce verbis adiectis Ἕως ὧδε, ὡς προείρημεν, τὰ ἠθετημένα ὑπὸ τοῦ μακαρίου Γερμανοῦ. Nimirum quæ sunt infra asteriscos posita, tanquam suppositicia & ab Origenianis, ad errorem de pœnis impiorum in inferno aliquando desituris inserta, reiiciebat Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in Apologia Gregorii Nysseni, quam Photius refert in Bibliotheca Cod. CCXXXIII.

Ad Cod. LXIX. chartac. in 4. Sæc. circ. XII. — P.

S. Gregorii Nysseni Vita, cuius initium Καλὴ μὲν ἐμοὶ καὶ ὀφειλομένη &c. non ex vulgari scriptorum eiuscemodi genere est, sed Sermo panegyricus de vita, sanctitate, & orthodoxia illius, prolixe quidem, non tamen vera eloquentia, conscriptus. Opera Nysseni ab hæreticis interpolata fuisse, præsertim quoad ἀποκατάστασιν animarum impiorum Origenia-

nam in Dialogo de anima & resurrectione traditam, etiam auctor hic persuasum omnino habet, ac propterea Nysseni vindicias agit.

Operis Leontii Hierosolymitani Monachi Excerpta ad Concilium Chalcedonense spectantia, cum testimoniis Patrum nonnullis, Bongiovannii studio, ex codice hoc primum edita sunt in collectione Conciliorum Mansiana T. VII. & in Bibliotheca Patrum Gallandii T. XII. denuo exhibita.

Ad Cod. LXX. membr. in fol. Sæc. circ. XI. — P.

Ad Orationes S. Gregorii Nazianzeni, in Indice impresso relatas, Scholia passim adscripta sunt, quorum nonnulla ex *Eliæ Cretensis* aut *Nicetæ* commentariis sumpta. Orationi unicuique quot versus, στίχοι, insint, pro veteri more, in fine adiicitur. Signa critica quatuor, ἡλιακὸν, ἀστερίσκος, ὡραῖον, σημεῖον, cum explicatione ad initium, pro locorum varietate, in marginibus appicta sunt; eadem omnino quæ ex codice Cæsareo Vindobonensi LXXIX. repræsentata sunt a Lambecio Lib. 3. itidemque ex codice XXI. Taurinensi ab auctoribus Indicis bibliothecæ illius, & ex Laurentiano a Bandinio T. I. p. 241: exstant vero & in codice Parisiensi a Montfanconio relato in Palæographia p. 371. 373. & aliis.

Post Nazianzeni Vitam a Gregorio presbytero scriptam, sine indicio auctoris, qui Nonnus habetur, accedit *Collectio & Explicatio historiarum quarum Nazianzenus meminit in Orationibus in Sancta Lumina & in funere Basilii Magni, necnon in duabus Invectivis in Iulianum Imp.* Quoad Orationes duas priores innotuit ea præsertim ex codice Cæ-

sareo

tareo LXXIX. apud Lambecium Lib. 3: quoad vero Investivas in Iulianum, cum his edita est, non satis tamen accurate, a Richardo Montacutio Etonæ an. 1610.

Expositionem Orationis in Sancta Lumina Nonno adscriptam alia sequitur Expositio, ἑτέρα ἐξήγησις, quæ inc. Ἕλληνας ἀθετοῦμεν καὶ ἀσχημονοῦσι ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. Historiæ, seu potius fabulæ undecim priores tantummodo explicantur.

Ad Cod. LXXI. membr. in 4. Sæc. circ. XII. — V.

SA GREGORII NAZIANZENI Apologia de fuga sua, initio mutila est, usque ad ea verba ὅτι ἐκείνων μὲν ἕκαστον, T. I. p. 21. §. XIX. Opp. S. Greg. ed. Paris. 1778.

Opuscula tria, in Ecclesiasten, in Ezechielem, ad Evagrium, quæ in fine codicis reiecta sunt, iam tum incerta fide Nazianzeno tribui consuevisse, annotatio ad initium uniuscuiusque posita declarat Γνῶν ὅτι κατά τινας ὁ λόγος ἔτος ἀμφιβάλλεται, quæ quidem exstat & in codice Cæsareo Vindobonensi LXXIX.

Ad Cod. LXXIII. chartac. in fol. Sæc. circ. XIII. — V.

ORATIONIBUS sexdecim S. GREGORII NAZIANZENI Commentarius NICETÆ Metropolitæ Serrarum ac deinde Heracleensis, sine auctoris nomine, intermixtus est; quem ex codice Laurentiano apud Bandinium T. I. p. 249. ex quatuor Cæsareis apud Lambecium Lib. III. n. 91. 92. 93. 94, necnon ex Latina versione a Billio edita cognoscere mihi licuit.

Ad Cod. LXXIV. membran. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

Orationes S. Gregorii Nazianzeni signis criticis instructæ sunt, ut in codice LXX. Scholia passim adscripta, argumenti ut plurimum theologici, cuinam tribuenda sint, nullo ex loco apparet. Opusculis tribus, in Ecclesiasten, in Ezechielem, ad Evagrium, eadem dubitationis nota, quæ in Codice LXXI, appingitur. In secunda adversus Iulianum Invectiva textus, quemadmodum etiam in codicibus aliis a Monachis S. Mauri in editione Parisiensi an. 1778. allatis T. I. p. 158, caret iis verbis *καὶ γὰρ εἰ τὴν ὀρθὴν δόξαν ... καταλείψαντος*: quæ in margine accedunt, præmissa annotatione *ἐν ἄλλ.*, ac si non in omnibus codicibus sint.

Ad Cod. LXXV. chart. in 12. Sæc. circ. XIII. — V.

Nicetae Interpretatio in tetrasticha Gregorii Nazianzeni Latine reddita a Billio exstat inter Sancti Doctoris opera, qualis in codice hoc est; sed a Paraphrasi carminum eorundem sub Nicetæ nomine an. 1563. Venetiis Græce vulgata omnino differt.

Ad

Ad Cod. LXXVI. chartac. in fol. Sæc. XIV. — V.

In Scholiis ad Gregorii NAZIANZENI Orationes NICEPHORUM CALLIXTUM XANTHOPULUM Commentarium Eliæ Cretensis potissimum compilasse, ac eius verba sæpissime retulisse video, facta eorum collatione cum Latina Commentarii versione a Billio edita: alia is identidem inseruit, ab aliis facile sumpta.

Ad Cod. LXXVIII. membran. in 8. Sæc. circ. XIII. — V.

COMMENTARIUS in Orationes S. Gregorii Nazianzeni sine auctoris indicio, est BASILII cuiusdam iunioris; cuius nomen præfert in codice Laurentiano apud Bandinium T. I. p. 536. aliisque. Fragmenta codicis Marciani LXIX. id confirmant.

Ad Cod. LXXIX. membran. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

Post Gregorii Nysseni libellum sunt LIBANII Epistolæ tres, iam editæ, Amphilochio, Optimo Episcopo, Aristophani, & BASILII M. Epistola ad Simpliciam.

Ad initium quidam e Meliteniotarum familia, Ioannis filius, quo tempore consanguinei sui nonnulli obierint annotavit; in primis vero de Andronici Palæologi senioris Imp.

 de-

deinde Antonii Monachi, ac Theodori Metochitæ patrui sui; quorum ille anno 1332. die 13. Februarii, hic post mensem obierant, sic scriptum reliquit

Κατὰ τὴν ιγ' τοῦ φεβρουαρίου τῆς ιέ ἰνδ. ἔτους ,ςωμ' ἐκοιμήθη αἰφνιδίως ὁ ἐν βασιλεῦσι ἀοίδιμος φιλόχριστος ἐκ θεοῦ ἐστεμμένος καὶ ἡγιασμένος μέγας βασιλεὺς Ἀνδρόνικος Ἄγγελος Κομνηνὸς ὁ Παλαιολόγος μετονομασθεὶς Ἀντώνιος μοναχός.

Κατὰ τὰς ιγ' τοῦ μαρτίου μηνὸς τῆς αὐτῆς ἰνδ. τοῦ αὐτοῦ ἔτους ἐκοιμήθη ὁ μέγας λογοθέτης Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης ὁ σοφώτατος μετονομασθεὶς Θεόληπτος μοναχὸς, ὁ θεῖός μου.

Ad Cod. LXXXI. chartac. in 12. Sæc. XIV.—V.

S.A GREGORII NAZIANZENI Epistolam ad Basilissam de codice hoc sumptam Bongiovannius edidit Venetiis anno 1754. in collectione inscripta *Memorie per servire alla Storia letteraria T. IV. P. III. p.* 55. Eandem iterum dedit Gallandius in Bibliotheca Patrum T. VI. p. 450. Aliam ad Eustathium tanquam ineditam Bongiovannius in collectione eadem protulerat; quam initio mutilam Basilii M. esse Gallandius postea deprehendit.

CRATETIS Epistolæ quatuor ac triginta insunt, quarum altera Ἑρμαΐσκῳ, seu Ἑρμαΐσκῳ, ut editiones habent, inscripta, altera τοῖς ἑταίροις, in Indice impresso prætermissæ sunt. Ex iis nonnisi undecim in collectionibus Aldina & Cuiaciana, neque eæ quidem sine corruptis lectionibus, exstant; in quibus tres aliæ præterea sunt, inter manuscriptas quæ locum non habent. Cynici huius nomine scriptas epistolas quatuor ac viginti, quæ iam pro supposititiis haberi so-

solent, ab Athanasio quodam Abbate Archiensi Latine redditas, & Carolo Aragoniæ Principi dicatas, codex Bernensis continet: de quo Sinnerus disserit, duasque ex eo ad Hipparchiam epistolas speciminis loco profert, satis eas quidem inepte interpretatas (*Catalog. Codd. MSS. Bernens. T. I. p.* 357.). Eædem esse videntur in editione absque ulla nota circa an. 1471. Parisiis facta, & cum Rhetorica Pontii an. 1486. impressa.

Socratis, Aristophanis, Menippi Epistolæ tres scriptiunculæ levissimæ sunt, de quibus dicere nihil interest.

Quæ Heracliti ad Darium, edita iam est.

Anacharsidis Epistolæ tres & ipsæ in editionibus patent, variis tamen cum lectionibus, atque tertia ad Athenienses duplo longiori.

Tiberii de Schematibus Demosthenis segmenta decem priora tantummodo exstant, hoc initio *Μέλλοντι τὴν τῶν σχημάτων θεωρίαν τῶν παρὰ Δημοσθένει κατανοεῖν κ. τ. λ.*

Ad Cod. LXXXIII. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Post Nazianzeni Carmina hæc sequuntur, in Indice impresso vel perperam, vel nullo modo relata.

Manuelis Comneni Imp. Edictum. Inc. Εἰ *μακαρίζει Πέτρον χειρὸς* &c.

Imperator, iuxta sententiam Concilii Constantinopolitani, an.

an. 1166. coacti, controversiam dirimit, in qua mala interpretatio verborum *Pater maior me est*, errores de natura divina excitaverat. Eam post Ioannem Cinnamum & Nicetam Choniatem enarrat Allatius de Consens. Lib. II. Cap. 12. n. 4. cuius verba cum Triodii hac de re textu in collectione Conciliorum Mansiana repræsentata sunt T. XXII. p. 1. at Edictum nunqnam impressum fuisse videtur.

Gregorii Cyprii Patriarchæ Constantinopolitani *ὑπόμνησις ἱκετήριος* ad Andronicum Palæologum Imp. Inc. *Κράτιστε, θεοπρόβλητε* &c. *Δέομαι τῆς κραταιᾶς καὶ ἁγίας Βασιλείας σου* &c.

Eiusdem Confessio. Inc. *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει* &c.

Opusculum utrumque Bandurius edidit in Antiquitat. Constantinopolitanis Lib. VIII.

Demonstrationes quatuor de Processione Spiritus Sancti ex Græcorum sententia. Prima est *Ἀπόδειξις ὅτι τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀμέσως, καθὰ δήπου καὶ ὁ υἱός· εἰ ὁ υἱὸς τοῦ πρός τι ἐστὶ* &c.

Hierothei Monachi *Διάγραμμα*, quo naturam Divinam figuris geometricis explicat. Ad hoc spectat eiusdem auctoris Apologia in codice Marciano CLIII.

Catonis Disticha de Moribus, Maximo Planude interprete.

Codex sæculo XV. exaratus mihi plane videtur, repræsentatis etiam versibus, quos in exemplari anno 1327, manu Michaelis Chrysocephali scripto, librarius repererat.

Cod.

Cod. XCVII. membr. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

S. Ioannis Chrysostomi in Acta Apostolorum Homiliæ LV.

Luculentus codex est, in quo textus Actuum Apostolorum quoad capitum initia litteris aureis est exaratus: pictura quoque auro distincta, ad initium posita, Chrysostomum repræsentat scribentem, Paulo Apostolo adstante, Christi Deiparæ & Apostolorum imaginibus adiectis, cum his ad oram paginæ versibus:

Τὸν νοῦν τρανώσας ἀκλινῶς πρὸς τὸ βλέπειν
τοῦ χρυσορείθρου καὶ μελισταγοῦς λόγους,
ἐτεύξε δέλτον τῶν ἀποστόλων ὅλως
πράξεις σοφῶς φέρουσαν ἡρμηνευμένας
ὁ κλεινὸς Λέων ἐν Πρωτοσπαθαρίοις,
αἰτῶν δι' αὐτῶν λύσιν ἀμπλακημάτων.
Mentem illustrans firmiter ad legendos
Aurum fluentis & mel stillantis Sermones,
Confecit librum Apostolorum omnino
Acta scite interpretata complectentem
Inclytus Leo Protospatharius,
Rogans per eos remissionem peccatorum.

Lectio a Montfauconiana sæpissime discedit: quod in tanta exemplarium Chrysostomi copia ne reperiatur, fieri omnino non potest.

Ad

Ad Cod. CI. membran. in fol. Sæc. XI. — P.

S. Io. Chrysostomi Homiliæ in Epistolas ad Ephesios, ad Philippenses, & ad Colossenses.

In fine Ἐτελειώθη σὺν θεῷ ἡ βίβλος αὕτη γραφεῖσα χειρὶ Γρηγορίου μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Εὐεργέτιδος, ἐπὶ Τιμοθέου μοναχοῦ καὶ ἡγουμένου τῆς αὐτῆς μονῆς, μηνὶ ἰουλίῳ ιθ΄. ἰνδ. τρίτῃ ,ϛφογ΄. ἐπὶ βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα, καὶ ἀρχιερωσύνης Ἰωάννου τοῦ Ξιφιλίνου. *Completus est favente Deo, liber hic manu Gregorii Monachi & Presbyteri Monasterii sanctissimæ Deiparæ Benefactricis, Timotheo Monacho & Abbate eiusdem Monasterii, mense Iulio, die XIX. Indictione tertia Anno 6573. (Ær. Vulg. 1065.) sub imperio Constantini Ducæ & Archiepiscopatu Ioannis Xiphyllini.*

De Monasterio Deiparæ τῆς Εὐεργέτιδος Cangius disserit in Constantinopoli Christiana p. 87.

Cod. CIII. chartac. in fol. Sæc. circ. XII. — V.

S. Io. Chrysostomi Homiliæ in Epistolas Pauli.

Ad huius codicis fidem impressæ sunt Homiliæ Chrysostomi in Epistolas Pauli, Veronæ, anno 1529, Ioanne Matthæo Giberto civitatis illius Episcopo curante: quod est mihi cognitum cum ex aliis, tum præsertim ex defectu iam noto paginæ integræ in Homilia XIII. in Epist. ad Romanos,

nos, quæ per librarii hallucinationem prætermissa in codice est. De hac ipsa editione, splendide quidem, non satis tamen accurate facta, cuius vindicias quodammodo agit Richardus Simonius (*Lettres choisies n.* VIII. *p.* 72.), sic ad Erasmum scribebat Germanus Brixius Parisiis an. 1530. (*Epistol. Erasm. n.* 1114.) : *Ioannem Matthæum Episcopum Veronensem, qui Verona ad nos veniunt, referunt nulli sumtui parcere, ut sua lingua loquentem Chrysostomum habeamus, & quidem quam fieri poterit correctissime; adhibitis ad id exemplaribus iis quæ Venetiis e Cardinalis Nicæni bibliotheca eruta sunt, itemque & aliis compluribus, multo multis locis studio conquisitis.*

Cod. CVII. membran. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

S. Io. Chrysostomi Homiliæ octo priores contra Anomœos, & aliæ.

Orationem Chrysostomi adversus Iudæos & Gentiles, Quod Christus sit Deus, ad huiusce codicis fidem Savillius nonnulla ex parte restituit: de quo hoc eius testimonium exstat T. VIII. p. 809. Opp. Chrysost. *Hanc Orationem, quam agnoscit Catalogus Augustanus n. 66, descriptam ex bibliotheca Cæsarea damus, sed miseris modis truncatam; explevimus autem in Appendice ad tom.* 8. *p.* 101. *ex cod. MS. in bibliotheca S. Marci Venetiis, ex quo etiam in reliqua Oratione quædam emendavimus &c.* Neque tamen hoc unum sibi subsidium ex codicibus Marcianis, pro editione operum Chrysostomi, Savillium sibi comparasse, exemplar illius editionis in bibliotheca asservatum declarat, ab eo ad

Rem-

Rempublicam missum, hac inscriptione ad initium primi voluminis impressa:

Serenissimo Principi Marco Antonio Memo Venetiarum Duci nec non Excellentissimi Senatus Patribus prudentissimis potentissimi Magnae Britanniae Regis Domini sui amicis certissimis Henricus Savillius hosce Chrysostomi libros a se editos haud paucis illinc ad editionem hanc adornandam instructus subsidiis honoris & observantiae monumentum D. D. D.

Ad Cod. CIX. membran. in fol. Saec. circ. XI. — P.

CHRYSOSTOMI Homiliam *ὅτι χρήσιμοι οἱ πειρασμοὶ κ. τ. λ.* tanquam ineditam ex hoc ipso codice protulit Bongiovannius in fine tomi XII. Operum Chrysostomi impressionis Venetae an. 1741.

Ad Cod. CXII. membran. in fol. Saec. circ. XII. — P.

OPUSCULUM de exitu animae THEOPHILO ALEXANDRINO adscriptum primum edidit Cotelerius in Monumentis Ecclesiae Graecae T. I. p. 462. denuo autem Gallandius in Bibliotheca Patrum T. VII. p. 650.

Cod.

Cod. CXVIII. membran. in fol. Sæc. circ. X. — P.

S. Ioannis Chrysostomi Statuarum ad populum Antiochenum Homiliæ XXI.

Liber optimæ notæ est, Theodosii monachi manu scriptus, quem sæculo X, potius quam sequenti, adiudicarem. Donum fuisse Isaaci Metropolitæ Ephesini Ecclesiæ S. Ioannis Evangelistæ apud Ephesum, hæc in fine posita ostendunt *Ἀφιερώθη ἡ παροῦσα βίβλος παρ' ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου Ἰσαὰκ ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἠγαπημένου τοῦ Σωτῆρος Ἰωάννου μαθητοῦ καὶ εὐαγγελιστοῦ θεολόγου.* Sedem illam Isaacum sub sæculi XIII. finem tenuisse constat ex allatis a Le Quien Orient. Christ. T. II. p. 689.

Cod. CXXV. membran. in fol. Sæc. XI. — P.

S. Epiphanii Panaria.

De scriptione Codicis annotatio in fine exstat *Ἐγράφη χειρὶ Ἰωάννου πρεσβυτέρου· ἐν ἔτει ,ςφξε'. ἰνδ. ι'. Scriptus est manu Ioannis presbyteri anno* 6565. (Christi 1057.) *Ind.* 10. Desinit is libro secundo tomi primi, editionis Parisiensis, a Petavio, T. I. p. 604: quod attamen opus integrum in codicibus MSS. longe rarissimum inventu sit, partes quoque eius admodum infrequentes, inde hunc magni facere par omnino est. Maius codici pretium accedit ex emendationibus, variisque lectionibus observatu maxime dignis, quas, si ad Petavii editionem conferatur, suppeditat. Quanquam mirum hoc minime sit, cum a Scaligero, Croio, Heinsio, Gatakero,

ro, Schurzfleischio, aliisque permulta in opere animadversa vitia sunt. Specimen dare lubet. T. I. p. 391. l. 3. ed. *οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων*, MS. *οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων ὁρμώμενος, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων*. P. 404. l. 4. Ed. *καὶ ὅτε ἡ συντέλεια*, MS. *καὶ ὅπω ἡ συντέλεια*. P. 526. l. 7. Ed. *ἀπὸ πολλῆς αἱρέσεως*, MS. *ἀπὸ ἄλλης αἱρέσεως*. P. ead. l. 27. Ed. *κατὰ σύνθεσιν Ἑβραϊκὴν μὲν τῇ λέξει*, MS. *κατὰ σύνθεσιν, Ἑβραϊκῇ μὲν τῇ λέξει*. P. ead. l. 30. Ed. *καλεῖσθαι Ἑξαπλᾶ ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας, δύο ὁμοῦ παραθέσεις τῆς Ἑβραϊκῆς φύσει, δι' Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν στοιχείων*, MS. *καλεῖσθαι Ἑξαπλᾶ ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας, δύο ὁμοῦ παραθέσεις, Ἑβραϊκῆς φύσει μετὰ στοιχείων, καὶ Ἑβραϊκῆς δι' Ἑλληνικῶν στοιχείων*. P. 570. l. 33. Ed. *καὶ τὸ εἶναι μὴ*, MS. *καὶ τὸ ἵνα μή*.

Non tamen dissimulandum, præter mendosas lectiones multas, textus luxationes, & eas magnas quidem, inesse, præsertim in hæresi LXIII, quæ Origenianorum est, signis veteri manu appictis conspicuas: ad hæc glossemata etiam in textum irrepsisse; cuiusmodi exempla sunt, ad T. I. p. 520. l. 41. Edit. post *ἀπ' αὐτῶν ἡ λαγνεία*, hæc minime ad rem *τινὲς δὲ ἔφασαν αὐτὴν περὶ Ῥώμην καὶ Ἀφρικὴν γεγενῆσθαι*, & ad T. I. p. 526. l. 6. Edit. post *ἐκκλησίας*, hæc *ἦν γάρ ποτε ὁ αὐτὸς Ὠριγένης τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας*.

Exstitit olim inter Bessarionis codices aliud Panariorum Epiphanii exemplar, cum eiusdem Ancorato, ac Theodoreti Eraniste & Hæreticarum Fabularum libris; qui codex in Indice omnium authentico, ad Senatum Venetum misso, & adhuc superstite, est hoc modo enotatus: *Sancti Epiphanii Panaria, idest contra omnes hæreses. Eiusdem Anchgirota, quasi quædam Anchora Fidei. Theodoriti contra hæreses, quæ intitulantur Eranistes, aut Polymorphus, & De heretica Kakomythia, in pergameno, liber novus pulcher*. Deperditus tamen liber est.

Ad

Ad Cod. CXXVII. membran. in 4. Sæc. circ. XIII. — V.

S.a Isaaci Syri Sermones asceticos Græce edidit Nicephorus Theotoci Lipsiæ an. 1770, quos inter etiam sunt quinque priores in Indice asterisco notati.

Opella, capitibus septuaginta comprehensa, cui titulus Ὑποθῆκαι, ἃς εἰς ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν ἐγχειρίδια, incipit autem Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν &c. non aliud est, quam Enchiridii Epicteti Paraphrasis, ut dixere, Christiani cuiusdam scriptoris, a Merico Casaubono primum edita, deinde a Berkelio, Gronovio, Blancardo, & Schrodero repræsentata; raro ea tamen in codicibus MSS. obvia. Est a librario male quidem habita, ac iisdem locis, quibus in editionibus asterisci appinguntur, depravata; non tamen variis lectionibus annotatione dignis omnino carens.

Ad Cod. CXXXI. membran. in fol. Sæc. circ. XI. — P.

Inter S. Nili scripta in Indice relata alia eius, aut Evagrii (nam utriusque libri invicem permixti reperiri solent) exstant, iam edita, scilicet De diversis malignis cogitationibus, De octo spiritibus malitiæ, Capita XXXIII. κατ' ἀκολουθίαν, & Sententiæ variæ: ad hæc Aurea Capita seu Præceptiones, de quibus fuse disserit Allatius in Diatriba de Nilis p. 39. Epicteti Enchiridion in usum Christiani hominis a Nilo concinnatum, quod ad Epicteti verba constituenda Heynius V. Cl. non sine utilitate primus adscivit,

ipsum Philosophi textum pressius codex exhibet, quam in editione Suarezii sit.

Ad hunc vero spectant quæ de Nili codice alio in bibliotheca Guelpherbytana asservato Index Codicum Gudianorum habet n. 79. *Pleraque in eo a muribus corrosa restituit & supplevit, alia etiam emendavit Marquardus Gudius Venetiis ex vetustissimis membranis bibliothecæ S. Marci pluteo XXXI. n. 6.*

Ad Cod. CXXXII. membran. in 4. Sæc. circ. XIII. — V.

SA Marci Monachi Sermones duo, alter de Ieiunio, alter contra Melchisedechitas, Balthassaris M. Remondinii Zacynthi & Cephaleniæ Episcopi opera, an. 1748. Romæ typis editi sunt, in Bibliotheca Patrum Gallandii denuo excusi. Sermones primo ac tertio numero notati, cum epistola ad Nicolaum, ex codice quodam manuscripto in collectione inscripta Φιλοκαλία τῶν ἱερῶν νηπτικῶν Venetiis an. 1782. impressi sunt.

Ad Cod. CXXXVI. membran. in fol. Sæc. circ. XIII. — V.

DE Codice hoc sumpta est S. Maximi *Animadversio in eos qui aiunt animas ante, vel post corpora existere*, quæ in Appendice ad Bibliothecam Patrum Gallandii primum prodiit. Inest ea *Explicationi locorum difficilium Gregorii Nazianzeni & Dionysii Areopagitæ;* cuius bona pars an. 1681. Oxonii a Thoma Galeo edita est cum Ioanne Scoto Erige-

na

na de Divisione Naturæ: integra tamen ea in codice hoc exstat, eodem fine quo in Gudiano erat apud Fabricium T. VIII. p. 763. Quoad opera nonnulla varias codicis huius lectiones Combefisius in sua Maximi operum editione protulit T. I. p. 359. 361. &c. Maximi Capita CCCC. de Caritate, CC. Theologica, & D. Theologica & Œconomica, iuxta codicem quendam MS. in opere Φιλοκάλια &c. allato impressa sunt.

Cod. CXXXVIII. membran. in fol.
Sæc. circ. XI. — P.

Parallela S. Ioanni Damasceno attributa.

Sine ulla præfatione, ad initium Indicem habent inscriptum Κεφάλαια τῆς βίβλου τῆς ἐπονομαζομένης τὰ παράλληλα τοῦ Μασοῦ ἥπερ ἐκτέθειται κατὰ ἀριθμὸν τῶν κδ' στοιχείων, ὧν στοιχείων τὰ κεφάλαια διαιρετὰ ἐνταῦθα προτέθεινται κατὰ στοιχείων. Pro Μανσοὺρ, quo de nomine Fabricius disserit T. VIII. p. 773, hic est Μασοῦ.

Sylloge hæc magnopere cum ea convenit, cuius conspectum & excerpta ex codice Rupefucaldii Cardinalis exhibet Le Quienius T. II. p. 731. Operum Damasceni; neque parum illi respondet quæ in Codice Laurentiano XXII. plut. VIII. a Bandinio relato T. I. p. 367. primum locum tenet. Capita in classes litteris alphabeticis distinctas se offerunt, minori ut plurimum numero, quam in codicibus illis, nec iisdem semper auctorum testimoniis contexta: nonnulla tamen ex fusiori Parallelorum collectione iuxta codicem Vaticanum a Le Quienio edita in hanc translata sunt; quod nimirum nihil non demere, adiicere, immutare in eiuscemodi potissimum scriptis sibi fas esse librarii putaverint. Primum Caput est περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως καὶ κατασκευῆς &c. Ul-

timum περὶ ὥρας θανάτου &c. ut in editione. Sub littera α, Capite περὶ αὐτηκόων καὶ αὐτοπτικτων, Scholion illud est de Cruce Christi, Heraclii Imp. tempore, a Chosroe in Persidem ablata, editum a Le Quienio p. 275. ex quo syllogen circa idem tempus adornatam ipse statuebat: at nulla insunt Andreæ Cæsarcensis, Theodori Studitæ, Antonii Melissæ, Michaelis Pselli, aliorumque recentiorum fragmenta, quibus adductus eandem Ioanni Damasceno qui sæc. XI. Patriarchatum Antiochenum tenuit, Oudinus adiudicabat T. I. p. 1779. Itaque de auctore minime constat; uti neque, an codex Marcianus collectionem, qualis primum ab eo prodiit, vel delectum ex uberiori opere contineat. Illud attamen liquet, Ioannis etiam Damasceni nonnihil ei immixtum fuisse: cuius rei exemplum sub littera δ Cap. 33. ubi locus inest Ἰωάννου Μανσὺρ ἐκ τῶν ν κεφαλαίων, eadem, qua codex totus, manu exaratus; est vero ex eius Dialectica Cap. XII, T. I. p. 28. ed. Le Quienii.

Auctores profani ad Parallela hæc conficienda nulli admissi sunt, præter *Pythagoram* in Carminibus aureis & *Democritum*, qui semel afferuntur. At, post utriusque Testamenti libros, Ecclesiasticorum horumce scriptorum fragmenta sunt inserta: *Athanasii*, *Athenodori* τοῦ ἀδελφοῦ Γρηγορίου ἐκ τοῦ περὶ Ἑβραϊσμοῦ (fragmentum idem *Athenodori*, quod apud Le Quienium p. 752.) *Basilii Magni*, *Canonum Apostolorum*, *Cassiani*, *Clementis Alexandrini*, *Clementis Romani*, *Cyrilli Alex.*, *Diadochi*, *Didymi Alex.*, *Dionysii Alex.*, *Dionysii Areopagitæ*, *Epiphanii* ex Anchorato, *Evagrii* ἐκ τῶν μαθημάτων & ἐκ τῶν γνωμῶν, *Eusebii Cæsar.*, *Gregorii Nazianz.*, *Gregorii Nyss.*, *Gregorii Thaumat.*, *Hesychii Presb. Hierosol.*, *Ignatii Mart.*, *Ioannis Climaci*, *Ioannis Chrysostomi*, *Iosephi* ex libris de rebus Iudaicis & ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἐπιγεγραμμένου Πλάτωνος περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, (qui liber apocryphus), *Irenæi*, *Iustini Mart.*, *Marci Diadochi*,

Ma-

Maximi Philosophi & Confess., *Mosis Abbatis* καὶ Ποιμένος πρὸς τὸν Ἀββᾶ Ποιμένα περὶ ἀρετῆς, *Nili*, τοῦ μεγάλου Παραδείσου, scilicet Historiæ Lausiacæ, *Philonis*, *Synesii*, *Theophyli* ἐκ τοῦ κατὰ εἰδωλολατρείας, scilicet ad Autolycum, *Titi Bostrensis*, *Vitæ Ioannis Chrysostomi*. Licet vero mendis codex scatcat, lectiones varias offcrt, quæ bonitate vulgatis minime concedunt. Sic ad locum *Ignatii* Epist. ad Smyrnenses, apud Le Quienium p. 524. D. lin. 12. pro ὡς Θεοῦ ἐντολὴν διακονοῦντας, habet ὡς Θεοῦ ἐντολὴν πληροῦντας.

Cod. CXL. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

Lexicon inest inscriptum Συναγωγὴ λέξεων συλλεγεῖσα ἐκ διαφόρων βιβλίων παλαιᾶς τέ φημι γραφῆς καὶ τῆς νέας, καὶ αὐτῆς δήπου τῆς θύραθεν. Inc. Ἄαπτος, ὁ ἀπροσπέλαστος, παρὰ τὸ ἅπτω, ἅπτος, καὶ ἄαπτος, ὃ οὐκ ἄν τις ἅψαιτο, ἵν' ᾖ ὁ ἀπρόσιτος, ἢ ὁ ἄγαν ἁπτόμενος ἐπιτάσει τοῦ ᾶ. Ἄατος, ὁ ἀβλαβής, ἄτη γὰρ ἡ βλάβη.

Ineditum hoc est, at in bibliothecis præcipuis reperiri solet, & in ipsa etiam Marciana tria alia eiusdem exempla exstant; codex nimirum n. CCCCXCII. in Indice impresso notatus, alius sæc. XIV, olim bibliothecæ SS. Ioannis & Pauli Venetiarum, tertius Nanianus in Indice typis edito n. CCXCIV. relatus. Ac est equidem opus rerum verborumque locuples, veterumque scriptorum testimoniis refertum, & grammaticalia ac etymologica, in primis vero philosophica uberrime tractata complectitur: in hoc attamen codice haud integrum idem est, sed locis veterum scriptorum, quæ ad vim dictionum denotandam explicandamque auctor attulerat, passim deminutum: quod ex ipsius comparatione cum codicibus aliis Marcianis, in quibus ea sunt, pla-

plane constat. Cangius in Glossario Græco illud passim attulit, Montfauconius, fragmentis exhibitis, in conspectum dedit (*Biblioth. Coislin. p.* 238. 601.), Albertus in Hesychio illustrando non sine utilitate versavit (*Vid. Præfat. p.* 33.), excerpta eius bene multa iuxta codicem Nanianum, qui mutilus ab initio est, Mingarellius protulit (*p.* 491. *Catalog. Codd. Nan.*), & pauca quoque alia in fine Chrestomathiæ anno 1776. Mosquæ editæ Christianus Fridericus Matthæi vulgavit; qui etiam in Præfatione ad tomum secundum Catenæ Victoris Antiocheni in Marcum Lexicon totum se editurum recepit. Fuse demum de eo, codice Parisiensi usus, disseruit Rochefortius T. I. p. 133. operis inscripti *Notices des Manuscripts du Roi;* qui hoc ipsum cum Suidæ & Hesychii Lexicis ac Etymologico magno contulit, & non parvi faciendum esse probavit.

Auctorem nemo ex iis quæsivit, aut vero denotavit: aliorum non una sententia de eo est. Ioanni Damasceno Sinnerus tribuit, codici Bernensi innixus (*Catal. Codd. MSS. Bern. T. I. p.* 506.), in quo ad vocem Παράδεισος legitur *πλὴν ἐμοί γε Ἰω. τῷ Δαμασκηνῷ δοκεῖ κ. τ. λ.* Sed perperam id fecit; totam siquidem de Paradiso sententiam eo loco allatam Lexici auctor ex Damasceni libro secundo de Fide Orthodoxa cap. XI. ad litteram mutuatus est, ac suam fecit: quod & a Kulenkampio in Specimine Emendationum & Observationum in Etymologicum magnum p. 14. animadversum est. Hinc, licet codex Marcianus CCCCXCII. Bernensi respondeat, & alii itidem Marciani duo in textu habeant *πλὴν ἐμοί γε δοκεῖ*, & in margine *Ἰωάννῃ τῷ Δαμασκηνῷ*; hic tamen n. CXL. notatus recte habet *πλὴν Ἰωάννῃ τῷ Δαμασκόθεν καὶ ἐμοί γε δοκεῖ*. Damasceni autem Lexicon, iuxta Allatium (*Symmict. Lib. II. p.* 451.), titulum alium aliudque initium fert. Antonii, fortasse tanquam auctoris, nomen Lexicon Marcianum præ se tulisse in codice anni 1347, ano-

notatio quædam exemplaris Laurentiani ex eo sumpti argumento est apud Bandinium (*Catal. MSS. Laurent. T. I. p. 16.*). Antonio quoque adscriptum idem fuit in codice anni 1291, a Michaele Talmann relato p. 30. Elenchi librorum MSS. ab Aloysio Ferdinando Marsigli collectorum, Vindobonæ an. 1702. impresso. Ioanni Monacho quidam adiudicavit hac annotatione antiquo charactere initio codicis Marciani, olim bibliothecæ SS. Ioannis & Pauli, posita: *De rebus Grammaticis Commentarii Ἰωάννου τοῦ μοναχοῦ, ὡς ἐγὼ νομίζω*. Sunt vero hæc de Ioanne Zonara accipienda. Exstant sane in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi exemplaria huius Lexici tria, quorum primum sæc. XIV. n. 322, hæc a Sebastiano Tengnagelio scripta præfert: *Ioannis Zonaræ Lexicon, ut ex binis meis exemplaribus liquet;* alterum sæc. XV. n. 32. in fine manu recenti scriptum habet Μέχρι τῶν δε ὁ Ζωναρᾶς: tertium recens hoc in fine additamentum continet: *In eo exemplari quod forma folii compaginatum præfert nomen Ἰωάννου Μοναχοῦ Ζωναρᾶ, hic præmittitur titulus Συναγωγὴ* &c. Et hæc quidem a Michaele Denis, viro eruditissimo, bibliothecæ illius Custode olim accepi. Rem firmant fragmenta Lexici ipsius, tanquam Zonaræ operis, a viris admodum eruditis edita, nimirum a Ioanne Alberti, sub nomine Gratiani de Sancto Bavone, in Observationibus in loca quædam Suidæ (*Miscellan. Observation. Varior. T. IX. p.* 149.), a Valckenario in Ammonium p. 72. ad Theocriti Idyllia decem p. 297. 335. edit. Lugd. Batav. 1773. & a Ruhnkenio ad Xenophontis Memorabilia Socratis p. 229. edit. Lugd. Batav. 1772. necnon ad Timæi Lexicon Platonicum p. 90. sec. edit. Stat itaque sententia quæ Lexici auctorem Ioannem Zonaram facit, ac proinde neque Hesychium, neque Suidam ex eo quidquam sumpsisse statuendum est, secus atque viris eruditissimis visum sit; immo vero e contra se rem habuisse nemo videre non potest.

Fuit Zonaræ Lexicon etiam penes Henricum Stephanum, eiusque usuram ab Isaaco Casaubono enixe postulabat Iosephus Scaliger (*Epistolar. p.* 171. *&* *seq.*); qui tamen Lexicon aliud, Maximo adscriptum, futile opus esse cognoverat, & nihil bonæ frugis in eo deprehendisse affirmabat (*Epistol. p.* 464.). Cadunt hæc in Lexicon Sancti Maximi nomine notatum, quod codex Laurentianus continet, Bandinius autem idem ferme initium cum Lexico Zonaræ habere dixit (*T. I. p.* 436.), ac propterea Harlesium hac in re ancipitem quodammodo fecit (*in Bibl. Gr. Fabricii T. VI. p.* 633.). Lexicon tamen alterum ab altero diversum omnino est.

Ad Cod. CXLIII. membran. in 4. Sæc. circ. XI. — P.

Sa Dionysii Areopagitæ Opera cum hoc aliisve codicibus Marcianis contulisse Antonium Augustinum, virum illum eruditissimum, ut putem, facit Franciscus Turrianus, qui cum Ioannis Cyparissiotæ Expositionem de Deo, an. 1581. Romæ impressam ei dedicaret, inquit: *Memini . . . . quod, ante annos multos, cum correctiones Dionysii Areopagitæ, Venetiis summa diligentia collatis inter se variis exemplaribus manuscriptis, a te olim cum iuvenis esses, descriptas & notatas petiissem; ipsum illum librum annotatum & correctionibus refertum liberaliter more tuo misisti, quem ego* ὡς ἱερὸν κειμήλιον ἐν ταμείοις *custodio*. Equidem Antonio Augustino bibliothecam Marcianam patuisse, ex iis quæ ad Cod. CLXXIX. afferam, patet. At vero Areopagitæ opera in editione Veneta an. 1755. ad codicis huius fidem recensita sunt & emendata, Scholia aucta, ac ex iis quædam, ve-

veluti *Germani* Patriarchæ Constantinopolitani, ab aliis *S. Maximi* distincta. Adhuc tamen, num distinctio ea recte se habeat, in dubium revocari potest cum V. C. Jo. Fr. Bernardo de Rubeis in Dissert. præliminari editionis ipsius.

Sub titulo *Excerpti ex Dialogo S. Catharinæ* Carmina quædam *Sibyllina* sunt & *Oraculum Apollinis*, omnia iam pervulgata.

Ad Cod. CL. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

POST Nicolai Methonensis opusculum hæc sine titulo sunt, de quibus nihil in Indice impresso.

EPISTOLA Græci cuiusdam ad Episcopum de Trinitate & Spiritus Sancti processione a solo Patre. Inc. *Πάσης ἀγαθῆς πράξεως καὶ παντὸς ἔργου τοῦ κατὰ θεὸν προηγεῖται πίστις* &c.

DIALOGUS inter Latinum & Græcum de processione Spiritus Sancti, de Azymis, aliisque capitibus inter utrumque controversis. Inc. *Λατῖνος. Διὰ τί ἀποσχίζετε ἀφ' ἡμῶν, καὶ οὐ συγκοινωνεῖτε οὐδαμῶς.*

Schismatici auctoris opus velut Maximi Margunii, quod vel codex hic unus falsum ostendit, anno 1624. Londini typis prodiit, cum Gennadii Scholarii adversus Latinos Syntagmate. *Barlaamo Calabro* Allatius adiudicat in Confutatione fabulæ de Ioanna Papissa p. 47. qui sæpe & eum refutat locis a Fabricio allatis Bibl. Gr. T. X. p. 537.

S. ATHANASII Symbolum, in quo ad Græcorum mentem, *Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ πατρὸς, ἀναπαυόμενον ἐν υἱῷ.*

TOMUS Sanctæ Synodi & Orthodoxiæ Columna. Inc. *Ἔχει μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα* &c. Est Definitio Synodi Constantinopoli

poli habitæ anno 1292. (quæ anni nota in exemplari meo accedit) Georgio Cyprio Patriarcha, contra Ioannem Veccum einsque asseclas, edita a Bandurio Imper. Orient. T. II. p. 652. ed. Ven.

Ex Dialogo inter Græcum & Cardinales, in Indice relato, cuius initium *Τῆς τῶν Ῥωμαίων ἁγίας ἐκκλησίας* &c. quæ ad initium sunt Bonaventura Vulcanius edidit cum Nilo Cabasila De Primatu Papæ, Lugduni Batavorum anno 1595: recusa deinceps ea Londini fuere absqne anni nota in 4. cum Meletii Alexandrini, Georgii Coresii, & Gabrielis Philadelphiensis scriptis adversus Latinos.

In fine codicis est Basilii Achrideni Metropolitæ Thessalonicensis Collocutio in Ecclesia sua habita cnm Latino quodam Roma misso ad Manuelem Comnenum Porphyrogenitum Imp. cum primum is de Italia venisset. Inc. *Λατῖνος. Εὔχομαι γενέσθαι τὴν ἕνωσιν τῶν ἐκκλησιῶν* &c. Ex titulo atque initio apparet Dialogum ab eo omnino differre, quem Lambecius refert Lib. V. Cod. CCXIII. n. 11. Idem tamen utriqne argumentum, scilicet res inter Græcos ac Latinos controversæ, ac iidem facile disputatores, Basilius & Henricus Episcopus Beneventanus.

Ad Cod. CLII. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Opusculum *de Azymis* ad initium codicis manu Bessarionis exaratum, quæstionem continet, utrum Christus in ultima cœna pane azymo, aut fermentato, usus fuerit, & ad mentem Græcorum conscripta est. Inc. *Περὶ τῶν προσθεμένοις ζητῆσαι σκοπητέον* &c.

In-

Inter Barlaami Calabri opera est eius quoque Epistola de principatu Papæ ad Franciscum quendam, a Fabricio relata T. X. p. 430.

Nili Cabasilæ Argumenta Latinorum de Spiritus Sancti processione cum eorum Solutionibus insunt, ut in Cod. CL.

Ad Cod. CLIV. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani Opuscula tria de Azymis contra Latinos, eodice isto comprehensa, edita sunt a Dositheo Patr. Hierosolymitano in tomo *ἀγάπης* impresso Iassii in Moldavia an. *1698*.

Ad Cod. CLV. chartac. in 4. Sæc. XV. — P.

Librorum sex de essentia & operatione Dei, quos Bessario *Prochoro* adiudicavit, duos priores tanquam *Gregorii Acindyni* Gretserus edidit Ingolstadii an. *1616*. Aliud hoc de argumento, scilicet de lumine Thaboritico, in caussa Palamitarum, esse videtur opus Prochori Cydonii, Demetrii fratris, in codice Parisiensi 1240, scriptum. Ad codicem vero hunc olim Marcianum respexisse, nec tamen rem examinasse, omnino videtur Scipio Maffeius V. C. dum scripsit Prochori Cydonii opus de Luce Thaboritica in hac bibliotheca se aliquando vidisse. *Osservaz. Letter. T. VI. p.* 420.

Quæ ad Vitam S. Sabbæ spectant *Philotheo Coccino* Patriarchæ Constantinopolitano in titulo adscripta sunt.

Cod.

Cod. CLVI. membran. in 4. Saec. XV. — V.

DEMETRII CYDONII De Processione Spiritus Sancti, pro Latinorum dogmate Tractatus in Capita XLI. distributus. Inc. Ἐπὶ πολλῶν τῆς σῆς φιλομαθίας &c.

IN fine Ἐγράφη ἐν τοῖς Μεδιολάνοις ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου, ἔτους ,ϛ π ι.' Ἰανουαρίου κά. *Scriptus est Mediolani in Monasterio Sancti Ambrosii*, *anno* 6910. (Ær. Vulg. 1402.) *die* 21. *Ianuarii*. Aristotelem de Anima hoc eodem anno scriptum in monasterio Mediolanensi Sancti Ambrosii, quod tunc Monachi Cluniacenses inhabitabant, continet codex Parisiensis, a Montfauconio relatus in Palaeographia p. 76.

Ad Cod. CLVIII. chart. in 4. Saec. XV. — V.

OPUS de Processione Spiritus Sancti, deque aliis Theologicis argumentis, ab ANDRONICO CAMATERO Sebasto, Manuelis Comneni Imp. iussu, conscriptum fuisse, titulus eiuscemodi aperte monstrat Σύγγραμμα Ἀνδρονίκου Σεβαστοῦ καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς Βίγλας, τοῦ πατρόθεν μὲν Καματηροῦ, μητρόθεν δὲ Δούκας, συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑποθήκῃ καὶ μεθόδῳ διδασκαλίᾳ τε καὶ κελεύσει τοῦ θεοσόφου ἰσαποστόλου μεγάλου Βασιλέως Πορφυρογεννήτου καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ. Est vero idem quod ὁπλοθήκη ἱερὰ, Armamentarium Sacrum, appellari consuevit; quemadmodum in prolegomeno quodam legere est; ex Allatio de Consensu &c. p. 660. & in

& in Vindiciis Synodi Ephesinæ p. 209. 325. & alibi, Fabricio T. X. p. 286. Oudino T. II. p. 1463. aliisque iam satis notum, nunquam tamen typis editum.

Ad Cod. CLXII. chartac. in 8. Sæc. XIV. — V.

AUCTORITATES Patrum de identitate substantiæ & actus in divinis.

PATRES, quorum auctoritates collectio habet, sunt *Gregorius Nyssenus*, *Maximus*, *Anastasius Patr. Antiochenus*, *Ioannes Damascenus*, *Theodorus Graptus*, *Photius*, *Gregorius Nazianzenus*, *Basilius*, *Athanasius*, *Cyrillus Alex. Dionysius Areop. Epiphanius*, *Theophylactus*, *Theodoretus*, *Diadochus*, *Isaacus*, *Iosephus poeta*, *Augustinus*.

Cod. CLXIII. membran. in 4. Sæc. XIV. — V.

AUCTORITATES Patrum de Attributis divinis.

PRÆTER utriusque Testamenti loca & Conciliorum V. & VI. testimonia, horum Patrum auctoritates collectionem conficiunt: *Ioannes Damascenus*, *Cyrillus Alex.*, *Gregorii Nyssenus & Nazianzenus*, *Iustinus*, *Chrysostomus*, *Thalassius*, *Maximus*, *Athanasius*, *Dionysius Areop. Macarius Ægyptius*, *Isaacus Syrus*, *Anastasii Patr. Antiochenus & Sinaita*, *Basilius Seleuciensis*, *Ioannes Climacus*, *Andreas* Cre-

Cretensis, *Sophronius*, & *Simeon Metaphrastes*; quibus accedit *Ioannes Veccus* Patr. CP.

Ad Cod. CLXIV. chart. in fol. *Sæc. XIV. — V.*

Ex eodice hoc itidemqne ex alio n. CCCCCLV. notato Actionem XVI. Concilii Chalcedonensis, quæ in multis fusior, alicubi tamen brevior antea edita fuerat, Ballerinii fratres protulere inter Opera S. Leonis Magni T. I. p. 1491. ed. Ven. 1753. quam & Mansius in Collect. Concil. T. VII. p. 454. quodammodo repræsentavit. Est de codice utroque a Balleriniis indicium latum; ex quo Acta Chalcedonensia ad lectionem adhue meliorem horum ope redigi posse nemo non intelligit. Id exemplo ipsi confirmant quoad Leonis Magni aliorumque Epistolas ad Concilium spectantes T. I. p. 901. 963. & alibi passim.

Ad Cod. CLXV. chartac. in fol. *Sæc. XV. — V.*

Post Canones XXVII. Concilii Chalcedonensis, qui reperiri solent, tres alii, interiectione facta, accedunt; iidem qui in collectione Conciliorum Mansiana T. VII. p. 370. Est id etiam a Balleriniis animadversum, atque rei caussa reddita in Admonitione T. I. p. 1490. Oper. S. Leonis.

Ad

Ad Cod. CLXVI. chartac. in 4. Saec. XV. — V.

Epiphanii Catanensis Diaconi Sermo ad Concilium Nicaenum II. habitus ex hoc ipso codice primum Graece vulgatus est in collectione Conciliorum Mansiana T. XIII. p. 441.

Ad Cod. CLXVII. chart. in 4. Saec. XV. — V.

Photii Dissertatio de Spiritus Sancti processione, cuius initium Τίς ὅλως ἀνέχοιτο &c., quam ineditam Fabricius putabat Bibl. Gr. T. IX. p. 563, partem conficit epistolae secundae auctoris, in editione Montacutii Londinensi an. 1651. p. 51. Male itaque Nicolao Methonensi tribuitur in codice Vindobonensi apud Lambecium Lib. V. n. CCXLVI. Accedit

Eiusdem De Spiritus Sancti mystagogia, ac eius a solo Patre processione. Inc. Ἐν πολλοῖς μεν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι &c. Opusculum ineditum, cuius ex Allatio apud Fabricium mentio est Bibl. Gr. T. IX. p. 563. n. 3.

Est ante annos circiter sexaginta de omnium Photii operum editione facienda apud nostrates consilium initum susceptaque cura, ac multa equidem eam in rem comparata; quorum conspectum, a me fuse descriptum, in huiusmet Bibliothecae continuatione proferendum, sepositum habeo.

Ad

Ad Cod. CLXVIII. chartac. in fol. *Sæc. XIII.* — V.

Syntagma Canonum sub titulis XIV est Photii Nomocanon, cum Scholiis Theodori Balsamonis, ut in Bibliotheca Iuris Canonici Henrici Iustelli. Sequuntur

Interrogationes Monachorum quorundam extra Constantinopolim degentium, cum Responsionibus Sanctæ Synodi CP. tempore Nicolai Patriarchæ & Alexii Comneni Imp. Editæ in Pandectis Canonum Beveregii.

Canones Apostolorum Conciliorum & Patrum, usque ad Gennadii Patr. CP. Epistolam, quæ in codice hoc Syntagma Canonum a Photio compositum efficiunt, Scholia Theodori Balsamonis interposita habent, ut in Pandectis Beveregii.

Ad Cod. CLXIX. membran. in fol. *Sæc. XIII.* — V.

Prologus *Oἱ τοῦ μεγάλου θεοῦ* spectat ad Collectionem Canonum Ioannis Scholastici Antiocheni, deinde Patr. CP. in quinquaginta titulos distributam, quæ in codice deest. Prologi duo, alter *Τὰ μὲν σώματα*, alter *Ὁ μὲν παρὼν πρόλογος*, coniunctim ad Photii Nomocanonem pertinent, ut in Bibliotheca Iustelli.

Syntagma Canonum divisum in titulos XIV est Photii Nomocanon, sed interpolationibus passim deformatus.

Ca-

Canones Apostolici cum sequentibus, usque ad Athanasii Epistolam ad Rufinianum, Photii Syntagma Canonum efficiunt, at interpolatum, Actis etiam Conciliorum Œcumenicorum nonnullis insertis: quod equidem opus magna in codicibus MSS. differentia reperiri solet. Scholia plerumque brevia accedunt, ab editis Zonaræ, Balsamonis & Aristeni diversa, neque ea tamen spernenda.

Constitutiones diversæ, ex iis selectæ quæ post Novellarum Codicem Iustinianus edidit, sub Capitibus LXXXVII, syllogen a Theodoro Balsamone adornatam efficiunt; qualem codex Taurinensis n. XXXVI. in Indice impresso notatus continet, in quo singulorum Capitum titulos videre est. Exstat eadem & in codice Cæsareo, a Lambecio pro sequenti Balsamonis opere perperam habita, Lib. VI. n. XVI. 3.

Constitutiones Legum Civilium ex Novellis Iustiniani &c. Viginti quinque sunt, iuxta codicem Taurinensem (p. 104. & Laurentianum (*T. I. p.* 478. *n. VII.*) in Indicibus impressis singillatim denotata.

Collectiones duæ sequentes cum Titulis tribus, Theodori Balsamonis Collectionem Constitutionum Ecclesiasticarum tribus libris distinctam continent, qualem omnino Bibliotheca Iustelli continet T. II. p. 1216. quatuor etiam Heraclii Constitutionibus adiectis.

Nicolai Patr. CP. Decretum de ordine sedium Metropolitanarum & Archiepiscoporum, emendatius & auctius, quam in Iure Orientali Enimundi Bonefidii p. 118.

Ad Cod. CLXX. membran. in fol. Sæc. XIV. – V.

CONVENIT equidem codex cum proxime præcedenti, PHOTII Nomocanonem eadem ratione interpolatum habet, & reliqua eodem ordine distributa: at IOANNIS Scholastici ANTIOCHENI Syntagma Canonum in Capita L. distributum, ut in Bibliotheca Iustelli, præterea continet, & Scholia in Canones auctiora. Anonymi auctoris libellus de sex Synodis Œcumenicis Χρὴ γινώσκειν &c. & ipsum in Bibliotheca Iustelli exstat, necnon in Variis Sacris Stephani le Moyne, ubi *Germanum* Patr. CP. auctorem præ se fert.

Fuit olim codex χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Νικήτα τοῦ Κυπριανοῦ, *Nicetæ Cypriani Chartophylacis magnæ Ecclesiæ CP.*

Ad Cod. CLXXII. membr. in fol. Sæc. XII. – P.

PAG. 249. exstat Ecloge Legis a Deo per Moysen Israelitis datæ; eadem quæ in Monumentis Ecclesiæ Græcæ a Cotelerio editis T. I. p. 1.

Ad

Ad Cod. CLXXIII. membr. in fol. *Saec. circ. XII.*—V.

Legum Ecloga, hoc volumine comprehensa, adhuc magis innotescit ex codice Cæsareo a Lambecio relato Lib. VI. P. I. n. 1. & ex Laurentianis duobus apud Bandinium T. I. p. 530. & T. III. p. 187.

Novellas inter nonnullæ sunt, quas Index non denotat; editæ tamen eæ omnes, & in descriptione codicis Cæsarei, cui Marcianus præsertim respondet, relatæ.

Eustathii Antecessoris Libellus de Intervallis temporum in Iure observandis immixtus iis est.

Διαςαυίβυς vocem esse corruptam, quod Fabricius suspicabatur, Kollarius postea deprehendit, atque ea inscriptione epitomen Tituli de Actionibus exstare animadvertit ad Lambecium Lib. VI. P. I. p. 18.

Moschionis Monita prosa oratione scripta differunt ab iis quæ in Locis Communibus Sancti Maximi sunt; neque Arsenius Archiepiscopus Monembasiensis inter Dicta præstantium virorum quidquam ex iis affert, qui nonnisi Moschionis carmina semel exhibet.

Fragmentum de quatuor fluminibus e Paradiso exeuntibus: *Ὅτι ὁ Ἴςρος ποταμὸς λεγόμενος Φισὼν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ* &c., ut in huiusmodi codicibus, in hoc quoque est; editum a Bandinio in Catalog. Laurent. T. I. p. 466. & in Anecdotis T. I. p. 99. Allatius inter Symmicta libro tertio

illud proferre constituerat: Baro de Sainte Croix veluti adhuc ineditum cum Geographis minoribus in lucem eruendum denotat (*Journal des Savans* 1789. *p.* 242.).



Post pauca de Bissexto sequitur Περὶ γενέσεως ἀνθρώπου, καὶ ὅθεν τρίτη καὶ θ καὶ μ. De generatione hominis, & unde dies tertius nonns & quadragesimus in observatione sint. Inc. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον ἐπὶ μὲν τὰς τρίτης ἡμέρας ἀλλοιοῦται εἰς αἷμα, καὶ ὑποζογραφεῖται ἡ καρδία &c. Des. διὰ τοῦτο τρίτα καὶ ἔνατα καὶ μ ἐπιτελοῦνται τοῖς τεθνεῶσιν. Absqne auctoris indicio hæc eadem Annotatio exstat in codice Laurentiano (*Catal. T. I. p.* 532.) & in Cæsareo Vindobonensi (*Lambec. Lib. VI. p.* 19. *n. ed.*). At in codice alio Vindobonensi apnd Lambecium (*Lib. V. p.* 26. *n. ed.*) in Neapolitano iuxta Indicem ab Harlesio editum (*Bibliot. Gr. Fabr. T. V. p.* 778. *nov. ed.*) itidemqne in Vaticano (*Montfaucon Bibl. MSS. p.* 5.) sub SPLENII Philosophi nomine exstat. Cum autem de auctore hoc, qui a Lambecio pro C. Plinio perperam est habitns, haudqnaqnam constet; ante pancos annos a viris eruditis qni, Reipublicæ Gallicæ auctoritate, codices manuscriptos in Italia deligebant, Vaticanus quæsitus fuit: frustra id tamen. Tanti id equidem non erat; cum scriptum breve admodum sit, neque lineas sexdecim in codice Marciano excedat, ac futilem eam doctrinam contineat de humani corporis generatione & corruptione, quam tertio nono & quadragesimo die fieri Nicephorus Callixtus Xanthopulus, iisdem verbis Splenio adscriptis, tradit in Synaxario ad Triodium, librum Ecclesiasticum Græcorum, & Cangius qnoqne in Glossario V. Τρίτα affert. Nicephorum, qui alios utique exscripserit, reiiciendum demonstrat præsertim Franciscus Antonius de Simeonibus Parte prima Speciminis Animadversionum in Triodium editionis Venetæ anni 1712. Romæ 1721. in 4. pag. 56.

SYN-

SYNTAGMA in fine accedit, sine ulla inscriptione, post Leonis Sapientis Imp. tempus a Iurisconsulto quodam compositum, ex quo rem potissimum agrariam, finiumque regundorum disciplinam medio ævo apud Græcos usitatam cognoscere, atqne verborum quorundam ea de re vim discere licet. Inc. Ῥίζα χωρίου ἐστὶν ἡ ὅλη ποσότης τῶν ἐν τῇ συγγραφῇ χωρίου κειμένων ψηφίων &c.

Codicem possedit Demetrius Cataducinus Iudex, qui annotationem de morte Ioannis Palæologi Imp. sub die prima Novembris ann. Ch. 1448. posuit, & brevem Allocutionem suam ad Constantinum Ioannis fratrem imperium adeuntem, manu propria in fine scripsit.

Ad Cod. CLXXIV. membr. in fol. Sæc. circ. XIII.—V.

ECLOGA BASILICORUM, quæ in hoc codice, eadem est & in Cæsareo, a Lambecio descripto Lib. VI. P. I. Cod. I. Scholia sub una serie ad initium posita incipiunt Παραγγελία λέγεται ὅταν ἀπερχόμενόν τινα εἰς τινα τόπον δὶ οἰκείαν δουλείαν &c. Inter ea quæ accedunt sunt etiam EUSTATHII libellus de Intervallis temporum in Iure, MOSCHIONIS Monita, & Fragmentum de quatuor fluminibus e Paradiso exeuntibus. Præter Lexicon in Indice relatum aliud quoque inest, cuius initium Ἀγαγεῖ παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς ἀγομένους εἰς τὸ δικαστήριον: utrumque tamen in Glossis verborum Iuris a Carolo Labbæo editis continetur.

Cod. CLXXVIII. membr. in 4. Saec. XIV. — V.

Theophili Paraphrasis Institutionum Iustiniani Imp.

Perhonorifice de Republica Veneta, de bibliotheca Marciana, deque Petro Bembo eius praefecto scripsit Viglius Zwichemus ab Ayta Frisius in epistola ad Carolum V. Imp. ex Patavio, ubi Ius civile profitebatur, anno 1533, cum ei dedicaret Theophili Paraphrasin Institutionum Iustiniani ex codice hoc sumptam, anno proximo Basileae Frobenii typis primum editam. Operam ab aliis pro Theophili editione frustra positam ut commemoravit, inquit: *Omnes quidem, ait D. Paulus, currunt, unus autem accipit praemium. Quod mihi Patavii agenti, clarissimi viri Petri Bembi beneficio, obtigit, qui me sibi a Desiderio Erasmo Roterodamo, unico bonarum litterarum saeculique nostri ornamento & patrono multo mehercle dignissimo, commendatum perquam humaniter complexus est, & exemplar* (Theophili) *benignissime ex Marciana bibliotheca communicavit; pro quo immortales gratias debere me illi confiteor.* Bembum postea sic alloquitur: *Posthac vero & Iuris studiosi plurima se tuae humanitati debere mecum fatebuntur, & debent lubenter, & debere plura maioraque cupiunt; cum in tua sit manu nobilissimos illos Iurisprudentiae thesauros, quibus non minus quam opibus incredibilibus, D. Marcus exuberat, ad publicam studiosorum utilitatem in lucem tandem emittere . . . . Nec quemquam fore arbitror adeo depravati iudicii malignave voluntatis, qui hoc vitio tibi vertere audeat: neque enim vel exhauritur, vel imminuitur hac beneficentia incomparabilis ille Marcianae bi-*

bibliotheca thesaurus, sed clarissimae tuae Reipublicae Venetae ingens decus & gloria isthinc accedet, cum ex ditissimo terrarum emporio tales deinceps merces ad litterarum honestarumque artium cultores venire conspicientur. Illi nos profecto semper praesens hoc Institutionum Graecarum opus acceptum feremus, a Florentinis frustra hactenus expectatum. Post impressum a Frobenio Theophilum, ex nova collatione codicum Venetorum, Marciani scilicet & alterius ab Egnatio accepti, quam Zwichemus instituit, curae eius secundae prodiere; quae in editione Theophili Hagae Comitum facta an. 1751. suis locis apparent. Rem declarat ipse Zwichemus tum alibi, tum in epistola ad Petrum Bausanum an. 1537. scripta (*T. II. p.* 1144. *ed. cit.*).

Cod. CLXXIX. membran. in 4. Saec. XIII. — V.

LEONIS Sapientis Constitutiones CXII. Deficit quae in editis habetur sub n. LXVI.

ZENONIS Constitutio de novis aedificiis.

IUSTINIANI Novellae fere omnes quae in editis.

IUSTINI Edicta V. edita cum Novellis Iustiniani.

TIBERII Constitutio de privatorum fundis & praediis per Imperatorum procuratores non gravandis.

Henricus Scrimgerus Scotus, cui bibliothecam Marcianam patuisse aliunde novimus, Novellas Constitutiones quasdam de codice hoc sumpsit, quas inter Iustiniani Iustini Leonis aliorumque Constitutiones, typis Henrici Stephani an. 1558. postea vulgavit. Est id Antonii Augustini testimonio comprobatum in annotationibus ad Iustiniani Constitutiones a

se editas: quod etiam vitiosæ ipsæ codicis lectiones in editione exhibitæ plane confirmant.

Antonius quoque Augustinus hunc ipsum versabat codicem, cum in Emendationibus & Opinionibus, quæ an. 1544. primum editæ sunt, scriberet Lib. II. Cap. 9. *Cum Venetiis hos libros edendos curarem, atque ego Legum & Decretorum Pontificiorum libris Græcis legendis darem operam, incidi in Marcianæ bibliothecæ librum pervetustum Novellarum, ex quo omnia fere quæ in Norico desunt descripsi: quorum utilitas ut omnibus Iuris studiosis prodesse possit, brevi efficiam. In eo optimo libro &c.* Edidit autem ex eo Ilerdæ an. 1567. Constitutiones multas cum aliis, in Iustiniani Codice deficientibus: *quas ex Græcorum voluminibus, quæ in tribus Italiæ locupletissimis bibliothecis conservantur, Romæ Florentiæ & Venetiis, eruimus*, in præfatione inquit. De qua quidem editione ad Iacobum Mendozam scribebat: *Neque enim ignoras me per te fuisse consecutum ut ex Marciana ista singulari Bessarionis bibliotheca domi tuæ cum multæ eruditionis viro Arnoldo Arlenio Peraxylo veterem quendam* Νεαρῶν *librum conferrem, ex quo permulta describenda curavimus, quæ nunc in vulgus edimus* (*Oper. T. VII. p.* 185. ed. Luc.).

Zenonis Imp. Constitutionem de novis ædificiis ut in codice hoc Augustinus invenit, ad Lælium Taurellum an. 1546. scripsit: *Reperta a nobis Venetiis est pulcherrima Zenonis Constitutio de ædificiis privatis in Bessarionis locupletissima bibliotheca, in eo libro, in quo Iustiniani Iustini minoris & Leonis, ut vocant, Sapientis omnes Novellæ Leges continentur* (*Oper. T. VII. pag.* 182. *ed. Luc.*) . Hanc Scrimgerus ad codicis Marciani fidem cum Iustiniani aliorumque Novellis edidit; emendatiorem cum versione Latina & annotationibus postea dedit Neapoli anno 1765. Andreas Federicius; cum Italica interpretatione annotationibusque aliis

liis quæ tum iurisprudentiam, tum architecturam spectant, demum protulit Nicolaus Carletti, Neapoli an. 1783.

Gregorium quoque Haloandrum codicem hunc pro sua editione Novellarum Norimbergensi anni 1531. consuluisse, sunt qui putent: nullo id tamen idoneo argumento est mihi unquam comprobatum.

Post Leonis Imp. Constitutiones inest pag. 62. codicis *Μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων Exercitatio de nudis pactis*. Est in Iure Græco-Romano Leunclavii T. II. p. 192. sub titulo *Responsi veteris formula de nudis pactis*.

Ad Cod. CLXXX. chart. in 4. Sæc. XV. — V.

HANC ipsam ECLOGAM LEGUM BASILII, LEONIS, & CONSTANTINI Impp. ob oculos ponunt Lambecius ex codice Cæsareo (*Lib. VI. Cod. VI. n. 1.*) & Io. Henricus Maius ex codice Uffenbachiano (*Bibl. MSS. Uffenb. T. I. p. 521.*), qui in bibliothecam Senatus Lipsiensis postea devenit. Editionem Gottfridus Mascovius parabat, iamque Prologus olim typis exscriptus est; quem I. L. E. Pütmannus cum Memoria Mascovii anno 1771. Lipsiæ, non sine tamen lectionibus multis aperte vitiosis, iterum protulit.

Inter ea quæ ante Eclogam sunt primum locum tenet NICOLAI GRAMMATICI Patriarchæ CP. Epistola Synodalis ad Alexium Comnenum Imp. qua probat ex Canonibus atque Legibus fas non esse ut Episcopatus a Metropolibus auferantur; edita in Iure Græco Leunclavii T. I. p. 271.

IOANNIS Metropolitæ Russiæ Epistola ad Clementem IV, uti videtur, scripta de differentia dogmatum fidei Russos inter ac Latinos, est etiam in codicibus Regiis Parisiensibus,

in

in Cæsareo Vindobonensi, aliisque. Summam eius exhibet Herbersteinius de rebus Moscovitarum pag. 30. ed. Basil. 1556.

Inter Novellas quæ Eclogam sequuntur, & ipsas in codicibus Cæsareo atque Uffenbachiano adiectas, sine titulo Eustathii Antecessoris libelli duo sunt in unum coniuncti, alter de Actionibus, alter de Intervallis &c. Paratitla accedunt in titulos triginta distributa. In calce

Iuramentum Iudicum catholicorum *Ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν γεγονὸς καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν*. Inc. *Ἐπειδὴ ἐξελέγην* &c. Huius meminit ex codice Colbertino Cangius in Glossar. V. *Ὁρκωμοτικόν*.

Iuramentum Iudicis Palatii (*τοῦ Δικαιοφύλακος*) & Archidiaconi. Inc. *Ἐπεὶ ἀπηγτήθην παρὰ τοῦ κράτους* &c.

Mandata tria de iuramentis emittendis. Inc. *Ἡ βασιλεία μου* &c. *Ἐπεὶ ἡ βασιλεία μου* &c. *Ἐπεὶ διωρίσατο* &c. Eadem esse videntur, quæ cum Formula Iuramenti iudicum catholicorum velut ab Andronico iuniore Imp. edita, codex Regius Parisiensis 1356. habet.

Mandatum quod electis Metropolitanis Archiepiscopis & Episcopis datur, ac ad Presbyteros Diaconos & Clerum, itemque ad Magistratum & populum totius diœcesis mitti solet. Editum in Iure Græc. Rom. Leunclavii T. I. p. 426.

Ad Cod. CLXXXI. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Legum Eclogam, quam Index impressus denotat, Leunclavius ex parte edidit in Iure Græco-Romano T. II. p. 79. alio tamen cum prologo. Totam cum prologo ipso *Τὸ ἀξίωμα* &c. in codice Vaticano esse Iosephus M. Suarezius in Notitia Basilicorum tradit n. 2.

Ius

Ius Navale Rhodiensium Capitibus LI, ut in editionibus, constat; quorum tres, nimirum XLV. XLVI. XLVII, a librario cum XLIV. quodammodo coniuncti sunt. Textus cum editione Basilicorum Fabroti collatus passim vitiosus apparet.

De scriptione codicis hæc pag. 347. sunt Ἔλαβε τέλος ἡ παροῦσα βίβλος νομοθεσίας διʼ ἐξόδου μὲν καὶ πόθου πολλοῦ κυροῦ αὐθέντος Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Ῥόδου, χειρὶ δὲ τοῦ γράψαντος Μανουὴλ ἐν ἱερεῦσι ἐλαχίστου τῆς ἐνορίας τῶν Ἀπολλώνων ἐν ἔτει ͵ϛπμθʹ Ἰουνίῳ ιδʹ. ἰνδ. δʹ. *Absolutus est hic liber Legum impensa quidem & studio multo Domini Andreæ Archiepiscopi Rhodi, manu vero Manuelis minimi inter Sacerdotes Diœceseos Apolloniensis, anno 6949. (Ær. Vulg. 1441.) die XIV. Iunii, Indictione IV.*

De Andrea a Petra Archiepiscopo Rhodi Ordinis Prædicatorum, Latinorum partibus addicto, multa sunt apud Echardum in Scriptor. Ord. Prædic. T. I. p. 801. & Le Quien in Orien. Christ. T. III. p. 1051.

Cod. CLXXXIV. membran. in 4. Sæc. XV. — P.

Platonis Opera omnia ut *Ioannes Rhosus* Cretensis, cuius character perspectus mihi iam est, in codice hoc, litteris aureis picturisque exornato, describeret, Bessario, pro mirifico suo in Philosophum studio, curavit. Titulus huiusmodi est ei a librario impositus: *Platonis omnia Opera. Liber pulcherrimus & correctissimus Bessarionis Cardinalis Tusculani.* Licet magno cum studio munere suo functus Rhosus fuerit, non tamen id sine erroribus fecit: at recensitus postea textus est, & in margine tum ab eo, tum a Bes-

Bessarione emendatus. Ex codice Marciano CLXXXVI. sumptus idem est, præterquam quoad Dialogos de Republica, qui ex uno eodemque fonte cum Codice CLXXXVII. manasse videntur, & Dialogos de Legibus, qui ex Codice CLXXXVIII. descripti sunt.

Scholia antiqua accedunt, a Rhoso eodem ex codicibus aliis Bessarionis sumpta, magna ea quidem copia; non tamen omnia, quæ ii suppeditabant, adiecta. Horum præstantia quanta sit, quam multa scriptorum veterum, præsertim etiam deperditorum, fragmenta contineant, quantopere ad Græcorum adagia cognoscenda conducant, ex editis a Bandinio, Fischero, Ruhnkenio, Harlesio, Siebenkeesio, ac a me quoque, plane constat. Et ab Harlesio quidem exhibita in nova Bibliothecæ Græcæ Fabricii editione T. II. p. XV. 406. 429. 433. 444. 449, ex hoc ipso codice, itidemque ex alio n. CLXXXIX. notato, per Io. Philippum Siebenkeesium Philosophiæ Professorem Altorfinum anno 1783. descripta sunt, & viro illi eruditissimo tradita. Siebenkeesius autem cum Scholia multo plura ex iisdem codicibus duobus, necnon ex alio bibliothecæ Angelicæ, quæ Romæ est, descripsisset, neque præ morte evulgare potuisset, ea cum aliis Anecdotis ex Italicis bibliothecis sumptis, quæ is post se reliquerat, typis dedit Io. Adam Goezius Norimbergæ an. 1798. Idem Scholiorum apparatus locupletissimus, qui in codicibus Marcianis, ex Vindobonensibus, Laurentianis, Parisiensi, Augustano, Vaticano, bibliothecæ Angelicæ, Cæsenatensi, aliisque confici & augeri potest. Ea Muretus tanti fecit, ut ex codice Farnesiano exemplari Platonis suo, Basileæ impresso, adscriberet; uti Winchelmannus testatur (*Histoire de l'Art trad. par Huber T. II. p. 355.*). Ut vero in codice Cæsenatensi Holstenius ipsa legit, egregia appellavit (*Muccioli Catalog. Codd. MSS. Cæsenat. T. I. p. 17.*); deinde valde erudita dixit, cum in Laurentiano a-

liis-

liisque reperisset (*apud Lilienthal Select. Litter. T. I. pag. 112.*). Magno itaque Platoni litterisque Græcis bono eorum omnium editionem paraverat Daniel Ruhnkenius, vir eruditissimus, atque ad rem maxime omnium idoneus; cui id petenti ex codicibus quoque Marcianis me pro otio Scholia nonnulla mittere memini. Factam postea editionem, anno 1800, Lugduni Batavorum, novi, exemplar eius tamen necdum vidi.

Alcinoi Introductio in lectionem Platonis præfixa est, cuius textus in locis observatione dignis Aldinæ editionis lectionem ut plurimum servat: ordine quoque illi respondet, atque adeo Caput XXXII. περὶ φιλίας eodem loco utrobique est.

Præter Plutarchum de Animæ procreatione quæ in Timæo Platonis describitur, accedit

Timæi Locri de Anima mundi libellus ex codice DXVII. descriptus.

Ad Cod. CLXXXV. membr. in fol. Sæc. XII. — P.

Platonis Dialogi aliquot, adiecto Timaeo Locro de anima mundi.

Ad scripta Platonis emaculanda codicem prodesse argumento sunt variæ lectiones ex eo, quoad Alcibiadem utrumque, a Carolo Nürnbergero Baruthino V. C. in editione Lipsiensi an. 1796. prolatæ; qui & Parmenidem deque Republica Dialogos denuo si dabit, res adhuc compertior fiet.

Scholia partim manu eadem qua textus, partim recentiore

tiore adscripta sunt; immo vero etiam emendatius quam in codice superiore, licet minori copia.

Cod. CLXXXVI. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Platonis Dialogi omnes, exceptis de Republica & de Legibus, adiecto **Timaeo Locro** de anima mundi.

Ad initium Indices Græci tres sunt operum *Plutarchi*, non eadem manu qua codex totus, sed plane synchrona, scripti; quos a Io. Philippo Siebenkeesio Norimbergensi acceptos Harlesius V. C. in nova Bibliothecæ Græcæ Fabricii editione protulit T. V. p. *167.* non tamen sine defectibus erroribusque, a Siebenkeesii, uti videtur, in exscribendo festinatione ortis; quibus etiam vitia typographica accessere.

Primus quæ supersunt opera denotat, non tamen omnia. In editione post *περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως*, hæc, quæ codex habet, omissa sunt, *περὶ ἀοργησίας· περὶ πολυπραγμοσύνης. περὶ εὐθυμίας.*

Ante Indicem secundum hæc sunt *Ταῦτα πάντα εὑρέθησαν* (non *ἀρεθήσεις*, ut in editione), *καὶ αἱ συνόψεις τῶν κατωτέρω σημειωθέντων τῷδε τῷ σημείῳ* σ (non *θ*, ut in editione). Hoc tamen signum nullibi adest. Index, Vitis parallelis demptis, idem ut plurimum est qui **Lampriae** tribui consuevit: attamen cum quoad titulos, tum quoad ordinem, a communi textu identidem discedit, ac præsertim auctior illo est, & ad operum Plutarcheorum cognitionem egregie facit. Quibusnam is differentiis in codice hoc sit, itidemque in alio Marciano n. CCXLVIII. notato, ad Danielem Wyt-

ten-

tenbachium V. C. scripsi ; qui opera Plutarchi moralia scite recognita & luculentissime illustrata typis Oxoniensibus denuo in lucem dum profert, & ipsum a se expolitum dabit. Siebenkeesii autem apographum haud satis accurate sumptum fuisse, ex hisce potissimum differentiis cognosci potest. Post Ἡσιόδου βίος addendum Πινδάρου βίος : pro Ἐμπεδόκλεως legendum Ἐμπεδοκλέους : pro ἐπιχειρησίας leg. ἐπιχειρήσεως : post μύθων βιβλία γ' addendum περὶ ψυχῆς εἰσαγωγῆς βιβλία γ'. περὶ αἰσθήσεως βιβλία γ', ἐκλογαὶ φιλοσόφων βιβλία β'.

Index tertius operum moralium Plutarchi est, quæ vetere quodam codice continebantur, cum eorum initiis.

Accedit Index operum *Aristotelis*, ac Divisio operum *Platonis* iuxta Thrasyllum, a Diogene Laertio exhibita.

Platonis textus maxima ex parte de codice CLXXXIX. sumptus est; ac proinde Convivii, Gorgiæ, & Phædonis loca in eo erasa librarius prætermisit : at Bessario ea postea adiecit; qui idem cum textum totum, varia manu exaratum, recensuerit, & glossas atque annotationes passim adscripserit, hoc præsertim codice ad Platonis philosophiam addiscendam usus fuisse videtur.

Scholia tum manu eadem textus, tum alia accedunt ; quorum nonnulla in ceteris codicibus Marcianis minime sunt.

Cod.

Cod. CLXXXVIII. chartac. in 4. Saec. XIV. — V.

PLATONIS de Legibus, Dialogi quatuor eidem tributi, nempe Demodochus, Sisyphus, Alcyon, Eryxias, sive Erasistratus, & Epistolae.

IN Dialogis de Legibus lectiones infrequentes, tum textui insertae, tum in margine adiectae, passim occurrunt. Sic ad initium Dialogi primi pro παρὰ μὲν ἡμῖν, est παρὰ μὲν ὑμῖν, quemadmodum Henrico Stephano placebat; recentior tamen manus ἡμῖν pro ὑμῖν posuit. In Dialogo sexto, T. II. p. 783. b. edit. Henr. Steph. ad ea verba τῶν παίδων δὴ γενέσιν &c. in textu exarata, adscripsit librarius ἐν τισι τῶν ἀντιγράφων ταῦτα οὐ φέρεται, ἀπὸ Τῶν παίδων, μέχρι τῷ Διακελεύῃ. Καλῶς.

Dialogis iisdem SCHOLIA adiecta sunt, ex quibus non parum codicis pretium auxit, cum raro admodum ea reperire liceat. Id ab eruditissimo Ruhnkenio didici, cui quae olim imbres non delevere nisi pro locupletissima sua Scholiorum in Platonem editione. Horum attamen plura apud Apollodorum, Harpocrationem, Pollucem, Suidam, ad litteram esse video.

Epistolae & ipsae varietates lectionis multas, potissimum in margine coniectas habent; quarum haud exiguam partem Ficini interpretatio confirmat. Scholia in codice hoc, aeque ac in superiore adscripta, sunt eadem cum Laurentianis a Bandinio denotatis (*T. III. p.* 265.); si quidem ex uno ab eo edito indicium recte sumere licet.

Cod.

Cod. CLXXXIX. chart. in fol. Sæc. circ. XII. — P.

PLATONIS Dialogi, exceptis de Republica & de Legibus.

TEXTUS quomodo se habeat, variæ eius in Ione lectiones declarant; quas, a me acceptas, Marcus Guillelmus Müllerus in editione Dialogi illius Hamburgensi an. 1782. protulit. Bonas equidem illas fere omnes, nec tamen vulgatis multo meliores, aut momento præcipuas, recte, pro eximio acumine suo, reputavit auctor Bibliothecæ Criticæ Amstelodamensis P. VII. p. 132. Si quis de lectionibus aliis variis codicis totius idem censeat, is a veritate facile non aberret. De exemplari tamen admodum vetere, tum ex indiciis aliis, tum ex ὅπα ubique adscripto, manasse hoc videtur.

In Convivio loca quædam erasa videre est, in quibus aut impudicum amorem, aut fati vim, aut simile quidpiam Platonem probasse audax quidam reprehensor putavit. Sic nimirum est. T. III. p. 178. b. edit. Henrici Stephani: τίμιον, ἦ δ' ὅς, . . . πρεσβύτατος δὲ ὤν. Pag. 180. d. ἡ μέν γέ πυ πρεσβυτέρα . . . ἣν δὴ καὶ ὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ νεωτέρα . . . ἣν δὴ πάνδημον καλῦμεν. Pag. 181. c. ἡ τῆς ἑτέρας . . . ὁ δὲ τῆς ὐρανίας . . . ἔστιν ὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως. Pag. 195. c. ὡς ἔρως . . . ἀρχαιότατός ἐστιν. ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν καὶ ἀεὶ νέον . . . νέος μὲν ὖν ἐστι. Pag. 197. b. αἴσχει γὰρ ὐκ ἔνεστι ἔρως . . . ὕτως ἐμοὶ δοκεῖ. In Gorgia itidem T. I. p. 523. a. ἃ μέλλω λέγειν . . . ἦν γὰρ νόμος ὅδε. Pag. 523. b. τύτων δὲ δικασταὶ . . . ζῶντες ἦσαν. Et in Phædone, abrasis de animarum transmigratione in be-

stiarum corpora dictis, T. I. p. 81. c. *Ἐνδύνται δὲ, ὥσπερ εἰκὸς . . . ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ.*

Scholia uberrime adiecta sunt, quæ iam reperiri solent, in codicem CLXXXIV. ex hoc translata; quorum nonnulla, a Siebenkeesio exscripta, Harlesium edidisse supra dixi.

Ad initium est Vita Platonis ex Diogene Laertio, necnon Albini in Platonem Introductio.

Pag. 292. t. sine ullo titulo exstat Leonis Sapientis Imp. Vaticinium de restitutione Constantinopolis, emendatius quam in editionibus.

Carmina Pythagorica aurea initio libri sunt, inter quæ post undequadragesimum duo ea desunt *Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο*, &c. *Εὖ μάλα ποιπνύειν* &c. quæ sæculi XIV. manus in margine adscripsit, a codicibus autem Marcianis fere omnibus absunt. De iisdem velut iniectitiis, licet sint a Porphyrio allata in Vita Pythagoræ p. 41. edit. Kusteri, Eberhardus Gottlob Glandorfius disserit in nova poematis editione, cum Sententiosis Gnomicorum poetarum Carminibus Lipsiæ ann. 1776. impressis T. I. p. 15.

Cod. CXC. membr. in fol. Sæc. XV. — V.

Procli Commentarium in Platonis Timæum hoc in codice describi, Timaei Locri libello præmisso, Bessario curavit Georgii Presbyteri Cretensis manu, quam codex proxime sequens ostendit. Imperfectum, ut in editione Basileensi anni 1534, opus est: Bessario itaque ipse, qui codicem totum annotatiunculis, ad argumenta commonstranda, re-

repleverat, in fine adscripsit Ἐντὸς τῶν προκειμένων εὕρηται τὰ εἰς Τίμαιον τοῦ Πρόκλου. εἰ δὲ καὶ τὰ ἑπόμενα ἐξηγῆται, ἄδηλον. Habet equidem textus lacunas, in editione conspicuas, quas ex archetypo, unde codices superstites fortasse omnes sumpti sunt, simul manasse apparet: non tamen tot etiam erroribus cum ea scatet, immo vero suam ut plurimum sinceritatem servat. Locus ad initium libri tertii hiulcus se se mihi nunc offert pag. 139. lin. 28. editionis, ubi post ea verba ὥσπερ ὅταν τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος διελόμενος, καὶ τὰ εἰδικωτέραν ἔχοντα τάξιν, iuxta codicem hunc Marcianosque alios hæc addenda ἀπὸ τῶν ὑλικωτέραν φύσιν λαχόντων, ἐπισκέπτηται τοὺς μὲν ὑπὲρ τὸ σωματοειδὲς, καὶ ποίαν ἴσχει τάξιν.

Ex Procli Commentario in Alcibiadem priorem Platonis non quidquid in codice DXCII. Marciano aliisque superest, sed modica tantummodo eius pars accedit.

Epigrammata duo ad initium sunt, alterum Bessarionis epitaphium in se Græce scriptum, a Theodoro Gaza Latine redditum: alterum Gazae in Bessarionis laudem Latine factum. Utrumque est a Bandinio editum (posterius tamen non sine mendis) in Catalogo Codd. MSS. Laurent. T. II. p. 153.

Cod. CXCI. membran. in fol.
Sæc. XV. — V.

PROCLI Commentarius in Parmenidem Platonis, cuius initium Εὔχομαι τοῖς θεοῖς &c. cum DAMASCII continuatione, sic est in codice hoc, ut in exemplo de eo sumpto anno 1561. manu Cornelii Murmurii Naupliensis, Sebastiani Erizzi Patricii Veneti cura; quod in bibliotheca Cæsaris Vindobonensi asservatum Lambecius demonstrat Lib. VII. num. XVIII. Fragmenta eius tum ab aliis, tum a Guillelmo Thompson allata sunt, ad Parmenidem an. 1728. Oxonii impressum: id non tamen is fecit codice Marciano usus, ut Harlesius scripsit ad Bibl. Gr. Fabricii T. III. p. 79: bene vero Carolus Nürnbergerus Baruthinus, vir eruditus, anno 1790. eundem accurate tractavit, & ad Harlesium retulit.

HERMIAE AMMONII Commentarium in Platonis Phædrum *præstantissimum opus, & paucis pervium, nisi qui se penitus in Platonis arcana penetrarint*, Holstenius dixerat in Catalogo Codicum bibliothecæ Laurentianæ, apud me manuscripto, qui edito a Lilienthalio, inter Selecta Historica & Litteraria T. I. p. 85, alicubi plenior est. Eius nonnisi fragmenta a variis edita sunt, quæ Harlesius lib. cit. p. 82. demonstrat: iis vero alia addenda, allata a Gesnero ad Orpheum p. 405. a R. M. Van Goëns ad Porphyrium de Antro Nympharum passim, a Routh ad Euthydemum Platonis p. 368. 570. & a Carolo Rosino Herculanensium Voluminum T. I. p. 60. Opus totum ex codice S. Ioannis de Carbonaria Baffius, ex hoc Veneto Siebenkeesius, qui anno 1789. illud exscripserat, proferre volebant: neuter id tamen ef-

effecit. Est liber, bonæ notæ a me deprehensus, a Georgio Presbytero Cretense exaratus, hoc addito disticho

Κρητὸς ἱρῆος ὅδε πλήρωται Γεωργίου ἆθλος
Βησσαρίων' ἀγλαῷ καρδινάλ' ἐμοῖο κυρίῳ.

Quoad initium saltem & finem codici Laurentiano respondet, quem Ioannes Rhosus Cretensis anno 1490, Laurentii Medicei iussu, scripsit, & Bandinius in Indice retulit T. III. p. 290; non tamen prooemia duo iuxta duos codices Laurentianos obiiciens, quos affert Sanctaerucius in Dissertatione de hoc Hermiæ Commentario (*Magasin Encyclopedique Ann. III. T. III. p. 22.*). In codice Veneto Procemium inc. Ὁ Σωκράτης ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους &c. Commentarius inc. Ὅτι περὶ τοῦ παντοδαποῦ καλοῦ ὁ σκοπὸς &c. Huius porro codicis apographum anno 1561. sumptum in codice Parisiensi n. 1826. notato exstat. Hermiæ commentarium apud Ioannem Vincentium Pinellium, virum litterarum peritia ac patrocinio clarissimum, legit Melchior Guilandinus, laudavitque in libro de Papyro p. 215. ed. Venet. an. 1572.

Ad Cod. CXCII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

PROCLI libri in Platonis Theologiam ex codice hoc, anno 1562, manu Nicolai Turrisani descripti sunt in codice Parisiensi 1828, ut ex Indice impresso constat.

EIUSDEM Institutionem Theologicam a Francisco Patricio Latine redditam, an. 1583. Ferrariæ impressam, *iuxta antiquissimum Græcum Codicem* Maximus Margunius Cytherensis Episcopus, vir non vulgaris inter suos eruditionis, in exemplari bibliothecæ Marcianæ emendavit.

Hieroclis Commentarius in Carmina Pythagorica, ingeniis criticis exercendis adhuc opportunus, multis in locis hoc in codice ab editionibus præcipuis recedit; in quibus cum versione Ioannis Aurispæ sæpe convenit, ac interdum etiam cum codice Laurentiano præstantissimo.

De varietate codicis Marciani collati cum editione Londinensi Warrekii an. 1742. indicium profero.

	Edit.	*MS.*
Pag. 14. l. ult.	ἀλλὰ καὶ τοῦτο	ἀλλὰ καὶ τὸ
—— 16. l. 2.	ἐπὶ τὸν δημιουργὸν	ἐπὶ τὸν δημιουργὸν μόνον
——— l. 12.	αὐτοὺς ὄντας εἰκόνας	αὐτοὺς εἰκόνας ὄντας
—— 20. l. 7.	καὶ ἧττον. τῷ μὲν	καὶ ἧττον. ὃ τῷ μὲν
—— 26. l. 1.	ἀνθρωπίναις μᾶλλον περιστάσεσι	ἀνθρωπίναις περιστάσεσι μᾶλλον
—— 32. l. 7.	πρὸς τὸ εἶναι	πρὸς τὸ εὖ εἶναι
—— 66. l. 18.	τὸ κοινὸν ἀγαθὸν	τὸ κοινωνικὸν ἀγαθὸν
—— 78. l. 18.	λογικῆς οὐσίας	λογικῆς ψυχῆς
—— 86. l. 12.	τελειοτάτης οὔσης πασῶν ἀρετῶν, καὶ περιεκτικῆς τῶν ἄλλων	τελειοτάτης οὔσης, καὶ διὰ πασῶν ἀρετῆς περιεκτικῆς τῶν ἄλλων
—— 310. l. 10.	διὰ τῆς πρὸς τὸν ὀρθὸν λόγον ἑνώσεως	διὰ τῆς τῶν ὀρθῶν λόγων ἑνώσεως
——— l. 12.	κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ	desunt
—— 312. l. 4.	ὑπερέχων τῶν μὲν	ὑπερέχων μὲν τῶν

Ad

Ad Cod. CXCIV. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

Anonymi Commentarius in quatuor priores libros Aristotelis de Physica auscultatione excerptis ad litteram e Simplicio constat, paucis ad initium immutatis.

Ad Cod. CXCVII. chartac. in fol.
Sæc. XV. — V.

Olympiodori Commentarii in Platonis Gorgiam, Alcibiadem priorem, Phædonem & Philebum manu Angeli Vergetii, librarii illius elegantissimi, an. 1535. ex codice hoc in Parisiensi n. 1822. notato descripti exstant. Eos quoque in Cæsareo Vindobonensi, Sebastiani Erizzi Patricii Veneti cura, iuxta hoc ipsum exemplar Marcianum scriptos fuisse, quæ Lambecius de eo Lib. VII. n. XX. prodit omnino suadent. Quin etiam Erizzus ipsemet commentarium in Gorgiam vel ex hoc, vel ex superiore codice, qui multo antiquior quidem est, at in fine mutilus, descripsisse videtur in codice alio Vindobonensi, a Lambecio sub n. XXI. relato, in quo de Olympiodoro distichon est, ad initium utriusque codicis Veneti itidem positum

Οὐλύμπιον δώρημα πεμφθεὶς τῷ βίῳ,
Χρυσὴν Ἀλεξάνδρειαν ἴσχεις πατρίδα.

Ex hisce Commentariis fragmenta multa variorum studio prodiere, quæ Fischerus denotat in prolegomenis ad Platonis Eutyphronem, Apologiam Socratis, Critonem, ac Phædonem editionis Lipsiensis an. 1783. p. 208. & 228; iis quæ in Phædonem sunt exhibitis. Vita Platonis ex initio com-

mentarii in Alcibiadem a Merico Casaubono, Etwallo, atque Fischero edita est; ac Præfatio quoque in Gorgiam, cum fragmentis aliis a Routh in editione Gorgiæ Oxoniensi anni 1782. Commentarius in Phædonem utroque in codice Mareiano ad initium eodem defectu paginarum sex ac viginti, iuxta librarii annotationem in Indice impresso editam, laborat, quo etiam codices alii superstites, fere omnes a Barone de Sainte-Croix relati in Dissertatione de Olympiodoro (*Magasin Encyclopedique Ann. III. T. I. p. 195.*). *Utinam vero*, cum eruditissimo Ruhnkenio inquam, *Procli, Hermiæ, & Olympiodori, fanaticorum interpretum, iactura, Longini libros in Platonem redimere liceret!* (Dissert. de Longino §. *6.*).

Cod. CXCVIII. membr. in fol. *Sæc. XV.* — V.

BESSARIONIS Cardinalis contra Calumniatorem Platonis (Georgium Trapezuntium) Libri IV. Correctio interpretationis librorum Platonis de Legibus a Trapezuntio factæ. De natura & arte, contra eundem Trapezuntium.

BESSARIONIS iussu conscriptus hic est, manu eadem qua etiam codex CXCI, nimirum Georgii Presbyteri Cretensis; & libros eosdem adversus Georgium Trapezuntium continet, qui Latine iam impressi sunt. Ad initium ANDRONICI (CALLISTI) BYZANTINI Versus hexametri undequinquaginta sunt in laudem Bessarionis ob editos pro Platone libros. Inc. Αἰγλήεις παράδεισος μουσῶν ἀγλαὸν ἄλσος &c. Extant

stant vero etiam in codicibus Laurentianis duobus, apud Bandinium T. II. p. 92. 96. & aliis.

Codex qui proxime sequitur, a Bessarione variisque eius librariis exaratus, ad primam operis scriptionem pertinet; quam ipse postea secundis curis ad meliorem formam redegit, ut in codice superiore est.

Cod. CC. membr. in fol. Sæc. XV. — V.

ARISTOTELIS Opera omnia, Logicis exceptis, a Ioanne Rhoso hoc volumine splendide conscribi Bessario curavit, ad fidem etiam exemplarium quorundam suorum. Quoad Historiam animalium id factum probe cognovi; sumpta quippe ea est ex codice CCVIII, eodem librorum ordine servato, at iis quæ librum decimum efficere solent ex alio transcriptis. Rhetoricorum libri ex codice CCXV. descripti sunt, eadem quodammodo divisione retenta. Libri de Poetica varias lectiones, quas a me acceperat, vir litteris Græcis mirifice instructus, Thomas Burgess eidem a Thoma Tyrwhitt recensito atque illustrato adiecit in editione Oxoniensi an. 1794; ex quibus codicem Marcianum cum Laurentiano XVI. plutei LX, cuius varias lectiones Winstanleius in editione Oxoniensi an. 1780. protulit, magnopere convenire nemo non videre potest.

Bessarionis codices in Aristotelis libris interpretandis adhibitos fuisse ab Hermolao Barbaro & Nicolao Leonico Thomæo, præcipuis eius philosophiæ apud nos instauratoribus, Petrus Ioannes Olivarius Valentinus tradit in præfatione ad Porphyrii Isagogen, Parisiis an. 1538. impressam.

Iisdem, quos *certissimæ fidei summæque* vetustatis appellat,

lat, in Libro de Mundo Latine vertendo, Andrea Naugerio bibliothecæ præfecto favente, usum se fuisse profitetur Petrus Alcyonius, cum librum illum aliosque Aristotelis nonnullos ex Latina interpretatione sua anno 1521. Venetiis emitteret.

Cod. CCII. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

IOANNIS PHILOPONI Commentarius in Isagogen Porphyrii. Prolegomenon inc. Καὶ τὰ πρὸς ὠφέλειαν ἐ μόνον τῶν οἰκείων μαθητῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν περὶ λόγες ἐσπεδακότων &c. Commentarius inc. Τῶν καθόλε πραγμάτων ἐρασταὶ ὄντες οἱ φιλόσοφοι καὶ τὰς ταῦτα σημαινέσας λέξεις προτάττεσι τῶν λοιπῶν &c. Operis inediti auctorem non ex codice hoc, qui lacerus ad initium est, sed ex Matritensi cognovi, ab Iriarte relato p. 137.

Eiusdem Commentarius in Aristotelis Categorias. Prolegomenon inc. Καθάπερ ἀρχόμενοι τῶν εἰσαγωγῶν &c. Commentarius inc. Αἱ ψυχαὶ μὲν ἡμέτεραι γυμναὶ ἔσαι &c. *Olympiodorus* auctor inscribitur, vitio tamen librarii, qui Philoponum denotare debebat, ut in codice Laurentiano est apud Bandinium T. III. p. 3. Opus in editionibus sub Ammonii nomine apparet, quod a Philopono, æque ac eiusdem commentarii alii quidam, ἐκ τῶν συνεσιῶν Ἀμμωνίε, confectum sit. Editiones Aldinæ duæ an. 1503. & an. 1546, nec non Veneta an. 1545, a me collatæ, rem compertam faciunt. Bessario tamen in annotatione ad initium posita, & in Indice impresso vulgata, neutrum commentarium ab Ammonio, vel a Philopono prodiisse affirmat, sed ab alio iuniore quodam, qui ex utroque doctrinam omnem hauserit.

ARI-

Aristotelis Categoriæ, præmissa Porphyrii Isagoge.

Pselli Expositio in Aristotelem de Interpretatione. *Τοῦ ὑπερτίμου ἐκείνου τοῦ Ψελλοῦ* in codice dicitur; eademque velut Michaelis Pselli edita ab Aldo est an. 1503. cum Ammonii & Magentini in eundem librum commentariis, ac postmodum Latine alibi est impressa. Constantinum Psellum eius auctorem facit Codex Marcianus DXCIX, itidemque Laurentianus apud Bandinium T. I. p. 493. At Michaelem unum eundemque cum Constantino esse recte fortasse putat Cangius in Glossario p. 1637. Aristotelis textus de Interpretatione sequitur.

Aristotelis Analytica Priora & Posteriora.

Scholia in Analytica, manu eadem, qua codex totus, uberrime adiecta sunt, quorum magna pars auctoris indicio caret; quidam vero *τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων*, vel *τοῦ ὑπάτου Ἰωάννου* nomen præferunt, quemadmodum etiam in codice Coisliniano CCCXXIII; in quo cum alia quædam *Ioannis Pediasimi*, eadem appellatione nuncupati, exstent, Scholia quoque hæc eidem tribuenda esse videntur potius, quam *Ioanni Italo*, qui & ipse, ex Annæ Comnenæ testimonio (*Lib. V. p.* 145.) eadem appellatione gaudebat.

Theodori Prodromi & Leonis Magentini Expositio in postremum posteriorum Analyticorum librum. Inc. *Οὔτε τῆς Ἀριστοτέλους μεγαλονοίας* &c. Nonnisi ad Caput secundum pertingit.

Ad

Ad Cod. CCIII. chartac. in 4. Sæc. XIII. — V.

Post Aristotelis Opera varia sequitur Georgii Pachymeræ Index inscriptus *Τοῦ Παχυμέρη πίναξ τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ*. Idem, manu sæculi XIV. exaratus, duplex est. Priore Aristotelis Opera titulis duodecim comprehensa numerantur: sub unoquoque titulo quæ eiusdem fere generis sunt, & Aristoteli communi consensu adiudicantur, apparent: sectiones etiam operum in libros & capita præcipua denotantur. Posteriore Aristotelis librorum Interpretes relati sunt. Inter hos: *In Rhetoricam Metrophanes*, *Nicolaus*, *Geometres*, *Paulus*, *Athanasius*, *Hermagoras*, *Porphyrius*, *Georgius ὁ διαιρέτης*, *Syrianus*, *Phœbammon*, *Troilus*.

Cod. CCVI. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

Aristotelis De Naturali Auscultatione Libri VIII. De Cœlo Libri IV. De Generatione Libri II. Meteorologicorum Libri IV. De Animalium incessu. De Anima Libri III. Metaphysicorum Libri XIV. & Parva Naturalia.

Metaphysicorum libros ad fidem codicis CCXI. Bessario recensuit, annotationibusque in margine replevit.

De scriptura codicis hæc pag. 165. sunt *Ἐτελειώθη ἐν Ῥώμῃ ποινηλατουμένῳ μοι καὶ αὐτῷ Ἀπριλίῳ ιά. ἔτει ,ϛ ϡ οε'. πατρὶς δέ μοι Λακεδαίμων, ἡ πάλαι ποτὲ μὲν εὐδαίμων, νῦν δὲ μάλιστα κακοδαίμων*. *Completus est liber Romæ a me furiis agitato, mense Aprili, anno* 6975. (Chr. 1467.). *Patria vero mihi Lacedæmon, olim quidem felix, nunc maxime infelix.*

lix. De fine autem imposito scriptioni librorum De Auscultatione Naturali Romæ mense Ianuario eiusdem anni librarius idem annotationem pag. *67*. adiecit, ac præterea Bessarionem, quod Græcis egenis in codicibus exscribendis dum utebatur, iis opem ferret, carmine laudavit, nomenque suum prodidit; ita nimirum:

Βησσαρίων κλέος οὐρανόμηκες ὃς ἴσχ' ἐπίγειος,
Ἄλκαρ ἐὼν μέγα τληπαθέων ἀχέων Ἑλλήνων,
Τὴν δ' ἄκος ἄθλα δέλτον Ἀριστοτέλους σοφίης
Τεῦξεν ἀριπρεπέως ξὺν ὅπα πλεῖσαις θεὶς ἄθλα.
Χαριτώνυμος Ἑρμώνυμος

Charitonymi Hermonymi scripta nonnulla refert Boernerus De doctis Græcis &c. p. 197. quocum ego, adversus Allatium & Hodium, sentio, dum Lacedæmonem illum a Georgio Hermonymo itidem Lacedæmone, qui litteras Græcas Parisiis publice tradidit, alium esse putat. Charitonymus Monodiam scripsit in funere Georgii Gemisti Plethonis, qui medio circiter sæculo XV. obiit: Georgium anno 1534. in Academia Parisiensi adhuc florentem obiicit Iacobus Faber Stapulensis in epistola nuncupatoria commentarii in Sphæram Ioannis de Sacrobosco, anno eodem Parisiis impressi. Non bene itaque tempora hæc in unum eundemque Hermonymum cadunt. Nunc vero primum Charitonymus Bessarioni librarii operam præstitisse apparet.

Cod. CCVIII. chartac. in 4. Sæc. XII. — P.

Aristotelis de Historia Animalium Libri IX.

Libri eodem ordine insunt, quo in codicibus manuscriptis reperiri solent; scilicet post sextum sequuntur qui octavus, nonus, septimus in editionibus sunt. Quæ de genera-

ratione hominis in editionibus Scaligeri, Duvallii, aliorumque librum decimum conficiunt, omnino desunt. Licet ea in codicibus CC. & CCVII. aliunde sumpta accesserint; sunt ii tamen codices iuxta hoc exemplar descripti. Indolem textus agnoscere licet ex variis lectionibus codicis Laurentiani a D. Camus in luculenta editione an. 1783. allatis; quas, eodem Camus petente, pro editione altera ab eo parata, cum codicem Marcianum expenderem, tanta consensione in eo esse deprehendi, ut Laurentianum de hoc exscriptum esse aperte cognoverim. Ac illud equidem compertum iam est, Senatum Venetum Laurentio Mediceo, auctorum veterum cupidissimo, codicum Bessarionis copiam facere consuevisse, teste Angelo Politiano, cuius hæc ad Georgium Merulam verba sunt: *Tu quidem ad me libros misisti nullos, ac si qui Florentiam Venetiis allati sunt, eorum copiam Senatus Venetus Laurentio nostro Medici semper fecit* (*Epistol. Lib. XI. Oper. T. I. p.* 318. *ed. Lugd.* 1546.). Itaque inter codices Laurentianos nonnulli exstant, Venetiis anno 1491. manu Ioannis Rhosi presbyteri Cretensis, Laurentii etiam ære, descripti, a Baudinio in Catalogo relati. Vide T. III. p. XIV. Præfationis.

Codicem hunc accurate expendisse, eiusque auctoritate locis editionis a se factæ in controversiam a criticis viris præsertim adductis fidem adstruisse D. Camus in peculiari de Codice ipso Commentatione, impressa tomo V. collectionis inscriptæ *Notices & Extraits des Manuscrits de la Bibliotheque Nationale &c. Paris* 1800. *in* 4, ex opere inscripto *Magasin Encyclopedique An. V. T. VI. p.* 364, postquam superiora scripseram, deprehendo.

Ad

Ad Cod. CCXI. chartac. in 8.
Sæc. XIII. — V.

ORDO librorum XIV. Metaphysicorum ARISTOTELIS idem est, quem Bessario in Latina interpretatione, ad hoc potissimum exemplar elaborata, servavit: *quam, sicubi hærerem, velut oraculum adii: quod ipsum & Morelius ante me in undecimi libri editione fecerat*, inquit Sylburgius in præfat. ad Arist. Metaph. ed. Francf. 1585.

Ad Cod. CCXIV. membran. in fol.
Sæc. XII. — V.

HUNC præ ceteris codicibus Marcianis consultum fuisse video a Dionysio Lambino, tum cum Venetiis degeret, pro accuratissima sua librorum ARISTOTELIS Ethicorum versione Latina: ad quem provocat in Scholiis pag. 295. 306. 311. 318. 336. 340. 369. 376. 435. editionis Venetæ an. 1558. in 8.

Ad Cod. CCXV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

IN ARISTOTELIS de Arte Rhetorica libris tribus lectiones novitate insignes codex minime offert. Horum primus cum Capite IX. textus vulgati desinit. Liber secundus incipit a Capite X, hac annotatione in margine posita *Κατὰ Λατίνους ἔτι καὶ ταῦτα τῷ α' βιβλίῳ εἰσίν*: desinit vero cum Capite ultimo libri primi textus vulgati. Liber tertius incipit

cum

cum initio secundi iuxta vulgatum textum, hac annotatione adiecta Κατὰ Λατίνους ἐντεῦθεν ἄρχεται τὸ δεύτερον βιβλίον. Liber idem, absque ulla distinctione, secundum atque tertium vulgati textus complectitur; hac tamen annotatione ad prima libri tertii verba Ἐντεῦθεν ἄρχονται Λατῖνοι τὸ τρίτον τῶν ῥητορικῶν Ἀριστοτέλους βιβλίων. Hanc eandem sectionem codex Laurentianus apud Bandinium T. II. p. 88. habere videtur.

In libro ARISTOTELIS de Poetica variæ lectiones codicis Laurentiani XIV. Plutei XXXI, quas evulgavit Winstanleius, omnino sunt.

Cod. CCXVII. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

AMMONII Commentarius in Aristotelis Categorias. Inc. Αἱ ψυχαὶ αἱ ἡμέτεραι γυμναὶ μὲν ἔσαι τῶν σωμάτων &c. ut in editione Aldina an. 1546. p. 14. Hunc Olympiodoro tribuit Codex CII; perperam tamen, cum ex iis quæ de codice illo scripsi IOANNI PHILOPONO idem potius tribuendus videatur. Aristotelis Vita præcedit, cum Commentario ipso iam evulgata.

Cod. CCXVIII. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

ARISTOTELIS Prædicamentorum Paraphrasis, sine nomine auctoris, quæ inc. Τῶν ὄντων τὰ μὲν ταυτώνυμα &c. SOPHONIAE Monacho tribui solet, prout etiam erat in codicibus 78. & 251. Collegii Claromontani Societatis Iesu, relatis in Catalogo an. 1764. Parisiis impresso.

Se-

Sequuntur Paraphrases, itidem sine auctoris nomine, in Moralium Librum XI, Physicorum Librum I. Cap. 2. & seq. ac Metaphysicorum Librum X. eaeque Georgii Pachymerae sunt, ex Latina interpretatione typis editae. Harum initium Τὰ μὲν θεωρητικὰ &c. Ο' μὲν ἐν Πλάτων &c. Μετὰ τὴν τῶν φυσικῶν διδασκαλίαν &c.

Ad Cod. CCXX. chartac. in 4.
Saec. XIV. – V.

In libros quatuor priores Aristotelis de Physico auditu, praemisso Simplicii prologo, sequitur Commentarius ex Ioannis Philoponi excerptis contextus: in libros quatuor posteriores Simplicii Expositio accedit.

Cod. CCXXI. chartac. in fol.
Saec. XV. – V.

Simplicii Commentarius in Aristotelis libros de Caelo. Deest Prologus.

Georgii Arateris Gretensis manu scriptum codicem fuisse hi versus denotant, duobus prioribus Simplicii libris adiecti

Πραγματείης διττῆς λάβε Σιμπλικίοιο ἀοιδὴ
Οὐρανίοιο πέρι πλήρωσιν Ἀριστοτέλους γε
Χειρὶ Γεωργίε Ἀρατῆρος, ὃν ἤγετο Κρήτη.

Ad Cod. CCXXII. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

SIMPLICII Commentarius in Aristotelis libros de Anima mutilus est, ut in editione Aldina an. 1527.

Ad Cod. CCXXIII. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

COMMENTARIUS in libros duos priores Aristotelis de Anima, in Indice impresso Anonymo adscriptus, quod auctoris nomen in codice desit, IOANNIS PHILOPONI est, initio ab editione parum differenti.

Cod. CCXXV. membran. in 4. Sæc. XIII. — V.

AMMONII Commentarius in quinque Voces Porphyrii. Inc. Πάντα τὰ ὄντα &c. ut in edito textu, neque tamen, nisi cum magna differentia, procedit, desinitque οὐχ ὁμοίως δὲ μέλανες, ἢ λευκοί, ut in codice Laurentiano (*Bandini Catal. T. III. p. 3.*), & Marciano alio, post impressum Codicum Indicem adepto.

EUSTRATII Presbyteri Hierosolymitani Scholion in philosophiæ definitionem a Platone universim traditam. Inc. Τοῦτό ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἓν λεγόμενον, ὃ μὴ ὑπάρχει &c. Ut in codice Laurentiano apud Bandinium T. I. p. 493. n. VI.

SIMPLICII Commentarius in Aristotelis Prædicamenta.

IOAN-

IOANNIS PHILOPONI Commentarius in Analytica priora & posteriora Aristotelis. Qui in posteriora est textum habet pleniorem, quam codices alii quidam, continetque etiam additamenta in Aldinis editionibus an. 1504. & 1534. vulgata. Scholia etiam inserta habet, anonymi ea auctoris, atque inedita, quæ ad correctionem doctrinæ Philoponi faciunt. Neque tamen adest eiusdem Philoponi commentarius in secundum Analyticorum posteriorum librum; sed qui velut *Anonymi auctoris* in Aldinis iis editionibus apparet.

Ad Cod. CCXXVIII. chartac. in 8. Sæc. XIV. — V.

HERMIAE Commentarius in Phædrum Platonis, cuius initium *Σωκράτης ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους* &c. emendatius, quam in codice CXCI, scriptus in hoc est; nonnisi tamen partes duæ priores insunt.

Ex PROCLI Commentario in Timæum Platonis Prolegomena & Libri duo priores tantummodo continentur; omnia tamen ab accurato librario profecta.

Ad Cod. CCXXX. chartac. in fol. Sæc. XIV. — V.

IOANNIS PHILOPONI Commentarius in Aristotelis libros quatuor priores de Physico Auditu. Huiusce codicis textum exprimit editio Veneta anni 1535, Victoris Trincavelli ac Ioannis Francisci eius filii opera, elaborata; quoad scilicet commentarium in libros tres priores est ea immediate ex hoc

ipso codice ducta; quoad vero commentarium in librum quartum, prodiit is ex codice alio Marciano, tunc in bibliotheca Sanctorum Ioannis & Pauli asservato, ad huius fidem primum recensito atque emendato. Rem ostendunt signa & indicia a typographis in utroque codice relicta, quæ pro editione facta sunt.

ALEXANDRO APHRODISIENSI in editionibus tribuitur, qui sine ullo auctoris nomine proxime sequitur Commentarius in quatuor Aristotelis de Meteoris libros; atque adeo perperam veluti Philoponi in Indice impresso denotatus est. Scholia quædam una eademque commentarii manu adiecta sunt, quorum nonnisi unum vel alterum in editione Aldina an. 1527. apparet, & quidem cum textu confusum.

Ad Cod. CCXXXI. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

ACCEDIT sub GREGORII NAZIANZENI nomine Synopsis Philosophiæ, quæ inc. *Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες* &c. Libellum hunc dialecticum Latine reddidit Georgius Valla, & veluti *Nicephori* (*Blemmidæ*) cum aliis aliorum edidit Venetiis an. 1498; cuius interpretatio, eo auctoris nomine servato, Basileæ anno 1542. recusa est. At Græce prodiit an. 1600. Augustæ Vindelicorum, Ioanne Wendelino curante, *Gregorio Aneponymo* adscripta.

Cod.

Cod. CCXXXII. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

IOANNIS PHILOPONI Commentarius in Aristotelem de Generatione & Corruptione, qui hunc titulum præfert, ut in editione Veneta an. 1527. *Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου, μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων.*

In libros tres Aristotelis de Anima sequitur PHILOPONI Commentarius, ad librum primum hoc titulo *Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ περὶ ψυχῆς Ἀριστοτέλους σχόλια καὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου Ἑρμείου μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων*: ad librum secundum *Ἐξήγησις τοῦ δευτέρου περὶ ψυχῆς*: ad librum vero tertium *Βιβλίον τρίτον ἀπὸ φωνῆς Στεφάνου*. Codex quoque Regius Parisiensis apud Montfauconium Bibl. MSS. p. 734, æque ac Marcianus hic, commentarium in librum tertium STEPHANO tribuit. At in editione Veneta anni 1535. nullum de Stephano auctore indicium factum est.

Ad Cod. CCXXXIII. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

THEOPHYLACTI SIMOCATTAE Dialogum qui Problemata physica eorumque solutiones complectitur, in editione Commeliniana an. 1598. passim vel esse corruptum, vel ad meliorem lectionem redigi posse, codex hic demonstrat, licet vitiosis lectionibus admodum inquinatus & ipse sit. Itaque pag. 7. lin. 7. pro *ἀδιαφανὴς ἐρρύη* est *ἀδιαφανὴς ἔφυ*, p. 7. l. 7. pro *ἐνέργεια* est *συνέργεια*, p. 9. l. 2. pro *ἀγελικώτερον* est *ἀγελι-*

 κό-

κότερος, p. 9. l. 20. pro ἀλγεῖ est ἀλγεῖ πως, p. 9. l. 24. pro θηράσας est ἐθήρασας.

Michaelis Apostolii Byzantini manu, quam probe novi, codex scriptus est.

Cod. CCXXXIV. membran. in 12. Saec. XV.

PORPHYRII Commentarius in Categorias Aristotelis

THEOLOGUMENA ARITHMETICAE. Textus omnino convenit cum editione Parisiensi an. 1543. Wechelii typis facta. Parisiensis quoque codex n. 1943. notatus, ab Angelo Vergetio Cretense Venetiis descriptus, qui & ipse Porphyrii & Adamantii opera continet, ex hoc sumptus fuisse videtur.

ADAMANTII Physiognomonicorum Libri duo. Variae lectiones insunt, quas ex codice Pompilii Amasaei Sylburgius produxit, cum libellum inter Aristotelis opera ederet.

Ad Cod. CCXXXV. chartac. in 4. Saec. XIV. — V.

DE Commentario DAVID τοῦ θεοφιλεστάτου in Porphyrii Isagogen & Aristotelis Categorias multa ad Codicem DXCIX. proferam.

IOANNIS PHILOPONI Commentarius in Aristotelis Analytica priora, Victoris Trincavelli & Io. Francisci filii opera, Venetiis an. 1536. in lucem erutus ex hoc ipso codice est; idque signa a typographis in eo adhibendo relicta adhuc ostendunt.

Cod.

Cod. CCXXXVI. membran. in 4.
Sæc. XII. — P.

Ioannis Philoponi Opus contra Proclum mundi æternitatem asserentem.

Initio & in fine mutilum, ut in codice hoc est, Victor Trincavellus ad ipsius fidem primum edidit Venetiis an. 1535. neque integrum postea reperire potuit Ioannes Mahotius Argentenæus, qui Latinam eius versionem an. 1567. Lugduni protulit.

Præter Mahotium & Casparem Marcellum, quorum interpretationes editæ sunt, hoc Philoponi opus Latine vertit etiam Raphael Mambla: quod ipse testatur in epistola adiecta particulæ Commentarii Procli in Platonem de Republica (*pag.* 407. *edit. Basil.* 1534.) a se Latine redditæ, & Romæ an. 1542. impressæ, in qua de virtutibus moralibus ac civilibus, nec non de partibus facultatibusque animæ sermo est. *Procli*, inquit, *etiam exstant XVIII. argumenta, quibus nititur probare vel ex Platone mundi perennitatem: quæ tamen Ioannes Grammaticus, quia ad relligionis nostræ fidem labefactandam parata videbantur, mirifice refellit. Cuius de ea re libros nos Latinos fecimus, &, si otium suppetet, Divis iuvantibus, in lucem emittemus; habent enim multa quæ contra Philosophorum placita pro nostra relligione sunt ab eo gravissime disputata.* Hæc ex libello eo rarissimo, qui etiam præcipuos de Proclo scriptores fugiit, annotare placuit.

Ad Cod. CCXXXVII. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

ANNOTATIO de MICHAELE EPHESIO, in Indice impresso allata, olim exstiterit; modo deest. Ad huius autem codicis fidem Expositiones Aristotelicæ in sequenti scriptæ sunt. Accedit sine titulo Encomium in S. Gregorium Decapolitam, idem quod in codice CCCLXIII. est.

Ad Codd. CCXL. CCXLI. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

PLOTINI Vitam, PORPHYRIO auctore, operibus illius præfixam codex uterque continet.

Ad Cod. CCXLII. chart. in 4. Sæc. XV.

HUNC ipsum codicem ob oculos quodammodo ponit Lambecius, dum Vindobonensem alium refert Lib. VII. n. XI. Eadem in utroque opera eodem ordine scripta sunt; adeo ut alter ex altero prodiisse videri possit.

PLOTINI Dissertationes duas in Indice relatas, de actione corporum cælestium in terrestrem mundum, deque primo omnium principio, sive uno, cum Villoisonius nunquam editas reputasset, ad fidem codicis huius & Marciani CCXLIV, in Anecdotis dedit (*T. II. p.* 227.). Utramque inter Plotini opera variis locis iamdiu impressam Fridericus Christianus Grimmius libello an. 1788. Lipsiæ edito commonstravit.

At

At fuerat id iam a Villoisonio deprehensum dictumque, cum Commentationem de triplici theologia mysteriisque veterum conscriberet, anno 1784. Parisiis vulgatam in libro inscripto *Memoires pour servir a l'Histoire de la Religion secrete des Anciens peuples, par le Baron de S. Croix*. p. 327.

Quæ post Philonem de Mundo sequuntur, *Plotini*, *Porphyrii*, aliorumque, de Præparatione Evangelica *Eusebii* excerpta sunt.

Ad Cod. CCXLIII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

IAMBLICHI liber de Mathematica communi disciplina ex hoc ipso codice a Villoisonio inter Anecdota primum vulgatus est.

PLOTINI Opusculum quod incipit Νῦς ὁρᾷ &c., duabus eius dissertationibus a Villoisonio adiectum, quemadmodum hic est, initium Libri IX. Enneadis III. efficit.

Cod. CCXLV. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

DAMASCII Damasceni Quæstiones & Solutiones de primis Principiis ex codice sequenti optimæ notæ, qui Lutetiam demigravit, Bessarionis iussu, a Georgio Presbytero Cretense, cuius manus ex Codice CXCI. innotescit, in hoc descriptæ sunt. Inc. Πρότερον ἐπέκεινα τῶν πάντων &c. ac in utroque his verbis abrumpuntur ἐπεὶ κατὰ ἀλήθειαν οὐδὲ ...

Operis inediti excerpta sunt ab Alexandro Moro, Galeo, Bentleio, Io. Christophoro Wolfio, Iriarte, Thompsono, aliisque vulgata, quæ ex Harlesio ad Bibl. Gr. Fabricii T. III.

III. p. 483. cognoscere licet. Volfius attamen, qui potissimum est in eiuscemodi negotio versatus, in tertio Anecdotorum volumine finem operis Damascii de Principiis se edere putavit, cum finem commentarii eiusdem in Parmenidem Platonis proferret. In eundem errorem Bandinius incidit, qui cum in codice Laurentiano operi de Principiis commentarium in Parmenidem adiectum esse non vidisset, ultima huius verba ac si illius ultima essent, indicavit (*Catalog. T. III. p.* 291.). Exemplar, Oxoniae quod exstat, Ioannes Fellus confici sibi curaverat eo consilio ut in lucem emitteret; qui post Alcinoum an. *1667.* Oxoniae impressum in Catalogo Platonicorum ait: *Damascii praeterea liber bene magnus de primis Principiis Dubitationes & Solutiones continens in bibliotheca Collegii Corporis Christi Oxonii. Quem Olympiodorus saepius citat, uti & Augustinus Steuchus in De perenni Philosophia: plenum subtilissimis disputationibus observat Holstenius de Vita Porphyrii: quemque, nec ex vano, librum vere incomparabilem pronunciat Franciscus Patricius in Zoroastre suo.* Alia quaedam hac de re scitu digna Muratorius dedit Antiquitatum Italicarum T. III. p. 843. cum Ambrosianum operis codicem referret; atque in primis grave ac luculentum, quod apud se servabat, Holstenii iudicium de opere ipso edidit. Magnam eius partem ad exemplar Oxoniense se editurum promisit Thomas Burgess in Conspectu Musei Oxoniensis Litterarii an. 1792. vulgati p. 5. Operis autem totius editionem, quam Dodwellus quoque optabat, se moliri Fridericum Guillelmum Sturzium V. C. ad me olim scripsisse memoria teneo.

Damascii eiusdem in Parmenidem Platonis Quaestiones & Solutiones accedunt, quae in codice CCXLVI. non extant. Titulus est *Δαμασκίου διαδόχου ἀπορίαι καὶ λύσεις εἰς τὸν Πλάτωνος Παρμενίδην, ἀντιπαρατεινόμεναι τοῖς εἰς αὐτὸν ὑπο-*

μνή-

μνήμασι τοῦ φιλοσόφου. Deest initium, iamque librarius ad ipsa prima quae supersunt verba .... τοῖς ἀμεθέκτοις ταῖς μεθεκταῖς &c. adscripsit ἡ ἀρχὴ οὐχ εὕρηται. Fin. ταύταις γὰρ εἴπετο τὸ ἰδεῖν. Opus totum ad exemplar Oxoniense edere volebat Io. Guillelmus Tompson; qui tamen nonnisi fragmenta attulit ad Parmenidem an. 1728. Oxonii impressum.

Cod. CCXLVII. chartac. in 4.
Saec. XV. — V.

DAMASCII Quaestiones ac Solutiones de primis Principiis mutilae in fine insunt, quemadmodum in codice CCXLV. Aliae in Platonis Parmenidem sequuntur, inordinate tamen descriptae, & absque fine; totusque codex a librario haud satis accurato prodiit.

Cod. CCXLVIII. membran. in fol.
Saec. XV. — V.

PLUTARCHI Opera moralia fere omnia.

EX codicibus Marcianis opera Plutarchi moralia in Aldina editione an. 1509. expressa fuisse pro certo habet Wyttenbachius V. C. *Quod equidem*, inquit, *facile agnoscere potui e collatione, quam habeo, illorum codicum. Praebuerunt sane singuli multis in locis novas easque bonas lectiones: universi plerumque fere Aldinam scripturam referunt, ubi inter se consentientes a Stephaniana dissentiunt* (*Praefat. in T. I. Ethic. p. LVII. Ed. Lips.*). Illud vero adiicit, esse eos ex recensione saeculo XIII. exeunte facta, in qua non tam emendatae lectionis, quam collectionis omnium, qui re-

pe-

periri possent, librorum, habita ratio est. Libros eosdem, cum versionem Plutarchi Gallicam laudatissimam adornaret, Iacobum Amyotum expendisse, anonymus scriptor de gestis Episcoporum Antissiodorensium apud Labbæum (*Nov. Bibl. MSS. T. I. p.* 522.) hisce tradit: *Anno* 1546. *Ioannes Morvillierius ab Henrico II. Rege missus ad Venetos legatus Amyotum sibi adiunxit itineris comitem . . . . qui iam perscrutatis omnibus sedulo loculis Venetæ bibliothecæ locupletissimæ, ad institutum opus Plutarchi scripta conferendi, emendandi, & elegantius Gallice vertendi, Venetiis Romam se contulit*. At vero ex codice hoc, itidemque ex CCI., qui est diuturna opera inspectus, ex CCCCXXVII (non CCLXI, uti perperam in editione Lipsiensi denotatur) & DXI, varias lectiones an. 1782. Ioannes Paullus Blessingius Ulmensis accurate sumpsit pro editione operum Plutarchi moralium absolutissima, quam vir ille summus Wyttenbachius an. 1795. & seq. Oxonii dedit, Lipsienses autem an. 1796. & seq. repræsentarunt; adeo ut quicquid boni iis inerat exhaustum fuisse videatur. Factum id est nonnullo cum favore meo: quod, pro sua etiam in me humanitate, editor in præfatione testari voluit.

Hunc porro codicem, anno 1455. Bessarionis cura a *Ioanne Rhoso* Presbytero Cretense exaratum, mihi nunc inspicienti suspicio oboritur exemplum esse codicis Laurentiani, sæculo XIV. scripti, pluteo LXXX. num. V. repositi, quem Bandinius refert T. III. p. 175; eadem quippe omnia Plutarchi opera continet ordine eodem, cum Indice itidem præfixo.

Cum Vitæ parallelæ hoc volumine comprehensæ minime sint, in ipso initio hæc Rhosus posuit *Παρὰ τὰ ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ περιεχόμενα τοῦ Πλουτάρχου συγγράμματα, εὑρίσκονται ἔτι καὶ ἂν συνέγραψε παραλλήλων βίων οἱ ὑπογεγραμμένοι.* Index Vitarum quæ exstant sequitur.

De-

Deinde sic Rhosus Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα πρὸ μὲν τινων χρόνων, ὡς ἔν τινι ἀρχαίῳ βίβλῳ ἐγέγραπτο, καὶ τῶν ὑπογεγραμμένων λόγων συνόψεις εὑρίσκοντο· εἰς ἡμᾶς δὲ οὐκ ἔφθασαν ἢ μόνον αἱ αὐτῶν ἐπιγραφαί· οὐδαμῆ γάρ πω αὐτῶν ἐνετύχομεν· τῶν δὲ φιλολόγων χάριν, καὶ ὡς ἂν εἰδεῖεν, ὅσα ὁ Χαιρωνεὺς οὗτος σοφὸς συνεγράψατο, τὰς αὐτῶν ἐπιγραφὰς ἐνταῦθα ἐξεθέμεθα. Admonitionem hanc ipsam cum Wyttenbachio communicavi; a quo est in præfatione T. I. P. I. p. XXV. ed. Lips. evulgata, ad fidem faciendam de Plutarchi operum compendiis olim factis, si non omnium, quod Rhosus absolute nimis hoc loco dixisse mihi videtur, saltem aliquorum.

Index operum Plutarchi, qui LAMPRIAE tribui solet, admonitionem excipit, ex codice Marciano CLXXXVI. in hunc fortasse translatus, nonnullis cum differentiis, quæ etiam a librario profectæ haberi possunt. Eundem vero Wyttenbachius dum proferet, utriusque codicis lectionem a me illi missam commonstrabit.

Ad Cod. CCL. membran. in fol. Sæc. XII. — P.

PLUTARCHI Opera varia, in Indice impresso singillatim relata.

EST hic, utpote præstantior inter Plutarcheos bibliothecæ Marcianæ codices, sedulius atque accuratius, quam alii, a Blessingio collatus pro Wyttenbachii editione, in qua frequens eiusdem usus apparet.

Ad

Ad Cod. CCLI. chartac. in 4. Saec. XV. — V.

ARRIANI Dissertationes in Epicteti Enchiridion cum anno 1792, Christiano Augusto Bohrek, philosophiae humaniorumque litterarum Professore Duisburgense petente, quoad capita nonnulla in codicibus Marcianis conferrem; lectiones novas, quae se valde commendarent, in iis non mihi reperire licuit. At in codice hoc annotationes duas criticas manu Bessarionis in margine adiectas offendi: alteram Lib. I. Cap. 3. edit. Upton. p. 18. l. 16. ubi codex, *ἔδει ἂν, εἰ μὴ οὕτω ὃ πεφύκαμεν, παύσεις*, Bessario, *ἴσως, ἔδει ἂν, εἰ πρὸς τοῦτο πεφύκαμεν, ὁ πάντες*: alteram Lib. III. Cap. 6. edit. p. 377. l. 3. ubi codex, *πυνθομένου δέ τινος τῶν νῦν μᾶλλον ἐκπεπονημένων τοῦ λόγου*, Bessario, *ἴσως οὕτως ὀφείλει, πυνθομένου δέ τινος τῶν παρόντων, ἔδει νῦν μᾶλλον ἐκπεπονημένου τοῦ λόγου*.

Ad Cod. CCLIII. membran. in 4. Saec. XV. — V.

ARRIANI Dissertationes ex codice CCLI. descriptae sunt, magna ad initium libri quarti luxatione textus a librario repraesentata, qui codicem illum inordinate compactum fuisse non animadvertit.

SIMPLICII Commentarius de codice CCLXI. sumptus est.

Cod.

Cod. CCLIV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

MAXIMI TYRII Dissertationes XLI. eo ordine insunt, quo primum anno 1557. typis Henrici Stephani prodiere, atque eadem fere ubique lectione. Nonnunquam tamen ab ea discedit codex, & ad textum a Davisio instauratum accedit. Sic T. II. p. 102. l. 13. ed. Reiske est, *ἐλέγξαι τὸ τῦ λέοντος ἦχος, βρυχηθμῦ λέοντος*.

Librum iussu Nicolai V. Pont. Max. cui dives admodum bibliotheca fuit, exaratum esse, eius insignia ostendunt. Librarius nomen suum in fine sic posuit *Θεῦ τὸ δῶρον καὶ Θετταλῦ ὁ κόπος*. Fuit is nimirum *Ioannes Scutariota* Thessalus, qui itidem ad Diodorum Siculum bibliothecæ Cæsareæ a Kollario relatum in Supplemento ad Lambecium (*p.* 495.) adscripsit *Θεῦ τὸ δῶρον καὶ Θετταλῦ ὁ μόχθος*, ac præterea nomen suum aperte declaravit cum in eo codice, tum in aliis Cæsareis & Laurentianis. Eo se librario uti consuevisse Nicolaus ipse Pontifex sic declarat, ad Cosmum Mediceum scribens: „ Venit his diebus ad nos lator præsentium dile„ ctus filius Ioannes Scutariota Græcus, qui & libros et„ iam Græcos & raros, quos nostra caussa ipse quæsiverat, „ & diligenter scripserat, nobis officiose detulit &c. (*Fabroni de Cosmo Med. p.* 222. *Monum.*).

Ad

Ad Cod. CCLVII. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

Alexandri Aphrodisiensis Problemata, libris duobus distincta, Collectiones duæ aliæ Problematum sequuntur de rebus medicis & physicis, Aristoteli adscriptæ. Prior sub titulo Ἀριστοτέλους περὶ ζώων ἰδιότητος, prologum habet Οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν παλαιοτέρων ἰατρῶν &c. ac problematibus duobus supra viginti constat, his in fine adiectis Ἀριστοτέλους ἰατρικῶν προβλημάτων καὶ φυσικῶν ἀπορημάτων ἐκλογαὶ τὸ γ'. Posterior inscripta Ἀριστοτέλους φυσικῶν προβλημάτων τὸ δ', problemata centum ac nonaginta continet. Zannetius & Bongiovannius selecta hæc ex Aristotelicis problematibus dixere: perperam tamen. Rem cognoscere licet ex Iriarte, qui problemata fere omnia ex codice Matritensi singulatim denotavit, ac prologum exhibuit (*Codic. Matritens. p.* 323. *& seq.*): quem quidem initium commentarii esse sive in Aphorismos Hippocratis, sive in alium huius, aut Galeni librum Buhlius censebat (*Opp. Aristotel. T. I. p.* 178.). Qua ratione in codice utroque se habent, in codice quoque CCCCCCXXI. Marciano problemata hæc sunt.

Definitiones variæ ex diversis auctoribus sacris & profanis huiusmodi titulum habent Ὅροι καὶ ὑπογραφαὶ ἐκ διαφόρων λόγων ἀπανθισθέντες κατὰ στοιχεῖον. Inc. Βασιλείου. Ἀγαθόν ἐστι οὗ πάντα ἐφίεται. Ex iis Florilegium constat, quod in admonitione præfixa auctor se adornasse profitetur sententiis delectis *Basilii Magni*, *Gregorii Nazianzeni*, *Gregorii Nysseni*, *Gregorii Thaumaturgi*, *Anastasii Antiocheni*, *Theodori Rhaitu*, *S. Maximi*, *Leontii Patr. Constantinopolitani*, *Evagrii* τοῦ *συνωνύμου*, *Marci Ascetæ*, *Stephani* *Phi-*

Philosophi, *Eliæ Philosophi*, *Didymi*, *Platonis*, & *Aristotelis*. Nonnisi tamen ex parte liber inest.

Aristotelis Divisiones ex variis eius operibus excerptas esse, alienis etiam immixtis, deprehendit declaravitque Villoisonius Anecdot. T. II. p. 254. Longe itaque absunt ab iis quæ Diogenes Laertius inter philosophi opera numerat.

Aristotelis Vita, quæ aliam Ammonio adscriptam præcedit, inc. *Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος πόλει μὲν ἦν Σταγειρίτης*. Ex vetere Latina versione prodiit cum Aristotelis operibus Venetiis anno 1496, alibi postea recusa, ac demum a Io. Theophilo Buhle repræsentata in primo operum Aristotelis volumine editionis Bipontinæ an. 1792.

Henrico Stephano anno 1555. Venetiis degenti, cum in Aristotelis & Alexandri Aphrodisiensis Problemata inquireret, codicis huius copiam factam fuisse, bibliothecæ monumenta declarant.

Ad Cod. CCLVIII. membran. in 8. Sæc. XII. — V.

Alexandri Aphrodisiensis Scholiorum liber primus, in ipso codicis initio positus, titulum fert *Ἠθικῶν προβλημάτων βιβλίον α'*; idem vero in editione Veneta Trincavelli an. 1536. & in versionibus Gentiani Herveti ac Hieronymi Bagolini quartus liber est. Accedit Scholiorum Physicorum liber primus, ut in editionibus.

Sequuntur Alexandri libri de Anima duo, cum lacuna in libro secundo, ut in editione Aldina an. 1534, & libro de Fato, capite postremo comprehenso.

Demum liber secundus ac tertius Scholiorum Physicorum, ut in editionibus, exstant.

Ad Cod. CCLIX. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

Alexandri Aphrodisiensis Scholia non insunt, sed eius Problemata tantum.

Cassii textus varias, easque bonas lectiones offert. Exemplum est sub finem problematis primi, ubi pro *καθὸ μάλιστα συνεργεῖ*, uti vulgatum est, Ioannes vero Stephanus Bernard in epistola ad Reiskium (*p.* 230. *Vit. Reisk. Lips.* 1783.) legendum putabat *συνεργεία*, codex habet *συνεργεῖσαι*.

Aristotelis Problemata lectiones in margine positas additionesque parenthesi conclusas, quas Duvallii editio habet, ut plurimum admittunt. Sectione LXIV. Problemata num. 4. & num. 5. notata alio loco sunt: septimum vero inter verba *διὸν γὰρ* & *πρὸς αὐτὸν* unius paginæ spatium vacuum offert; quemadmodum in veteribus codicibus reperiri est a Duvallio dictum. Codices quatuor alii Veneti CC. CCXV. CCXVI. CCLIX. problemata illa duo itidem transposita, at septimum absque ullo defectus indicio exhibent.

Ad Cod. CCLX. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

In Theophrasti operum variorum textu iidem hiatus occurrunt, qui in codicibus MSS. reperiri solent; neque multo meliores vulgatis lectiones insunt. Est id compertum præsertim quoad librum de Lapidibus, ex collatione a Gregorio Wad

Wad Dano anno 1794. facta: cuius tamen libri ad initium locus aliter se habet, ac in editionibus Heinsii atque Hill, scilicet καὶ ὅσα λίθων εἴδη πολυτελέστερα. Lectio non floccifacienda, quam etiam Aldina an. 1497. confirmat.

Ad Cod. CCLXI. chartac. in 4. Saec. XV. — V.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS Problemata, in Indice impresso denotata, non insunt, bene vero Scholiorum Moralium & Naturalium per dubitationes & solutiones Libri quatuor, an. 1536. Venetiis a Victore Trincavello typis editi. Qui tamen in editione liber quartus est, in codice locum primum tenet cum titulo Ἠθικῶν Προβλημάτων βιβλίον πρῶτον: libri tres alii accedunt tanquam primus secundus ac tertius φυσικῶν σχολιῶν ἀπορίων καὶ λύσεων.

SIMPLICII commentario textus Enchiridii EPICTETI interpositus est, cuius ad caput sextum in fine, iuxta Heynii sectionem, codex habet ὥσθ' ὅταν χρήσει φαντασιῶν ἐπαρθεὶς κατὰ φύσιν σχῇς, τηνικαῦτα ἐπαρθήσῃ, in margine autem Bessarionis manu γράφε, ὥσθ' ὅταν χρήσει φαντασιῶν κατὰ φύσιν ἔχῃς, τηνικαῦτα ἐπάρθητι.

Ad Cod. CCLXII. membran. in 8. Saec. XV. — V.

SEXTI EMPIRICI adversus Mathematicos, seu dogmaticos in omni genere, Libri decem bonas lectiones ex codicibus Uratislaviensi & Cizensi a Fabricio in editione Sexti prolatas in hoc itidem codice ut plurimum habent.

DISSERTATIONES quinque antisceptieæ, Dorica dialecto scriptæ, accedunt, quas veluti opusculum capitibus quatuor comprehensum Index impressus monstrat. Eæ cum Sexti libris in exemplaribus manuscriptis reperiri solent; ab Henrico Stephano inter Fragmenta Pythagoreorum editæ primum sunt, deinde a Thoma Galeo in Opusculis mythologicis & ethicis, atque a Fabricio, qui Sextum Cheronensem auctorem suspicatur, T. XII. p. 617. Bibl. Græcæ repræsentatæ. Iidem in codice hiatus, qui in editionibus, apparent: locus autem ille dissertationis quartæ μύσας εἰμὶ, quemadmodum Fabricius dedit, sic etiam est in codice hoc & in alio Marciano post Indicis impressionem adepto; non Μίμας εἰμὶ, uti Ioannes Northus in editione Galei dedit, Mimantem quendam auctorem perperam statuens. Neque aliter, quam μύσας, fortasse habet codex Regiomontanus, in quo Μύσιας Iablonskius legit, iuxta Stoschium, qui varias codicis illius lectiones in Dissertationibus quinque ipsis ab eo repertas exhibuit in Museo Critico Lemgoviæ impresso an. 1774. & seq. T. I. Fascic. I.

Ad Cod. CCLXIII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

HERONIS Spiritalia in libros duos distributa sunt, quemadmodum in codice Cæsareo apud Lambecium Lib. VII. n. CX. in Laurentiano apud Bandinium T. III. p. 371. & in Lipsiensi apud Io. Andream Schmidtium in Diss. de Herone eiusque scriptis, an. 1714. Helmstadii impressa (*p.* 14.). Ordine atque figurarum ratione se aliter ac in editionibus habent; ut in codicibus MSS. reperiri solet. Librarii culpa haud exigua pars operis deficit, nimirum a verbis Ἔστω σμι-

ειο-

ἐισμάπιόν τι, pag. 159. l. 33. editionis Parisiensis an. 1693. inter Mathematicos veteres, usque ad locum qui similiter incipit pag. 177. l. 22. editionis. Desinit textus, ut in codicibus tribus allatis, in ea verba ἐκκρεμάσωμεν τὸ βάρος, editionis p. 221. l. 16: ex iis tamen, quæ in ea sequuntur, theoremata de organis hydraulicis, deque venti flatu sonum reddentibus, ad finem libri primi exstant.

MERCURII Poemander, quoad ordinem capitumque divisionem, est ut in codice Cæsareo apud Lambecium Lib. VII. n. XI.

PORPHYRII Sententiæ una & triginta sunt, quæ primum locum obtinent in editione Holstenii Romana an. 1630. Sequitur Sententiarum pars secunda, de Virtutibus inscripta, ab Holstenio vulgata, eodem initio & fine.

THEOPHRASTI liber de sensu tantopere cum prima editione convenit, Ioanne Baptista Camotio curante, facta Venetiis anno 1552. T. VI. Opp. Aristotelis, ut illa ex codice hoc expressa videri possit.

PRISCIANI LYDI Paraphrasin in Theophrastum de sensu & de phantasia, & DAMASCII DAMASCENI Metaphrasin in Aristotelem de Cœlo & Mundo tanquam editas cum Alexandri Aphrodisæi Quæstionibus Naturalibus an. 1536. Venetiis impressis libri frons obiicit; at nunquam cum Alexandri Quæstionibus eas reperire mihi licuit.

OCELLI LUCANI liber de Natura Universi ex Codice DXIII, de quo loco suo dicam, descriptus est.

HEPHAESTIONIS de Metris libellus incipit Ἰστέον ὅτι τοὺς ἐστι

 με-

μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν &c. Ab Enchiridio plane differt, neque nisi definitiones sententiasque perpaucas continet, Enchiridio syllabatim comprehensas.

Codex manu Ioannis Rhosi Cretensis, bene mihi perspecta, est exaratus; de scriptione cuius, æque ac de operibus egregiis & inventu difficilibus eo comprehensis, sibi placens Bessario, hæc ad initium scripsit *Τοῦτο τὸ βιβλίον ἐστὶ ἐμοῦ Βησσαρίωνος Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων. ἔστι δὲ βιβλίον ἄριστον, πολλὰ καὶ καλὰ καὶ δυσεύρετα περιέχον, καλλίστοις, ὡς ὁρᾶται, γράμμασι γεγραμμένον.*

Ad Cod. CCLXIV. chartac. in 8. Sæc. XIV. — V. olim Hierothei Balsamonis.

QUÆ ad Musicam pertinentia mutila initio exstant, & in Indice impresso sine auctoris enotatione relata sunt, in libro primo Harmonicorum PTOLEMAEI, a fine Capitis II, ad initium Capitis XV, locum habent suum.

XENOPHONTIS Capita duo priora libri primi Memorabilium Socratis in fine codicis accedunt, charactere sæc. XIII. scripta, nec tamen ubique ut in editionibus, vel etiam in codicibus manu exaratis reperiri solent. Cap. II. §. 52. pro *εἰ μὴ καὶ* est *εἰ μή*: §. 56. pro *κακούργους εἶναι* est *κακούργους τε εἶναι*: §. 61. pro *γέγονε* est *ἐγένετο*: §. eod. pro *ταύτας τοὺς βουλομένους* est *τοὺς βουλομένους*.

Ad

Ad Cod. CCLXV. membran. in 8. Sæc. XIII. — V.

Ioannis Itali eadem omnino opera continentur, quæ sunt etiam in codice Cæsareo Vindobonensi, ex hoc fortasse descripto, apud Lambecium Lib. VII. n. 86; atque adeo Expositio in Topica Aristotelis ad libros II. III. & IV. spectat.

Aristotelis Liber de Mundo inter scripturæ vitia, quæ oscitantia librarii effudit, lectiones varias a vulgatis differentes, easque bonas, retinet, quas etiam Apuleii interpretatio sæpe confirmat. Eas vel enotasset, vel plane recepisset Io. Christianus Kappius, si libellum pro editione sua Altenburgensi anni 1792. ad codices manuscriptos exigere ei licuisset. Exempla sunt Cap. I. §. 1. edit. τῶν ὄντων θέαν, Codex τῶν ὅλων θέαν: sic etiam Codd. CC. CCXVI. CCCLXXIX. Capite eodem §. 3. edit. ἐπὶ μέρους, οἰκτίσειεν ἄν τις, Cod. ἐπὶ μέρους, ὡς οἰκτίσειεν ἄν τις: sic etiam Codd. CCXVI. CCCLXXIX. Cap. eod. §. 4. edit. ἀλλὰ τοῖς ταύτης δώροις δεξιοῦσθαι τοὺς ἀρίστους, Cod. ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις δώροις δεξιοῦσθαι καὶ τοὺς ἀρίστους: Cod. CC. & CCCLXXIX. ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις δώροις δεξιοῦσθαι τοὺς ἀρίστους. Cap. II. §. 1. edit. ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεοῦ, Cod. ὑπὸ θεῶν τε καὶ διὰ θεῶν: sic etiam Cod. CCXVI. Cap. eod. §. 2. θεοῦ οἰκητήριον, Cod. θεῶν οἰκητήριον: sic etiam Codex CC. at Cod. CCCLXXIX. θεῶν κατοικητήριον. Hunc de Mundo librum ad fidem codicum Marcianorum, quos *certissimæ fidei summæque vetustatis* appellat, favente Andrea Naugerio bibliothecæ Præfecto, se Latine reddidisse declarat Petrus Alcyonius in epistola nuncupatoria ad Federicum Gonzagium Mantuæ Ducem; estque eius interpretatio cum aliis aliorum quorundam Aristotelis librorum Venetiis an. 1521. impressa.

Ad Cod. CCLXVI. chartac. in 8. Sæc XV. olim Constantii Holoboli Medici — V.

MICHAELIS PSELLI Capita de omnifaria doctrina CXCIII. sunt, quot etiam Allatius in Diatriba de Psellis enumeravit denotavitque; non CLVII, quot Fabricius dedit, integrum opus, alia dumtaxat capitum divisione, se protulisse perperam existimans p. 184. T. V. Bibl. Græcæ. Esse præterea textum in editione valde corruptum, codicis huius collatio demonstrat.

DIDYMI Alexandrini Fragmentum inest περὶ ἀσωμάτων ὑποστάσεων. Inc. Ο' τῶν ὅλων αἴτιος Θεὸς, ἅμα τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, τριάς ἐστιν &c.

IRENÆI de Corde Fragmentum, cuius mentio in Indice est, inscriptum Εἰρηναίου συγγραφέως περὶ καρδίας, inc. Οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀκριβολογοῦντές φασι τὴν καρδίαν δύο κοιλίας ἔχειν &c. des. ὥστε ἐκείνων κοιλίαν, ὅτε περὶ λογικῆς ἐννοίας ἐστὶν ὁ λόγος, νόει τὴν τῆς καρδίας.

Auctor nondum mihi compertus, duabus cordis cavitatibus denotatis, altera spiritus plena, in qua princeps animæ facultas resideat, altera quæ sanguinem contineat, priorem illam τῆς κοιλίας nomine in sacris litteris, ubi de cogitationis actione sermo fit, intelligendam esse statuit. Idem antiquorum opiniones de sede τοῦ ἡγεμονικοῦ affert: at ex Plutarcho de Placitis Philosophorum Lib. IV. Cap. 5. syllabatim exscripta esse video; quæ apud Galenum de Historia Philosophica Cap. XXVIII. edit. Charterii T. II. p. 49. Oper. fere ad litteram quoque sunt. Irenæus hic non Episcopus Lugdunensis & Martyr, longe ille clarissimus, est, secus at-

atque Bongiovannius in schedis a me visis putabat ; neque alius Grammaticus, qui & Pacatus & Minutius Pacatus, ex Fabricio satis notus (*Bibl. Gr. T. VI. p.* 170. *n. e.*), neque fortasse alius quidam, cuius opus sub titulo *Irenæi sapientissimi Explicatio in philosophiam valde pulchra*, ex Catalogo librorum hinc inde exstantium a Grammatico sibi exhibito, Antonius Verderius affert in Supplemento Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ Lugduni 1585. in fol. p. 59.

Cod. CCL*XVII. membran. in* 4. *Sæc. XV.* — V.

ARTEMIDORI Daldiani De Insomniis Libri V.

CODICEM quoque hunc *Michaelis Apostolii* manu exaratum fuisse prodit character codicis proxime sequentis, ab eo proculdubio scripti; qui unus atque idem in utroque est. Opus nimirum valde corruptum, mutilum, lectionibus vitiosis perpetuo inquinatum, cum primum is offendisset, in hoc ut potuit exscripsit: bonum postea textum nactus, eius exemplar denuo confecit. Ex Laurentiano codice sæculi XI, a Bandinio relato T. III. p. 387, hunc manasse suspicor, tum quod Capitum divisio & numerus in utroque codice aliter atque in editione se habeat; tum quod liber primus desinat verbis λόγον ἀποδώσω, non λόγον ἀποδώσομεν, ut in codice sequenti; tum quod codicis Laurentiani paginæ quatuor postremæ recentiori manu suppletæ sint, in codice autem Marciano hoc textus post verba περισσὸν ἡγοῦμαι λέγειν (*editionis Rigaltii p.* 257. *l.* 21.) omnino deficiat. Laurentianum codicem pro nova editione Iacobus Tollius anno 1687. contulerat, rei annotatione in ipso libro facta. At Marcianos anno eodem apud nos degens cum expendere vellet,

let, malo quodam fato prohibitus est. Scribebat siquidem ad Fridericum Benedictum Carpzovium: *Venetiis Artemidorum cum bonis codicibus duobus conferre volentem incivilis Lati* (Gualteri scilicet Leti Scoti) *bibliothecarii ludificatio destituit*. (*Groschuffii Nova Conlectio Libror. rarior. Halis*, 1709. *Fascicul. II. p. 369.*). Neque tamen opus Artemidori Tollius postea edidit, cui emendando, licet argumenti futilitas prohibere posse videretur; ob multam tamen atque variam eruditionem, qua refertum idem est, atque dictionis elegantiam, operam post Rigaltium impenderunt Lambertus Bos, Henricus Valesius, Trillerus, Reiskius, Dorvillius, Toupius, ac demum Iacobus de Rhoer in Otio Daventriensi an. 1762. impresso. Iam vero quomodo se Artemidorus in codice hoc habeat, ex sequentibus indicium sumere licet.

Lib. I. Cap. I. p. 6. l. 3. Edit. Rigaltii ἀπ' αὐχῆς, MS. ἀπ' ἀρχῆς, ut Knoopius emendabat apud Rhoer lib. cit. p. 327. Libro eodem Cap. 8. in titulo MS. accedit ἐκ τῶν Αἰγυπτίων. Totum vero Caput cum variis, non semper tamen bonis, a vulgatis lectionibus sic est Ἔτι τοῖς πᾶσαν αἰτίαν πρόδηλον ἐκφεύγουσι προσέχειν χρὴ, ἐάν τε νυκτὸς, ἐάν τε ἡμέρας ὁρασθῇ, μηδὲν διαφέρειν νομίζοντας εἰς πρόγνωσιν τὴν νύκτα τῆς ἡμέρας, μηδὲ τὴν δείλην τῆς ἑσπέρας, ἢ τῆς δείλης πρωΐαν, ἐὰν συμμέτρως τις ἔχων τῆς τροφῆς καθεύδῃ· ἐπεὶ αἵτε ἄμετροι τροφαὶ οὐδὲ πρὸς αὐτῇ τῇ ἕῳ παρέχουσιν ἰδεῖν τὸ ἀληθές. Lib. I. Cap. 9. p. 15. l. 2. οὐ πάντες μέν τοι, MS. οὐ πάντες μέν τοι τὰ αὐτὰ. Cap. eod. p. 15. l. 12. περὶ τῶν ἄλλων ἐθῶν δεῖ διαλαμβάνειν πάντων, MS. περὶ τῶν ἄλλων ἐθῶν, ἰδίᾳ δεῖ παραλαμβάνειν. Cap. eod. l. 15. πλὴν εἰ μή τι τῶν παρόντων τὴν ἀπόβασιν ἀλλαχόσε τρίπει. MS. hæc habet, quæ nec cum superioribus, nec inter se cohærent πλὴν εἰ μή τι τῶν παρόντων τὴν ἀπόβασιν ἀλλαχόσε τρέποι πρὸς τὸ τέλος τὸν αὐτὸν, καὶ τὸ τέλος πρὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν ἀποδράσαι πειρώμενον οὐκ ἐᾷ διαφυγεῖν, οὐδὲ τὸν ἀποδημεῖν θέλοντα ἐᾷ τῆς οἰκείας ἐξελθεῖν ὅπως ὅ-

νει-

τειρος. οὐ γὰρ τὰ πρὸ ποδῶν δύναται φυλάξασθαι τὰ βρέφη, καὶ προσπταίει γοῦν ἑκάστοτε. σὺ δὲ ταῖς δίκαις, τῷ μὲν ἐγκαλοῦντι δεινὸς ὁ ὄνειρος. οὐ γὰρ πείσει τοὺς δικαστὰς διὰ τὸ θράσυλον τῆς φωνῆς. τῷ δὲ ἐγκαλουμένῳ καὶ φεύγοντι καὶ μάλιστα τῷ δεδιότι καταδικασθῆναι, ἄφοβος ὁ ὄνειρος. τὰ γὰρ βρέφη συγγνώμης ἀξιοῦνται κἂν ἁμάρτῃ. Cap. XII. p. 16. l. 25. ἀφανὲς ὂν καὶ ἀσύνοπτον, MS. ἀφανὲς ὂν καὶ ἥκιστα σύνοπτον. Cap. eod. p. 16. l. 29. ὁ γράμματα τινά, MS. ἢ ὁράματα τινά. Cap. XLII. p. 37. l. 22. ἐπειδὰν μὴ παρῇ δι' ὃν ἀσκοῦσι τὰ σώματα, MS. ἐπειδὰν μὴ καθ' ἡδονὰς ἀσκοῦσι τὰ σώματα: hinc pro ἀσκοῦσι perperam κοσμοῦσι malebat Trillerus Observat. Critic. Lib. III. Cap. 21.

Libro II. tum alia non pauca sparsim desiderantur, tum Capita in editione numeris 42. 43. 44. notata. Cap. LXIX. p. 151. l. 19. edit. τῶν κοινοπετῶν θηρίων, MS. τῶν χιονοπετῶν θηρίων, uti Rhoerius legendum putabat: κοινοπετῶν Aldina editio præbet, cum codice sequente. In fine vero Capitis postremi p. 161. l. 28. ῥᾷον αὖ ἴδια ποιήσειεν, MS. ῥᾷον αὖ ἰδιοποιήσειεν: deinde l. 33. ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρῴῳ ὄντι θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν παρῆλθον, πολλάκις με προτρεψαμένῳ . . . ταῦτα συγγράψαι. οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα &c. MS. ᾧ πειθόμενος ἐγὼ πατρῴῳ ὄντι, καὶ πολλάκις με προτρεψαμένῳ, μάλιστα δὲ νῦν ἐναργῶς ἐπιστάντι μοι, ἡνίκα σοι ἐγνωρίσθην, καὶ μονονουχὶ κελεύσαντι, ταῦτα συνέγραψα. οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν Δαλδιανὸν Ἀπόλλωνα &c.

Liber III, absque numero, inscriptus est Φιλαλήθεις, ἢ ἐνόδιον, ob rationem ante Indicem Capitum dictam, quod nimirum librorum duorum præcedentium supplementum sit. Sub finem vero Capitis ultimi p. 193. l. 27. edit. ἐπεί σοι γε τοὺς ἐπιμελῶς ἀναγινώσκοντας, οὐκ ἐάσει ποτὲ ἀποστῆναι τῶν λόγων αὐτῶν τὰ βιβλία, καὶ διομόσασθαι ἔχων. MS. ἐπεί γε ὅτι τοὺς ἐπιμελῶς ἀναγνόντας οὐκ ἐάσει ἀποστῆναι ποτὲ τῶν λόγων αὐτῶν τὰ βιβλία, καὶ διομόσασθαι ἔχω: deinde pro Δαλδία δὲ πόλισμα

Λυ-

Λυδίας ut in ed. l. 39. in MS. est Δάλδις δὲ πόλισμα Λύδιον Lib. IV. Cap. 3. p. 203. l. 26. edit. καὶ ἔμπτωσις, MS. καὶ ἔκκρισις, quæ lectio & in margine codicis sequentis exstat, melior alia καὶ ἔκπτωσις, quam Reiskius ex ingenio dederat. Cap. 55. p. 234. l. 38. καὶ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ τῶν θηρίων, MS. καὶ μὴ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἢ ὑπὸ θηρίων, quo fere modo Trillerus emendabat lib. cit. p. 453. Caput vero idem, licet non sine erroribus, bonis cum lectionibus a vulgatis differentibus ita finit τὰ δὲ ἄγρια καὶ ἀποθνήσκοντα, καὶ μὴ ἐγχειρούμενα ὑπὸ ἡμῶν, ἀγαθὰ ἂν εἴη καὶ κρατούμενα ὑπὸ τῶν ἡμετέρων καὶ συντρόφων ἡμῖν ζώων· ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν κρατούμενα, ἢ ὑπέρτερα τῶν ὅρων γινόμενα καὶ ἐξαπατήσαντα τι πονηρὸν, ἄτοπα ἂν εἴη καὶ .... πάντα. Alia multa exempla subiicere possem, quibus magnam emendationum Artemidori copiam ex codice hoc suppetere compertum fieri posset; dummodo in iis e corruptissimo textu eruendis critice haud mediocris adhibeatur.

Cod. CCLXVIII. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

ARTEMIDORI Daldiani de Insomniis Libri V.

TEXTUM Aldina editio anni 1518. repræsentat, ut, nisi ex hoc ipso codice, ex alio certe eiusdem omnino familiæ, ducta ea fuerit. Codicis Cantabrigiensis a Rhoerio allati non aliam indolem esse lectiones eius suadere videntur; quarum una depravata Lib. I. Cap. XXXIII. p. 30. editionis Rigaltii ὃ δὲ εἰρήσεται, in editione Aldina bene se habet ὅμως δὲ εἰρήσεται, codice etiam utroque Marciano suffragante.

Michaelem Apostolium Byzantinum, virum eruditione præ-

præstantem, post captam a Turcis patriam, egestate laborantem, in Creta insula codicem exarasse, annotatio huiusmodi in fine posita ostendit: Μιχαῆλος Αποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἅλωσιν πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐν Κρήτῃ μετὰ πολλὰ ἄλλα ἐξέγραψε. Ac Apostolium equidem egestate adactum libros alios multos exscripsisse compertum est. Inter eos Marciani sex alii sunt, numeris CCLXVII. CCLXX. CCLXXII. CCLXXV. CCLXXXVI. CCCCXIV. notati; Parisienses decem a Montfauconio enumerati (*Palæogr. p.* 82.); Laurentiani quatuor apud Bandinium (*T. II. p.* 41. 480. 538. *T. III. p.* 361.); Palatini duo, nimirum Etymologicum Suidæ ac Theodoreti Curatio Græcarum affectionum, quibus Sylburgius in operum illorum editionibus usus est; Uratislaviensis bibliothecæ Rhedigerianæ Homeri poemata continens (*Fülleborn. lib. infr. citand. p.* 8.); Mutinensis, qui Diodorum Siculum habet, a Wesselingio in editione adhibitus; Vaticanus Stobæi Florilegium complectens, cuius meminit Schowius (*Charta Papyr. MS. Borg. p.* 140.); codex olim Aloysii Ferdinandi Marsilii Marchionis, Philostrati Icones & alia habens, cuius in fine Apostolius proprio testimonio βασιλεὺς τῶν τῇδε πενήτων appellatur (*Talman Elenchus Codd. Com. Aloys. Ferd. Marsigli p.* 4.), & alii fortasse qui modo haud mihi succurrunt. De Apostolio omnium uberrime disseruit Boernerus in opere de Doctis Hominibus Græcis litterarum Græcarum in Italia instauratoribus, an. 1750. Lipsiæ impresso: non is tamen quæ ad rem faciebant omnia attulit. Ad Apostolii scripta addendi Versus politici in fine Batrachomyomachiæ editionis Venetæ an. 1486. positi, & in editione Londinensi an. 1721. a Maittairio repræsentati; itidemque Oratio contra discipulos ex suis duos scelestissimos, Emanuelem Adramytenum & Emanuelem Helotam, quæ inedita in Museo Londinensi exstat (*Ayscough, Catalogue of the Ma-*

Manuscripts preserved in the British Museum T. II. p. 710.). Proverbia Græcorum ab eo collecta & a Petro Pantino Lugduni Batavorum an. *1619.* vulgata nemo nescit. Eadem in codice Parisiensi olim Regio n. 3059. esse, manu Apostolii ipsiusmet anno 1474. scripta, cum eius epistola ad Laurum Cyrinum Index bibliothecæ illius impressus denotat. At Laurus ille Quirinus est, e gente apud Venetos patricia, litteris clarus, qui & ipse Cretæ, ubi natus fuerat, vitam aliquandiu duxit: Apostolii vero epistola eadem in editione ad Casparem Zacchium Episcopum Volaterranum scripta apparet. Proverbia Sententiis, Apophthegmatibus, Præceptisque antiquorum Michael auxerat; quorum omnium collectio, Ἰωνιά inscripta, ab Arsenio filio Archiepiscopo Monembasiensi locupletata, & Leoni X. P. M. dicata, in codicibus Parisiensibus duobus (*n.* 3058. 3061.) in Laurentiano (*Bandini Catalog. T. I. p.* 547.) & in Mosquensi (*Matthæi Notit. Codd. Mosq. p.* 14.) inedita superest, magno admodum in pretio eadem habenda; quippe quæ multa continet nova, nec aliunde cognita, sive ex aliis perditis libris ducta: quod Wyttenbachius V. C., qui apographum codicis Mosquensis tractavit, affirmat (*Præf. in Plutarch. Moral. T. I. P. I. ed. Lips. 1796. p. LII.*). Apophthegmata vero inde sumpta Arsenius Romæ circa an. 1517. typis edidit. Michaelis Orationem funebrem pro Bessarione Cardinale ex codice Rhedigeriano, & ipso auctoris manu ex parte scripto, Lipsiæ anno *1793.* in lucem protulit, cum Oratione alia funebri Georgii Gemisti Plethonis, Petrus Gustavus Füllebornius; non sine tamen vitiosis lectionibus, quas ope codicis Parisiensis, cuius apographum habeo, emendare licet. Exstat eadem & in codice Matritensi, quem Iriarte refert p. 460.

Cod.

Cod. CCLXIX. membran. in fol. Saec. XII. — P.

Hippocratis Iusiurandum. Lex. De Arte. De prisca Medicina. Praeceptiones. De Medici decore. De natura hominis. De genitura. De natura pueri. De articulis. De humoribus. De nutritione. De ulceribus. De morbo sacro. De morbis Libri IV. De internis affectionibus. De victus ratione Lib. III. De insomniis. De visu. De diebus criticis. Aphorismi. Praenotiones. De victu in morbis acutis. De flatibus. Vectiarius. De ossium natura. De fracturis. De medici munere. De exsectione foetus. De morbis mulierum Lib. II. De sterilibus. De superfoetatione. De septimetri partu. De octimetri partu. De virginum morbis. De natura muliebri, liber in fine mutilus. De morbis popularibus Liber V. in fine mutilus, Liber VI. Liber VII. Epistolae. De insania. Epibomius, seu sermo ad Thessalos.

Accedunt Decretum Atheniensium in honorem Hippocratis, & Oratio Thessali Hippocratis filii legati ad Athenienses.

Locos nonnullos corruptione insignes, itidemque alios praesertim a Trillero & Corayo ex ingenio emendatos, cum expenderem, lectiones iam vulgatis nihilo meliores in iis esse vidi.

Hippocratis Vita ex Sorano praecedit, cum Lexico, quod in editionibus *Galeno* tribui solet: hic tamen decurtatum est.

Cod.

Cod. CCLXX. membran. in 4. Saec. XV. — V.

Aretaei De causis & signis acutorum morborum, a Lib. I. Cap. 6. ad finem Libri II. De causis & signis diuturnorum morborum Libri II. De morborum acutorum curatione Libri II. De morborum diuturnorum curatione Libri I. Capita V. priora, Caput XIV. Caput VIII. Libri II. Capita XII. & XIII. Libri I. Caput XIII. & hæc quidem mutila, ut reperiri solent.

Est codex adhibitus a Georgio Henischio Pannonio pro editione Augustæ Vindelicorum an. 1603; quod & ipse in præfatione declarat. Neque tamen ex eo absolute profecisse deprehendit, qui an. 1795. selecta loca inspexit, vir eiuscemodi rerum bene peritus, Carolus Weigel Lipsiensis.

Librarii manus ex codice CCLXVIII. aliisque innotescit, *Michaelis* scilicet *Apostolii*.

Cod. CCLXXI. chartac. in 4. Saec. XV. — V.

Dioscoridis de Materia Medica Libri V. quo ordine sunt in editionibus Aldinis ann. 1499. & 1518, ac in editione Saraceni an. 1598. Alexipharmaca & Theriaca. Textus editioni Aldinæ priori valde concors est tum in codice hoc, tum in iis qui sequuntur.

Duobus ex codicibus Dioscoridis Marcianis varias quasdam lectiones a Petro Victorio sumptas codex Cæsareus exhibet, a Lambecio relatus Lib. III. p. 344.

Dioscoridis exemplar ex editione Gr. Lat. Parisiensi an. 1549. in 8, *Melchioris Guilandini* Pruteni annotationibus au-

autographis refertum, in bibliotheca Marciana asservatur; de quo erit suo loco mihi dicendum.

Cod. CCLXXII. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

DIOSCORIDIS Materiæ Medicæ textus ordine alphabetico distributus: accedunt Alexipharmaca & Theriaca. A medio codice ad finem *Michael Apostolius* scripsit.

Cod. CCLXXIII. membran. in 8.
Sæc. XIII. — V.

EX libris quatuor prioribus DIOSCORIDIS Capita multa excerpta, nulloque ordine distributa insunt: quorum primum est De plantagine, Lib. II. n. 153. ultimum De Scorpioide, Lib. IV. n. 195. edit. Saraceni. Lectiones variæ, immo etiam monstruosæ, minime desunt. Auctoris nomen, ut in codicibus duobus Cæsareis insignibus, est Πεδακίν.

Cod. CCLXXIV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

THEOPHRASTI Historiæ Plantarum Libri IX. & De Caussis Plantarum Lib. VI.

MAXIMA textus cum Aldina editione anni 1497. consensio est, lacunis etiam iisdem Libro VII. Cap. 3. utrobique apparentibus. Annotationes duas de opere toto Bessario ad initium annis 1445. & 1447. scripsit, quas Villoisonius in

Anecdotis exhibuit T. II. p. 251. Idem etiam libri primi capita priora quinque recensuit, & glossas Latinas in margine adiecit. Lib. I. Cap. 1. p. 2. l. 29. edit. Bodæi, pro παχύτητι, ut in codice erat, is emendat τραχύτητα; quam lectionem Theodorus Gaza expressit, recepitque Io. Iac. Paullus Moldenhawerus p. 53. Tentaminis in Historiam Plantarum Theophrasti, an. 1791. Hamburgi impressi. Est vero reperta Bessarionis emendatio etiam in margine exemplaris Aldini an. 1497, in bibliotheca Regia Hafniensi asservati, cui Hermolaum Barbarum varias lectiones adscripsisse in Catalogo Gudiano p. 509. n. 12. & in ipso Moldenhaweri libello dictum est; quamvis Barbarum iam ab anno 1493. e vita excessisse constet. Capite II. p. 5. l. 20. edit. ἐκ τῶν αὐτῶν μεν, ὁπῶν, Cod. ἐκ τῶν μεν ὀπιῶν, Bessario γρ. ἐκ τῶν αὐτῶν μεν γάρ, ὀπῶν. Cap. V. p. 10. l. 49. edit. φρύγανον δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης καὶ πολυστέλεχες καὶ πολύκλαδον· οἷον βάτος, παλίουρος. πόα δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης &c. Cod. φρύγανον δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης φυλλοφόρον &c. Bessario θάμνος δὲ τὸ ἀπὸ ῥίζης πολυστέλεχον καὶ πολύκλαδον ἀναφερόμενον, οἷον ἡ βάτος, παλίουρος. φρύγανον δὲ.... πόα δὲ ἀπὸ ῥίζης &c. quem locum confusum mutilumque esse Gaza & alii deprehenderunt. Hæc pro specimine lectionis manuscriptæ sunto.

In fine accedit veluti pars libri decimi fragmentum ὁ μεν ὢν ὀπισμὸς &c. iuxta codices duos Laurentianos, uti libri decimi initium itidem eum afferentes, a Bandinio editum T. III. p. 431. quod attamen in libro IX. Capitibus 8. 9. & 10. locum habet suum. Eadem in codice Marciano & apud Bandinium lectio est: in fine autem Libri I. IV. & V. de Caussis Plantarum, quorum duo hi tanquam liber unus coniuncti sunt, initium librorum sequentium repetitur, quemadmodum in altero ex codicibus Laurentianis sæc. XIV. exarato (*Bandin. Catal. T. III. p. 249.*). Ex eo itaque codice, Bessarionis iussu, exemplar hoc Florentiæ sumpsit Deme-

metrius Sguropulus, librarius elegans quidem, at non satis accuratus, anno 1443, & in calce hæc posuit *Ἐγράφη ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ διὰ χειρὸς ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Συγεροπούλου τῷ ἁγιωτάτῳ τῷ ὄντι καὶ θειοτάτῳ μοι αὐθέντῃ καὶ δεσπότῃ Καρδιναλίῳ τίτλου τῶν ἁγίων δώδεκα Ἀποστόλων τῆς τοῦ Χριστοῦ ἁγίας καθολικῆς τε καὶ Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας κυρίῳ Βησσαρίωνι. μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἡμέρᾳ γʹ. ἰνδ. ϛʹ. ͵αυμγʹ.*

Sguropulo librario usus est etiam Franciscus Philelphus, cuius in gratiam Magnorum Moralium Aristotelis libri duo ac Demetrii Phalerei liber de Elocutione Mediolani ab eo exscripti in bibliotheca Laurentiana exstant (*Bandini Catal. T. III. p.* 227.); & Aristotelis Politica anno proximo Mediolani itidem exscripta in bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ supersunt (*Catalog. Bibl. p.* 340.).

Cod. CCLXXV. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

GALENI Ars Medica & alia eius quædam, in Indice impresso denotata, *Michaelis Apostolii* manu exscripta.

AD hunc ipsum codicem, ni fallor, respexit Ioannes Rhodius Danus, cum anno 1626. e Patavio ad Casparem Hofmannum ita scriberet: *Anno superiore Venetiis incidi inter alia MSS. in Artem Parvam charta & charactere vere Græcam, polite scriptam. Vestri non immemor, assumpto Bucretio, cum codice Græco Aldi singula diligenter contuli. Quædam deprehendi diversa, nec tamen, quantum in transitu observare licuit, semper meliora. Ista, qualiacunque sunt, nunc cum D. Meiero mitto. Interstinctiones etiam notavi, ne quid curiositati deesset. Adhibito codice Basileensi, quo hic* de-

destituimur, *minus fortasse discriminis erit*. *Nonnullis in locis supplementa videbis*, *quæ num in sola Aldina editione*, *an vero etiam in Basileensi desint*, *scire aveo* (inter Epist. Georg. Richteri Norimberg. 1662. p. 805.).

Cod. CCLXXIX. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

GALENI Libri Anatomici IX. & alia eius quædam opera, ut in Indice impresso; in quibus tamen Liber primus de alimentorum facultate a Capite septimo incipit.

LIBROS Anatomicos novem omnium primus Latine reddidit Demetrius Chalcondylas Atheniensis, unus ex Græcarum litterarum in Italia instauratoribus: quam interpretationem non Fabricius, non Hodius, non Boernerus, non Argelatus, non alii præcipui de Chalcondyla scriptores noverunt. Typis eam tamen commisit Bononiæ anno 1529. Iacobus Carpus, seu Iacobus Berengarius Carpensis, Anatomicorum sui temporis si non princeps, nemini certe inferior; eaque in editione etiam Petri Pomponatii, Lazari Bonamici, & Francisci Furnii opera usus ipse est, quemadmodum in eleganti ad Herculem Gonzagam Cardinalem epistola scripsit. Latuit Berengarii editio, quæ penes me est, bibliographos primæ notæ omnes, ac etiam Tiraboschium, dum fuse de Berengario dissereret (*Bibliot. Scritt. Modonesi Tom. I. p.* 215.); minime vero Ioannem Caium Britannum, qui in annotationibus ad libros Galeni Anatomicos, ad fidem huiusce codicis Marciani a se emendatos (*Caius de Libris propriis p.* 141.

p. 141. *ed. Londin.* 1719.), & cum aliis eius nonnullis an. 1544. Basileæ impressos, *Demetrius*, inquit, *a verbis nunquam recedit, sed verbum verbo fideliter reddit*. Etiam veteres Galeni editiones varietates versionis Demetrii in margine afferunt. Liber Galeni spurius de anatome oculorum, inter eius opera editionis Charterii T. X. p. 504. impressus, *ex Latina Demetrii Græci versione*, & ipse Chalcondylam interpretem habuisse omnino videtur.

Ad Cod. CCLXXXVI. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

Galeni de temperatura medicamentorum simplicium libri quinque priores manu *Michaelis Apostolii* scripti sunt: sex posteriores anno 1470. Æ. V. se scripsisse *Cosmas Hieromonachus* prodidit hac annotatione in fine posita Τὰ ὄπισθεν γραφέντα βιβλία ἓξ τοῦ Γαληνοῦ γέγραπται παρ' ἐμοῦ Κοσμᾶ ἀναξίου ἱερομονάχου, μηνὶ αὐγούστῳ ιγ' τῷ ͵ϛϡοη' ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν.

Ad Cod. CCLXXXIX. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Aetius, cuius libri medici septem priores insunt, Comes non Opsichii, sed Opsicii, Ὀψικίου, ad initium appellatur: quo de munere multa Cangius affert in Glossario Græco.

Ad Cod. CCXCI. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

HUNC præ ceteris AETII codicibus Marcianis, cum eos anno 1794. expenderet, ad novam editionem, quam moliebatur, tum, quod libros huiusce auctoris, qui restant, omnes contineat, tum quod variarum lectionum copia & bonitate se commendet, prodesse deprehendit, atque cum Aldina editione contulit Carolus Weigelius Lipsiensis; quem magna cum laude operam ea in re navare posse Specimen Aetianarum Exercitationum an. 1791. Lipsiæ ab eo editum haud mediocri argumento est.

Accedit AFRICANI Excerptum de Ponderibus & Mensuris Ἐκ τῶν Ἀφρικανοῦ περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. Inc. Ἐπειδὴ πολλαχοῦ σταθμῶν καὶ μέτρων ἐμνήσθην, δεῖ δὲ τῆς αὐτῶν συμμετρίας ἀκριβῶς &c. Fin. καὶ ταῦτα τῶν κοινῶν ἀριθμῶν ἐπιζητήματα παρακείσεται. Aetii libris in codicibus Parisiensibus 2191. 2192, Claromontano 338. aliisque adiunctum idem est; spectare autem videtur ad magnum Cestorum opus Sexti Iulii Africani nomine inscriptum, in quo ponderum mensurarumque mentio passim fit. Latine vertit, non accurate tamen, ac veluti *Africani de medelarum ponderibus mensurisque* inseruit Marcus Fabius Calvus Ravennas Hippocratis operibus a se quoque Latine redditis, quæ Romæ anno 1525. prodiere (*p. 697.*). Loca eius quædam, sed tanquam Heronis, neque de bono exemplari sumpta, Græce attulit Iosephus Scaliger de re nummaria antiquorum scribens (*Thesaur. Gronov. T. IX. p. 1516. & seq. ed. Lugd. Bat.*). Alia plura cum sincera lectione Salmasius postea dedit præsertim in Refutatione utriusque Elenchi Cercopetaviani, sub nomine Francisci Franci anno 1623. Parisiis edita (*pag. 19. 40. 58. &c.*); & ea quidem modo Heronis, modo Africani appel-

pellavit, quod in codicibus manuscriptis uterque auctor appareat. Neque aliunde sumpta Africani pauca, quæ cum Ioanne Walæo anno 1635. is communicavit (*Epistolar. p.* 142. 146.).

Annotatio sequitur de Mensuris sub titulo Ἑτέρως περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. Inc. Ὁ Ἀττικὸς χοίνιξ ἔχει κοτύλας δ' &c. Fin. δεῖ εἰδέναι ὅτι οἱ σταθμοὶ καὶ τὰ μέτρα ἐξαλλάσσουσι κατὰ τὸ πλεῖον καὶ ἔλαττον, πρὸς τὰ κλίματα.

Cod. CCXCII. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

PAULI ÆGINETAE Compendium Artis Medicæ multo emendatius in codice hoc exstat, quam in editione Basileensi an. 1538, quæ Aldina an. 1528. præstantior est. Aretæi nomen, non Aetii, uti perperam in editionibus, ad initium libri quarti recte se habet. Loca quædam deficiunt, quibus codex quoque Lascaris (Constantini, an Ioannis, ignotum) carebat, ex fide docti viri, a quo exemplar Aldinum recensitum in bibliotheca Marciana exstat. Inter ea desunt Lib. III, Cap. 1. Μανδραγόρου ῥίζης . . . . ξηρῶν: & Lib. eod. Cap. 25. Καῤῥοίου χλωροῦ . . . . ὀδόντας. Est vero exemplar illud emendationibus & additamentis tum ex Codicibus MSS., tum ex Guillelmi Copi Latina versione, tum vero etiam ex ingenio, charactere minime Italico adscriptis, refertum; opus utique hominis medica doctrina æque ac arte critica bene instructi.

De scriptione codicis hæc in fine sunt Ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἀτελοῦς ἀναγνώστου καὶ αἰχμαλωτεύτου Μιχαὴλ τοῦ Λυκαύδη τοῦ ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, μηνὶ αὐγούστῳ, ἰνδ. δ. ἔτους ,ςω τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, μετοικισμὸν ἀφεσκομένου μου ἐν τῇ

 νήσῳ

νήσῳ Κρήτῃ, διὰ τὸ τὴν ἐμὴν πατρίδα ὑπὸ τῶν ἀθέων αἰχμαλωτισθῆναι Περσῶν ἐν τῷ μηνὶ ὀκτωβρίῳ κδ'. ινδ. γ. ἔτους ,ςω τρισκαιδεκάτου, Περσαρχοῦντος τοῦ Σάσα. *Absolutus est liber hic manu mei humilis Lectoris & in magnam captivitatem redacti Michaelis Lulludæ Ephesini, mense Augusto, Indictione quarta, anno* 6814. (Æ. V. 1306.), *cum demigrassem in insulam Cretam, ob adductam in servitutem patriam meam ab impiis Persis mense Octobri, die* 24. *Indictione tertia, anno* 6813. (Æ. V. 1304.) *Persis imperante Sasa* (Casan - Khan).

Pauli Æginetæ codicem alium ab hoc ipso Lulluda anno 1299. scriptum, in bibliotheca, olim Regia, Parisiensi exstare, Montfauconius tradit Palæogr. p. 67.

Accedit Lexicon Botanicon, sine auctoris nomine. Inc. Ἀκτία ἡ χαμοξυλία &c.

Ad Cod. CCXCIII. membran. in 4. Sæc. XV.

QUOAD PAULUM ÆGINETAM & LEXICON BOTANICUM apographum codicis superioris est.

Opusculum de Urinis, quod THEOPHILO tribui solet, quamvis non integrum, emendatius tamen est, quam in editione Thomæ Guidoti Lugd. Batav. 1703.

Cod.

Cod. CCXCIV. chartac. in fol. Saec. XIII. — V.

ORIBASII De Medicamentis facile parabilibus Libri IV. ad Eunapium.

Hoc se usum codice fatetur Io. Baptista Rasarius Novariensis, publicus humanioris litteraturae apud nos professor, in Latina operis interpretatione an. 1557. Basileae impressa, haec dum scribit in Emendationibus librorum novem Oribasii eiusdem ad Eustathium: *Sed hic locus fuit a me iamdiu restitutus Libro primo Oribasii ad Eunapium Cap. XIV. idque beneficio vetusti codicis qui in bibliotheca D. Marci est.* Id an. 1553. & 1556. factum bibliothecae monumenta testantur.

GEOPONICORUM Libri XX. Sine ullo titulo, ullove prooemio, ab argumento libri primi initium fit; libri autem postremi excerpta tantummodo exstant. Lectio eadem est, quam codex Oxoniensis habet, Christophori Longolii sumptu exaratus, a Needhamo in editione Cantabrigiensi ann. 1704. adhibitus; quem quidem ex hoc ipso manasse coniicio, cum Longolio apud nos degenti bibliothecam Marcianam pro libito patuisse, ex ipsius & Guillelmi Budaei epistolis iam constet (*Longol. Ep. ad Sadolet. p.* 434. *Opp. ed. Lugd.* 1542. *Bud. Ep. ad Salmon. Macrin. & Lud. Ruz. p. 66. & 88. Epistol. edit. Basil.* 1521.)

Codicem a *Theophilo Rhacendita*, seu Monacho, in gratiam *Marciani Rhacenditae* Medici, exaratum fuisse, inficeta carmina Oribasio adiecta declarant: librarium tamen saepe errasse video.

Ad

Ad Cod. CCXCV. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

ALEXANDRI TRALLIANI Excerptis aliorum alia immixta sunt, nimirum: De podagra libellus ex doctrina XENONIS SYRACUSANI, aliorumque anonymorum. Tit. Βίβλος ποδαγρικὴ. Inc. Περὶ ποδαλγίας καὶ ἀρθρίτιδος. ἐκ τοῦ Ξένωνος τῆς Συρακούσης· ἡ ποδάγρα συμβαίνει ὅταν τῶν μορίων ἡ θρεπτικὴ δύναμις ἀσθενήσῃ &c. p. 85. Xenonis nomen apud Siculos non insolens Suidas obiicit, dum Acronem Agrigentinum Xenonis filium appellat. Si quis tamen in codice Zenonem denotari contendat, is medicos eius nominis habeat apud Fabricium Bibliot. Gr. T. XIII. p. 454. & Bandinium Bibl. Laurent. T. I. p. 265.

THEOCTISTI Medicamen adversus impetigines.

De Apum cura, ex GEOPONICIS Lib. XV. c. 2. sine titulo.

De Boum cura, ex GEOPONICIS Lib. XVII. Cap. 3. 13. sine titulo.

AELII PROMOTI Δυναμερὸν. Procemium inc. Ἐπειδὴ πολλοῖς ἐγγεγυμνασμένος &c. Capitibus CXXX. constat, quorum primum est πρὸς τὰς τῶν τριχῶν ῥύσεις &c. Opus omnino differt ab eius Syntagmate περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων, quod ex codice Vaticano Hieronymus Mercurialis attulit Var. Lect. Lib. III. C. 4. & de Venenis Lib. II, neque idem est cum alio inscripto ἰατρικὰ φυσικὰ καὶ ἀντιπαθητικὰ, cuius ex codice Leidensi Schneiderus in præfatione ad Nicandrum meminit. Δυναμερὸν, congeriem medicaminum κατὰ τόπους complectitur. Specimen operis, procemium scilicet & remedia quædam ad gingivarum ac dentium affectiones, ex

ex hoc ipso codice, Bongiovannii opera, dedit Ioannes a Bona, Medicus clari nominis, in Tractatu de Scorbuto an. 1761. Veronæ impresso p. 233.

Ad Cod. CCXCVI. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

LEXICON Medicum, cuius initium Ἀμάρακον καὶ λάκκαιδεμον est NEOPHYTI Monachi; quod etiam in codicibus Parisiensibus 2256. 2286., Taurinensi 346, Naniano 247, & aliis exstat.

Ad Cod. CCXCVII. chartac. in 8. Sæc. XIV. — V.

SIMEONIS SETHI opusculum de Medicina inscriptum Περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας, διὰ τῆς τῶν ἐξ αἰτιῶν συμμετρίας, inc. Ἀναγκαῖον πάντα τῷ βουλομένῳ παραμένειν αὐτῷ δικαίως τὴν ὑγείαν &c. ut in codice relato a Michaele Talman p. 23. Elenchi Librorum MSS. Aloysii Ferdinandi Marsilii Comitis, Vindobonæ an. 1702. in folio impressi. Sethi libellum etiam Fabricius denotat Bibl. Gr. T. X. p. 321.

Cod.

Cod. CCXCIX. membran. in fol. Sæc. XII. — P.

CHEMICORUM SCRIPTORUM Collectio.

EST Codex in Indice impresso non satis accurate relatus; itaque eundem totum denuo in conspectum eruditorum hominum dare atque illustrare præstat. Ac primum quidem ante scripta Chemica, in Indice denotata, hæc sunt.

INDEX Scriptorum Chemicorum, sub titulo *Βίβλυ σοφῶν πέφυκα σὺν θεῷ πίναξ*. Hunc a V. C. Iacobo Philippo Dorvillio, qui ex hoc ipso codice eundem cum aliis, quæ sequuntur, quibusdam descripserat, acceptum Io. Stephanus Bernard edidit post Palladium de Febribus Lugduni Batavorum an. 1745. impressum p. 114. non sine tamen erroribus. Nam pag. 114. pro *οἰκονομικῦ* codex habet *οἰκεμενικῦ*: p. 116. post *Ὀλυμπιοδώρυ* &c. codex addit *Ζωσίμυ πρὸς Θεόδωρον κεφάλαια ιέ*. *Ἀνεπιγράφυ φιλοσόφυ περὶ χρυσοποιίας*. At scripta codice comprehensa cum Indice non conveniunt, prout ex collatione cognoscere est.

CARMEN, quod collectionem totam præcedit, inc. *Τὴν βίβλον, ὄλβον* &c. Editum a Bernard ibidem p. 149.

NOTAE CHEMICAE cum explicatione, hoc titulo *Σημεῖα τῆς ἐπιστήμης τῶν ἐγκειμένων ἐν τοῖς τεχνικοῖς συγγράμμασι τῶν φιλοσόφων, καὶ μάλιστα τῆς παρ' αὐτοῖς λεγομένης φιλοσοφίας*. Fere omnes ex codicibus Parisiensibus a Cangio editæ Glossar. T. II. in fin. p. 8. De his tamen animadvertendum ex Montfauconio Palæogr. p. 375, cum procul Cangii conspectum typis datæ sint, nævos multos in earum impressione irrepsisse, neque verba semper notis respondere.

No-

Nomina Philosophorum divinæ scientiæ & artis. Inc. Μωσῆς &c. Ut Bernard edidit p. 117.

Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani Ὀνειροκριτικόν. Editum a Rigaltio cum Artemidoro, sine tamen versibus nonnullis in codice præfixis.

Prognostica ad quatuor anni tempora resque georgicas spectantia. Edita inter scripta Geoponica Lib. I. Cap. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11.

Deinde Scripta Chemica hoc ordine sequuntur.

Stephani Alexandrini Philosophi universalis Actiones novem. Inc. Θεὸν τὸν πάντων ἀγαθῶν αἴτιον &c. Latine redditæ a Dominico Pizimentio impressæ sunt cum Democrito Abderita de Arte Magna, ex eiusdem versione, Patavii 1573. in 8. Actionem tamen primam Græce ac Latine ex codice Uratislaviensi Christianus Godofr. Gruner vulgavit Ienæ an. 1777. Inter Actiones est

Eiusdem Epistola ad Theodorum. Inc. Περὶ τοῦ ἀγροῦ. Latine reddita a Pizimentio est cum Democrito edit. cit.

Heliodori Philosophi ad Theodosium Imp. de mystica Philosophorum arte Iambi. Inc. Σκῆπτρα γένους μέλλοντες ὡς παῦ ἐμφανὲς &c. Edidit Fabricius B. G. T. VI. p. 790. Excerpta codicis huius cum variis lectionibus dedit Bernard p. 151. & seq.

Theophrasti Philosophi De Arte Divina, carmine iambico. Inc. Οἱ τῶν σοφιστῶν ἄνδρες ὥσπερ ῥήτορες &c. Excerpta dedit Bernard p. 154.

Hie-

Hierothei Philosophi De eadem Arte, carmine iambico. Inc. Ἀπάρχομαι προσπλέξας ἀφραδίσαστον &c. Excerpta apud Bernard p. 157.

Archelai Philosophi De eadem Arte, carmine iambico. Inc. Ἡ πάνσοφος καὶ θεία τέχνη τῶν σοφῶν &c. Excerpta dedit Bernard p. 163.

Ad finem in margine accedit Διάγραμμα τῆς μεγάλης ἠλιουργίας παραβαλλόμενον, εἰς τὴν οἰκονομίαν τοῦ παντός. Ἰστέον ὅτι ἡ μεγάλη ἠλιουργία &c.

Pelagii Philosophi De divina & sacra Arte. Inc. Οἱ μὲν προγενέστεροι &c. Latine ex versione Pizimentii cum Democrito prodiit.

Ostani Philosophi ad Petasium De sacra & divina Arte. Inc. Τῆς φύσεως τὸ ἄτρεπτον &c.

Democriti Physica & Mystica. Inc. Βαλὼν εἰς λίτραν α'. πορφύρας &c. Spectant hæc ad tincturam purpuream faciendam, primum edita a Bulengero De Imperio Romano Lib. VI. Cap. 68. quæ Michael Rosa in opere *Delle Porpore e delle materie vestiarie presso gli Antichi*, Mutinæ an. 1786. impresso, denno repræsentavit (*p.* 195.); Salmasius autem fragmenta quædam in Notis ad Tertullianum de Pallio, ad fidem codicis manuscripti, attulerat (*p.* 188. *ed. Lugd. Bat.* 1656). Absque ulla distinctione sequitur Democriti fragmentum eadem de re a Bulengero itidem prolatum; cum Democriti Necyomantia a Lambecio vulgatum ex codice Vindobonensi Cæsareo Lib. VI. p. 386. nov. edit. Accedunt quæ sub Democriti nomine ex versione Latina Pizimentii an. 1573. Patavii impressa sunt, facto initio a verbis Ἡ φύσις τῇ φύσει τέρπεται &c.

Sy-

Synesii ad Dioscorum in librum Democriti Scholia. Inc. Τῆς πεμφθείσης μοι ἐπιστολῆς &c. Edita cum Democrito, ut supra. Textum Græcum postea Fabricius vulgavit B. G. T. VIII. p. 233.

Anepigraphi Philosophi περὶ θείου ὕδατος τῆς λευκώσεως. Inc. Καθ' ὅσον ἡ χρεία καλεῖ &c. Est etiam in codice Cæsareo Vindobonensi apud Lambecium Lib. VI. p. 397. in Laurentiano apud Bandinium T. III. p. 352. aliisque. Quæ sequuntur in aliis quoque codicibus reperiri solent.

Eiusdem κατὰ ἀκολουθείαν χρήσεως ἐμφαῖνον τὸ τῆς χρυσοποιίας συνεπτυγμένον. Inc. Ε'πεὶ δὲ &c.

Zosimi De Virtute. Inc. Θέσις ὑδάτων &c.

Eiusdem De Asbesto. Inc. Ζώσιμος λέγει περὶ τῆ ἀσβέςυ Δῆλα ὑμῖν ποιῦμαι &c. Est etiam in codice Laurentiano allato apud Bandinium.

Agathodaemonis & Hermetis Fragmenta duo, ut apud Lambecium Lib. VI. p. 404.

Experimenta Chemica, sine auctoris nomine, his titulis Ο῞τι σύνθετον καὶ ὐκ ἁπλῦν τὸ εἶδος, καὶ τίς ἡ οἰκονομία. Ποίησις μᾶλλον τῦ παντὸς. Α῎λλως ἡ οἰκονομία. Τίς ἡ τῶν ἀρχαίων ἄσβεςος. Α῎λλη οἰκονομία τῆς ἀσβέςυ. Ε῞τεραι ποιήσεις ἀσβέςυ. Zosimi, Nili, & Iulii Africani esse videntur ex Indice præfixo. Sunt etiam in codicibus Vindobonensi & Laurentiano.

Anonymi auctoris Christiani De divina Aqua ad Sergium. Inc. Ο' περὶ τῦ θείυ ὕδατος &c. Tit. Τῦ αὐτῦ Χριςιανῦ, ut apud Lambecium & Bandinium. Finis deest.

La-

LABYRINTHUM SALOMONIS recentiori manu delineatum inseritur hoc titulo Λαβύρινθος ὅνπερ Σολομὼν ἐτεκτήνατο, versiculis iambicis quatuor ac viginti subiectis, quorum primi

Εἴ τινα λαβύρινθον ἀκύεις, ξένε,

Ὅνπερ Σολομὼν σύντος ἐκτυπώσας &c.

Huiusmodi figmentum esse quoque in codice Chemicorum Græcorum Ambrosiano, qui ex hoc fortasse prodiit, Montfauconius refert Palæogr. p. 374.

MODI quatuor tingendi ferrum, quorum primus apud Indos inventus, ab iis ad Persas, deinde ad Græcos transiit. Accedunt περὶ ποιήσεως ἀσήμου, περὶ κινναβάρεως, περὶ ὑδραργύρου, ut in Indice ad initium codicis posito.

EX CLEOPATRAE scriptis de Mensuris & Ponderibus. Inc. Ἡ μνᾶ ὄνομα ἔχει σταθμοῦ. Fere totum in editione Galeni Basileensi T. IV. p. 467. Pauca quædam ex cod. MS. postea Bulengerus dedit De Imp. Rom. Lib. VI. Cap. 65.

ANONYMI CHRISTIANI περὶ ἀσταθείας τοῦ χρυσοῦ. Inc. Τῆς δεσπέρας πραγματείας &c. Ut in codice Laurentiano apud Bandinium T. III. p. 350. Initium edidit Bernard post Palladium de Febribus p. 163.

CAPITA DUO, alterum de tinctura æris apud Persas, iam a tempore dominationis Philippi; alterum de tinctura ferri Indici. Ut apud Lambecium Lib. VI. p. 406. nov. edit.

ANONYMI CHRISTIANI Mysteria quædam Chemica, quorum titulus & initium Τοῦ Χριστιανοῦ Σύνοψις, ὡς ἡ αἰτία τῆς προκειμένης συγγραφῆς. Πολλάκις ὑμῖν ἐφόδοις &c. Apud Lambecium l. c.

QUI-

Quibus moribus oporteat esse huius scientiæ participem. Inc. Χρεὼν εἶναι τὸν μετιόντα &c. Accedit Iurisiurandi Formula Ὄμνυμί σοι, καλὲ παῖ &c. Ut apud Fabricium B. G. T. XII. p. 761.

Lexicon alphabeticum Chrysopœiæ. Inc. Ἀφροδίτης σπέρμα, ἐστὶν αὖθος χαλκοῦ. Glossæ Chemicæ sunt, a Cangio in Glossario passim allatæ, deinde ex apographo Dorvillii, qui eas de hoc ipso codice descripserat, & annotationibus illustraverat, a Bernard prolatæ lib. cit. p. 120.

Anonymi Secreta Chemica. Inc. Περὶ ξηρίου. Τρεῖς δυνάμεις εἰσὶ &c. Ut apud Lambecium l. c.

Olympiodori Philosophi Alexandrini εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Inc. Γίνεται δὲ ἡ ταριχεία &c. Excerpta sunt apud Fabricium B. G. T. XII. p. 764.

Zosimi Capita ad Theodorum. Inc. Περὶ ἐτησίου &c. Ut apud Lambecium lib. cit. p. 405.

Anonymi cuiusdam Philosophi Syngramma Chemicum. Inc. Τὸ ὠὸν &c. Apud Lambecium p. 425. & Fabricium B. G. T. XII. p. 765. n. 22.

Pappi Philosophi De re Chemica. Inc. Ὁρκῶ ἐν &c. Ut apud Lambecium p. 425. & Fabricinm p. 766. n. 23.

Moysis Δίπλωσις. Apud Lambecium p. 426.

Eugenii Fragmentum. Apud eundem ibidem.

Hierothei De sacra Arte. Ut apud Lambecium p. 427. & Fabricium p. 766. n. 25.

Zosimi περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων. Inc. Η' τῆς ὁρωμένης καμίνου ἀναγραφὴ &c. Ut apud Lambecium p. 405. Accedit eiusdem Fragmentum περὶ τοῦ θείου ὕδατος.

Eiusdem περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων γνήσια ὑπομνήματα. Inc. Τὸ ω̃ στοιχεῖον &c. Ut apud Lambecium p. 405.

Ad Cod. CCCII. chart. in 4. Saec. XV. — V.

Euclidis Elementorum Libri XIII. priores & Data, cum aliis aliorum de rebus Mathematicis, quae Index impressus demonstrat, maxima ex parte Bessarionis manu scripta sunt.

Ptolemaei Magna Syntaxis ab erroribus, quibus in editione Basileensi an. 1538. scatet, huius praesertim codicis ope emaculari potest; est quippe emendatior aliis qui in bibliotheca supersunt.

Ad initium Petrus Bembus, postea Cardinalis, bibliothecae Praefectus cum esset, sic annotavit: *Perquisitus a me, cum furto sublatus fuisset, & multa diligentia adhibita, Bononiae repertus, ac bibliothecae restitutus prid. idus Octobres MDXXXII. Bembus.*

His lucem affundit Bembi ipsius epistola ad Franciscum Guicciardinium Bononiae Praesidem anno eodem 1532. scripta; ex qua Malatestae cuidam Mantuani Principis legato codicem ante plures annos mutuo datum fuisse apparet (*Bem-*

(*Bembo Lett. Volg. Vol. III. Lib. 9. p. 326. edit. Venet.* 1552.).

Ad Cod. CCCIII. chartac. in fol. Sæc. XIV. — V.

THEONIS Smyrnæi Commentatio de iis quæ in Mathematicis utilia sunt una eademque manu scriptum titulum fert Θέων© Σμυρναίυ Τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρησίμων. Astronomica tota ea est, ac partem conficit operis a Theone compositi περὶ τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνο© ἀνάγνωσιν: quo quidem in opere de Arithmetica, Musica, Geometria, Stereometria, & Astronomia singulatim se tractaturum (*pag.* 2. 22. *edit. Bullialdi*), ac demum de Harmonia mundi dissertationem additurum ipse prodiderat (*p.* 73. *edit.*). Quæ ad Arithmeticam & Musicam tantummodo spectant Ismael Bullialdus an. 1644. Parisiis vulgavit: pars vero hæc de re Astronomica typis nunquam commissa est, neque nisi fragmentum valde exiguum, verbis aliis conceptum, idemque male habitum, doctrinæ ea contentæ, Bullialdo edente, prodiit (*p.* 189. *lib. cit.*). Fuit eadem penes Carolum de Montchal Cardinalem, Labbæo teste (*Bibliot. Nov. MSS. p.* 191.), qui initium dum affert, rem extra dubium ponit: codex ille tamen a recenti manu erat, iuxta Montfauconium (*Bibl. MSS. p.* 896.). In bibliotheca quoque Ambrosiana exstitisse Bullialdus innuit (*p.* 9. *præf. lib. cit.*) scribens; *Iam ad calcem impressio huius libri perducta erat, cum ex Italia reversus ad nos V. C. & eruditissimus Isaacus Vossius Gerardi F. amicus noster, monuit exstare adhuc in bibliotheca Ambrosiana Mediolani Tractatum de Astronomia, in quo plura egregia animadvertit,*

quantum ei regionis illius consuetudo permisit. Hunc si obtinere aliquando possumus, publici iuris fieri procurabimus. Fortasse adhuc in codice illo Ambrosiano, vel Escurialensi, aliisve a Montfauconio leviter indicatis (*Bibl. MSS. p.* 505. 624. *& alibi*) scripta Theonis tria de Arithmetica, Musica & Astronomia supersunt. At certe quæ ad facultates duas priores pertinent frequenter in codicibus occurrunt: quæ ad Astronomiam, vix unquam se se in conspectum dant, magno quamvis in pretio habenda ea sint, cum ob auctoris antiquitatem atque nomen, tum ob priscorum Astronomorum placita, reconditæ fere omnia eruditionis, a Theone allata; Endoxi nimirum, Menechmi, Calippi, Eudemi, Alexandri Ætoli nuncupati, Eratosthenis, Hipparchi, Thrasylli, præsertim vero Adrasti, cuius doctrinam, vel præcipuis historiæ Astronomiæ scriptoribus incompertam, sectatur atque explicat, testimoniis etiam ipsius passim allatis: accedunt vero quædam etiam ab Astronomis pervulgati nominis, scriptoribusque aliis petita, quæ opusculi pretium augent. Utinam abbreviatus vel interpolatus nullibi textus esset, librarius autem accuratior codici saltem obtigisset! qui ceteroquin etiam diagrammata viginti, ad perceptionem doctrinarum plane necessaria, adiecta offert.

Initium fit ab his, quæ auctoris mentem declarant: *Ὅτι πᾶς ὁ κόσμος σφαιρικὸς, μέση δ' αὐτοῦ ἡ γῆ σφαιροειδὴς οὖσα καὶ αὐτὴ, κέντρου μὲν κατὰ τὴν θέσιν, σημείου δὲ κατὰ τὸ μέγεθος λόγον ἔχουσα, πρὸς τὸ πᾶν ἀνάγκη προκαταστήσασθαι πρὸ τῶν ἄλλων. ἡ μὲν γὰρ ἀκριβεστέρα τούτων ἀφήγησις μακροτέρας σκέψεως δεῖται, ὡς λόγων πλειόνων. ἐξαρκέσει δὲ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων παραδοθήσεσθαι σύνοψιν, μόνον μνημονεῦσαι τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀδράστου κεφαλαιωδῶς παραδοθέντων.*

Ὅτι γὰρ σφαιρικὸς ὁ κόσμος καὶ ἡ γῆ σφαιρικὴ, κέντρου μὲν κατὰ τὴν θέσιν, σημείου δὲ κατὰ τὸ μέγεθος πρὸς τὸ πᾶν λόγον ἔχουσα, δῆλον &c.

In-

Inter testimonia veterum allata insignem locum tenent Alexandro Ætolo adscripta Carmina Astronomica; quæ ex hoc ipso Theonis commentario sumpta ab Isaaco Vossio Thomas Galeus habuit, ediditque post Historiæ Poeticæ Scriptores (*p.* 149.); Alexandro autem Ephesio, cui Λύχνος cognomen, tribuenda esse Brunckius præsertim statuit (*ad Analect. T. III. p.* 98.). Commentarios suos in Platonem de Republica, quorum indicium leve apud Fabricium est (*Bibl. Gr. T. III. p.* 92. *n. e.*), Theo citat, Sphæramque ad eius mentem a se constructam profert, ordine planetarum ex doctrina Platonis tradito, inquiens Ταῦτα μὲν ὧν καὶ ὁ Πλάτων, ὧν τὴν ἐξήγησιν ἐν τοῖς τῆς πολιτείας ποιούμεθα ὑπομνήμασι· κατεσκευάσθαι δ' ἡμῖν καὶ σφαιροποιΐα κατὰ τὰ εἰρημένα· καὶ γὰρ αὐτός φησι ὁ Πλάτων, ὅτι τὸ ἄνευ τῶν δι' ὄψεως μιμημάτων, τὰ τοιαῦτα ἐθέλειν ἐκδιδάσκειν, μάταιος πόνος: ac deinde rursus ὡς ἐπὶ τῆς σφαιροποιΐας τῆς Πλατονικῆς ὑφ' ἡμῶν ὑποδείκνυται.

Illud vero annotatione dignum est, fragmentum de inventoribus in rebus mathematicis, qualecumque tandem ipsum sit, itidem inscriptum Τίς τί εὗρεν ἐν μαθηματικοῖς; quod veluti Anatolii Alexandrini cum eiusdem aliis ex apographo Holstenii, qui de codice Peirescii sumpserat, a Fabricio editum est (*B. G. T. III. p.* 278.), æque ac aliud sequens Ὅτι οἱ ἀπλανεῖς κινοῦνται &c., ex hoc scripto syllabatim sumptum fuisse, atque adeo utrumque Theoni restituendum.

Finem Theo hisce verbis imponit Ταυτὶ μὲν τὰ ἀναγκαιότατα, καὶ ἐξ ἀστρολογίας κυριώτατα πρὸς τὴν τῶν Πλατωνικῶν ἀνάγνωσιν. ἐπεὶ δὲ ἔφαμεν εἶναι μουσικὴν καὶ ἁρμονίαν τὴν μὲν ἐν ὀργάνοις, τὴν δὲ ἐν κόσμῳ, καὶ περὶ τῆς ἐν κόσμῳ τὰ ἀναγκαῖα ταῦτα ἑξῆς ἐπηγγειλάμεθα, μετὰ τὴν περὶ ἀστρολογίας παράδοσιν· ταύτην γὰρ ἔφη καὶ Πλάτων ἐν τοῖς μαθήμασι πέμπτην εἶναι μετ' ἀριθμητικὴν, γεωμετρίαν, στερεομετρίαν, ἀστρονομίαν· ἃ καὶ περὶ τούτων ἐν κεφαλαίοις παραδείκνυσιν ὁ Θράσυλλος, σὺν οἷς καὶ

αὐτοὶ προεξειργασάμεθα, δηλοτέον. His autem ad tractationem de harmonia mundi auctor gressum sibi fecerat; de qua, postquam artium Mathematicarum omnium ad lectionem Platonis utilium præcepta tradidisset, se scripturum, ut ab initio dixi, promiserat. Ex hisce omnibus quisque cum Baillio (*Histoire de l'Astronomie moderne T. I. p.* 504.) intelligit commentationem hanc, si non ad Astronomiæ scientiam provehendam, ad historiam saltem eius peruoscendam valde prodesse, atque cum laude evulgari omnino posse. Id attamen recte ut fieri queat, optandum ut exemplar emendatius nancisci liceat.

Sereni ex Assumptis Fragmentum Astronomicum accedit, inscriptum *Σερήνου τοῦ φιλοσόφου ἐκ τῶν λημμάτων*. Inc. *Ἐὰν κύκλον* &c. des. *τὸ ἐλάχιστα κινούμενος*. Hisce verbis commentationem superiorem Theonis absolvi Index impressus perperam denotat, Labbæi errore in deuotatioue codicis Moutchaliani repetito.

Ptolemæi Magna Syntaxis, libris tredecim distincta, in hoc quoque codice multo emendatior, quam in editione Basileensi, est.

Prolegomena inedita adsunt, de quibus ad Cod. CCCXIII. dicam, eaque unum Diophantum auctorem præ se ferunt.

In libros tres priores Scholia eadem accedunt, quæ manuscripta reperiri solent, ex commentario autem Theonis magnam partem sumpta sunt. Bessario auuotatiunculas passim adiecit.

In librum quartum Theonis commentarius est in margine aliena manu adiectus.

Post indicem eorum quæ libro quinto continentur annotatio exstat de *Empedoclis* & *Eratosthenis* quoad solis & lunæ

næ a terra distantiam; quam codices Marciani alii eodem loco habent, ac Laurentianus quoque apud Bandinium T. II. p. 1. Ne singulare quidpiam videatur, monere placet, eam iisdem fere verbis apud Stobæum exstare Eclog. Physic. Lib. I. Cap. 27. edit. Heeren T. II. p. 566.

Pappi Commentarius libro quinto accedit, sine tamen supplemento Theonis, in editione Norimbergensi inserto; cuius loco pauca quædam male cohærentia codex habet. Emendatior tamen Pappi textus, quam in ea editione, est.

Librum sextum commentarius Theonis in eundem sequitur, initio tamen & alibi mutilus, præsertim vero ab iis verbis *Ἐκκείσθω τῶν λεχθέντων ἕνεκεν* &c. pag. 278. l. 6. edit. usque ad verba *ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν* &c. p. 281. l. 22. quæ quidem absque ullo omissionis indicio deficiunt.

Pappi Scholion in librum eundem sextum pag. 97. t. ante tamen eiusdem commentarium in librum quintum descriptum, inc. *Πρῶτον μὲν γὰρ ἵνα πάλιν καὶ τὰς τῶν μηνῶν σεληνιακῶν ἐποχὰς, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας ἐποχὰς ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων* &c. Scholion aliud Pappi in hunc ipsum librum sextum codex antiquus Laurentianus habet, a Bandinio relatus T. II. p. 36. itidemque Norimbergensis, apud Murrium (*Memorabil. Biblioth. Norimb. T. I. p.* 48. 430.). Ex commentario Pappi in hunc librum, præter fragmenta hæc duo inedita, nihil fortasse superest.

Ante Procli Paraphrasim quatuor librorum Ptolemæi de siderum effectionibus, quæ titulo caret, incipit autem *Τῶν ἀσαφῶς εἰρημένων* &c. annotatio hæc manu Bessarionis exstat

Εὕρηται ἐν τινι ἀρχαίῳ βιβλίῳ γράμμασι νεωτέροις τοῦ Πρόκλου εἶναι εἰς τὴν Πτολεμαίου τετράβιβλον ὑπογεγραμμένην ἐξήγησιν.

HIPPARCHO adscriptæ denominationes signorum Zodiaci, ex Ægyptiorum rebus nonnunquam derivatæ, neque inter scripta eius impressa exstant, neque auctorem eum habere videntur. Inc. Κριὸς λέγεται, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ μηνὶ ἄρχεται &c.

AMMONII Expositio Astrolabii sequitur sine titulo, ac propterea ab Indicis impressi auctoribus prætermissa, cuius initium Εἰ βούλει γινώσκειν τὴν τοῦ ἀστρολάβου &c. Eadem sine inscriptione itidem in codicibus Marcianis CCCVIII. & CCCXXXIII. exstat. Auctorem tamen ex codice Laurentiano Bandinius indicat in Catalogo T. II. p. 40. Ac re quidem vera Ioannes Philoponus Ammonii discipulus scriptum præceptoris laudat in opusculo inedito eiusdem argumenti, hæc initio scribens iuxta hunc ipsum codicem, & alium Marcianum CCCXXIII: ἤδη μὲν ἱκανῶς Ἀμμωνίῳ τῷ φιλοσοφωτάτῳ ἡμῶν διδασκάλῳ τὴν περὶ τούτου πραγματείαν ἐσπουδασμένην, πλείον[ος] δὲ ὅμως δεομένην σαφηνείας, καὶ ὑφ᾽ ἡμῶν δέον κατὰ τὸ παρὸν ἐξηγηθῆναι, ὡς ἂν καὶ τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα πεπαιδευμένοις ἄληπτος γένοιτο &c. Expositionis Ammonii Latina interpretatio a Georgio Vallà facta, anno 1498. Venetiis impressa cum aliis ab hoc itidem ex Græco redditis, Nicephorum auctorem male præfert.

MAXIMI PLANUDIS Psiphophoria secundum Indos in Indice denotata opus est sine auctoris nomine inscriptum Ψηφοφορία κατ᾽ Ἰνδοὺς, ἡ λεγομένη μεγάλη. Inc. Εἴπωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ψήφων τῆς ἀστρονομίας. Ἴσθι ὡς ὁ ἀριθμὸς ἐπεὶ ἔχει τὸ ἄπειρον, τοῦ δὲ ἀπείρου γνῶσις οὐκ ἔστιν, ἐφεῦρον οἱ φιλόσοφοι ἀστρονόμοι σχήματα τινὰ &c. Fin. τὸ τῶν πλευρῶν ἐζήτεις ἄθροισμα. Eodem titulo eodemque initio, ex quo operis alius pars esse

se videtur, erat in codice Otthoboniano a Montfauconio relato (*Bibl. MSS. p.* 187.). Est vero uberior tractatio hæc, quam alia Planudis nomine inscripta, in cod. CCCXXIII. exarata, & non pauca ad Astronomicas potissimum supputationes utilia præterea continet; iisdem licet doctrinis ac interdum iisdem quoque verbis adhibitis. Differentiam non animadvertit Villoisonius, qui de codice utroque scripsit, ac si unum idemque opus inesset; & numerorum figuras ære expressas ex utroque dedit Anecdot. T. I. p. 153.

Ad Cod. CCCIV. chartac. in 4. Sæc. XV. – V.

Euclidis Optica quoad textum varietates codicis Bodleiani & Regii a Davide Gregorio in editione operum Euclidis omnium Oxoniensi an. 1703. allatas identidem admittit: ex Scholiis antiquis editionis illius nonnulla habet, nonnulla etiam quæ in eo non prodiere. Bessario, qui pro suo mathematicarum artium studio per codicem totum annotatiunculas adiecit, in opere Euclideo Propositionis septimæ, quæ in codice octava est, aliud theorema, aliamque demonstrationem, quorum indicium nullum in editione est, ad marginem scripsit, eiuscemodi initio *Ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ἔχει ἡ τοῦ θεωρήματος ἔκθεσις καὶ δεῖξις οὕτως. Ἔστω δύο τὰ μεγέθη τὰ* ΑΒ, ΓΔ.

Cod.

Cod. CCCV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

Archimedis opera cum Eutocii commentariis ab inepto librario cum describerentur, Bessario manu sua passim supplevit, ne, quod non raro faciebat, pro veris lectionibus, in rebus sibi incomprehensis, monstra verborum ille poneret. Est codex mutuo datus Federico Commandino, an. 1553. Venetiis cum Ranutio Farnesio Cardinali degenti: at quem ex eo fructum ceperit, minime constat. Totum sibi conferri curavit vir mathematicis disciplinis æque ac litteris Græcis optime instructus Iosephus Torellius Veronensis; a quo restitutus Archimedes, Oxonii an. 1792. impressus prodiit, cum emendationibus non multis, variisque lectionibus luce dignis ex hoc ipso codice sumptis (*Vide præfat. p.* xvi.). Hic initio mutilus Archimedis scripta eodem ordine continet, quo sunt in codice Laurentiano apud Bandinium **T. II.** p. 14. immo vero easdem cum illo lectiones, in Oxoniensi editione vulgatas, habere solet: reliquas differentes librarii incuria fortasse fudit; ut proinde codex uterque unius eiusdemque familiæ esse videatur.

Sequuntur, uti post Archimedem in codice Regio Parisiensi 2361. & in Laurentiano apud Bandinium **T. II.** p. 15. Heronis de Mensuris Ἥρωνος περὶ μέτρων. Inc. Τῶν στερεῶν ἐστιν εἴδη γ', εὐθυμετρικὸν, ἐπίπεδον, στερεὸν &c. Variarum rerum, nempe putei, lapidis quadrati, columnæ, navis &c. ædificiorumque præstantium dimensiones continentur, ex opere maiori fortasse sumptæ: neque tamen insunt quæ de mensuris excerpta ex Heronis opere inscripto εἰσαγωγαὶ τῶν γεωμετρουμένων Monachi Sancti Mauri edidere in Analectis Græcis an. 1688. Parisiis impressis.

De Ponderibus. Inc. Τάλαντον τὸ (Alexandrinum) ρκε λι-

λιτρῶν ὑπάρχει, κατὰ δὲ τὰς λεπτότητας &c. Sub Heronis nomine, ex codice manuscripto Parisiensi, passim attulit Salmasius in Confutatione Animadversorum Antonii Cercoetii ad suas in Tertullianum de Pallio notas, sub Francisci Franci nomine impressa Midelburgi an. 1623. (*pag.* 90. 91. 102. 105. &c.) & in Refutatione utriusque Elenchi Cercopetaviani, larvato eodem Francisci Franci nomine, Parisiis anno ipso 1623. impressa (*pag.* 17. 18. 26. 32. 37. 77.).

De Mensuris. Inc. Κόρος, μόδιοι ιλ'. παρ' Ἑβραίοις δὲ χὸρ λέγεται. λίθοι &c.

Ad Cod. CCCVI. membran. in 4. Sæc. XIII. — P.

PROCLI Commentarius in librum primum Elementorum Euclidis ad initium mutilus est, pagina una codicis deficiente, non dilaniatus, quemadmodum in editione Basileensi an. 1535. esse Franciscus Barocius noster aperte dixit; sed fide & accurate descriptus, passim emendationes & supplementa confirmat a Thoma Burgessio V. C. ex codice Leidensi an. 1792. in Speciminibus Musei Oxoniensis edita: non tamen insigne supplementum habet ad pag. 24. v. 5. edit. Basil. ex codice Bodleiano vulgatum. Novas praeterea emendationes codex offert, quæ Burgessio non suppeditavit Leidensis. Sic Ed. p. 19. v. 10. καὶ ἀπὸ τῆς * ἡ μετάβασις, MS. καὶ ἀπὸ τῆς ἐπὶ νῦν ἡ μετάβασις: p. 19. v. 12. περὶ Αἰγυπτίοις, MS. παρ' Αἰγυπτίοις: p. 20. v. 17. post ἀφαίρεσιν hæc insunt, iam a Barocio latine reddita τῶν εἰδῶν, τὴν δὲ ὁριστικὴν ἐν τοῖς ἀπαιδεύτοις λόγοις, τὴν δὲ ἀποδεικτικὴν ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν ἀρχῶν εἰς τὰ ζητούμενα μεταβάσεσι, τὴν δὲ ἀναλυτικὴν &c.

Cod.

Cod. CCCVII. membran. in 4.
Saec. XII. — P.

THEONIS Smyrnaei De iis quae in Mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt.

ETSI non multa ad THEONIS scripta de Arithmetica & Musica, quae sola in codice hoc sunt, emendanda textus offerat, si eum edito Parisiis anno 1644. ab Ismaele Bullialdo comparetur; in antiqua tamen inscriptione ab Evandro relata ΕΡΩΤΙ, pro ΕΡΩΤΕ vulgato, is habet: quam elegantem lectionem Paulus de Fermat, nullo codice manuscripto admonitus, equidem dedit ad Diophantum p. 47. Codicem hunc Montfauconius male refert in Bibl. MSS. p. 476. *Theonis in Platonem de Materiis*, ubi *de Mathematicis* legendum.

Ad Cod. CCCVIII. chartac. in 4.
Saec. Varior. — P.

CLEOMEDES de Consideratione Cyclica Meteororum est saec. XV. exaratus, cum Scholiis, tum IOANNIS PEDIASIMI nonnullis, tum aliis.

DIOPHANTUS, saec. XIII. exeunte, vel XIV. ineunte scriptus, quoad libros duos priores Arithmeticorum, Scholiis illustratus est, quae novi nihil habent, secus atque Ioannes Andres V. C. suspicabatur (*Cartas familiares a su hermano D. Carlos T. III. p. 65.*); MAXIMO autem PLANUDI tribui solent, ac Latine reddita a Guillelmo Xyl-

an-

andro, impressa cum Diophanto sunt Basileæ ann. 1575.

Praxis Arithmeticae, notis numerorum Arabicis, quæ in ipso initio depictæ sunt, explicata, sine ulla inscriptione accedit, & ipsa fortasse Planudi adiudicanda; eo vel maxime quod eius quædam hac de re Diophanto adiecta in codice ad versionem faciendam adhibito se reperisse Xylander affirmat, ac etiam in Vaticano exstare ex Montfauconio constat Bibl. MSS. T. I. p. 28.

Ad Cod. CCCIX. chartac. in fol. Sæc. XV.—V.

Georgii Chrysococcae Astronomicum opus, in Indice impresso obscure denotatum, est Expositio Constructionis Persarum, etiam in codice CCCXXVII. scripta; cuius præfationem ac Tabularum Persicarum excerpta Ismael Bullialdus dedit in Astronomia Philolaica T. II. p. 211. Capita XLIX. in codice hoc sunt, quorum ultimus de Zodiaci divisione & signorum eius appellationibus aliisque in codice CCCXXVII. deest, ac in Cæsareo quoque deesse videtur, apud Lambecium Lib. VII. Cod. CXXIX. Auctor in eo pollicetur se de rebus astrologicis libris quatuor aliis, in tres sectiones divisis, pertractaturum; in quibus multa a Manuele Trapezuntio ex Persarum dogmatibus accepta, & multa ex Græcorum placitis adiecta exponere constituerat. Inquit vero Τύτε χάριν σκοπὸν ἐθέμην πραγματείαν συντάξαι ἐν τέτταρσι βιβλίοις, εἰς τρία τμήματα τύτων ἕκαστον μεριζόμενον, περιέχυσαν τὰ δηλύμενα ὑπό τε τῶν ζωδίων αὐτῶν, καὶ τῆς τῶν πλανωμένων τε καὶ ἀπλανῶν κινήσεως· ὐ πάσαν οἴκοθεν ἐργασόμενος, ἀλλ' ἐκ Περσῶν μὲν ἔχων ὅσα παρὰ τῦ ἡμῶν διδασκάλυ βαρβάρως ἐξελληνίσθησαν· εἰ καί τινα ῥυθμὸν ἑλληνικὸν πολ-

πολλὰ μοχθήσας πόνοις ἐνέθηκα· τὰ πλείω δὲ καὶ ἐκ τῶν ἑλληνικῶν βιβλίων λειψόμενος.

Chrysococcam Medicum Expositionem Tabularum Persicarum anno 1346. elaborasse Iosephus Scaliger recte statuit in Epistola 80. Idem & Odysseam ab Allatio relatam (*Diatrib. de Georgiis p.* 360.) decennio ante scripsisse videtur. Alius is fuerit a Georgio Chrysococca Diacono, qui Euripidis & aliorum Epistolas an. 1420. scripsit in codice Parisiensi 3357, Diodorum Siculum ac Xenophontis varia an. 1427. in codicibus Laurentianis, apud Bandinium T. II. p. 284. 691, & Æschinis Orationes in codice Helmstadiensi a Reiskio allato T. III. Orator. Græcor. p. 773: at idem facile est, quo præceptore se Constantinopoli usum fuisse Franciscus Philelphus prodit in Epistola ad Bessarionem Cardinalem, in qua etiam hunc se condiscipulum tum habuisse affirmat (*Lib. VI. Ep.* 35. *p.* 41. *ed. Ven.* 1502.)

TABULAE PERSICAE accedunt, ante eas tamen est PTOLEMAEI Tabula longitudinis & latitudinis urbium insignium, ut in tertio volumine Geographorum minorum Hudsoni; sed ab Hibernia dumtaxat ad Iudæam.

Cod. CCCX. chartac. in fol. Sæc. XV. — V.

CL. PTOLEMAEI Magna Syntaxis, cum Commentariis THEONIS, PAPPI & NICOLAI CABASILAE.

PROLEGOMENA adsunt sub hoc titulo Θέωνος καὶ ἑτέρων σοφῶν καὶ μαθηματικῶν ἀνδρῶν προλεγόμενα εἰς τὴν μεγάλην σύνταξιν τοῦ Πτολεμαίου. Init. Τὴν ἀστρονομίαν ἐν τοῖς πρὸς Σύρον γε-

γενεθλιαλογικοῖς πέτρασι βιβλίοις &c. De ils ad Cod. CCCXIII. dixi.

Ptolemaei textus emendationes editionis Basileensis an. 1538, quas Codices Marciani CCCII. ac CCCIII. suppeditant, ut plurimum confirmat. Scholia uberrima in margine accedunt, quorum primum inc. *Ἴσιον ὄντα τὸ προοίμιον ἰστωτον ἀστρονομίας περιέχει* &c. Hæc eadem esse videntur in codice Laurentiano, ex specimine a Bandinio T. III. pag. 414. vulgato.

Theonis Commentarii in librum primum & secundum sequuntur: deinde pro eius commentario in tertium, qui ineditus in codice Laurentiano superest, paginæ vacuæ relictæ sunt: postea Theonis in librum quartum, Pappi in quintum, sine Theonis supplemento, Theonis in sextum, cum defectu quem in codice CCCIII. esse dixi, ac in librum septimum & reliqnos omnes Theonis, ut in editione, habentur. Demum Nicolai Cabasilae commentarius in librum tertium manu Bessarionis adiectus est. Horum quoque commentariorum textus passim correctior est, quam in editione Basileensi, iuxta codicem a Bessarione insigni illi Mathematico Ioanni Mullero Regiomontano dono datum, peracta; quem equidem in bibliotheca Reip. Norimbergensis adhuc asservatum V.C. Christophorus Theophilus de Murr refert in Memorabilibus Bibliothecar. public. Norimberg. P. I. p. 47. Exemplar autem editionis illius Norimbergensis, luculenter impressum in membranis, bibliotheca Marciana iam pridem possidet.

Benedictum Averanium Almagesti atque Commentariorum Theonis, Pappi, & Cabasilæ interpretationi Latinæ manum admovisse, & non exiguam operis partem fecisse compertum est; ab incepto autem abstinuisse, quod commentarios a Theophilo Urbinate Latine redditos, ac pro editione in Galliam missos intellexit (*Fabronius Vit. Averani*, *T. VIII. p.* 17.

p. 17. *Vitar.*). Alexander quoque Marchetius librum Almagesti primum cum commentario Theonis a se Latine versum, Georgio Flemingo Hibernensi adiutore, ipse ad Leopoldum Mediceum Cardinalem scribens testabatur (*Fabroni Lettere inedite d' uomini illustri. Fir.* 1773. *p.* 277.). Hæc de Italorum trium opera in magna Ptolemæi Syntaxi Latine reddenda enotare placuit, cum id neque ex nova Bibliothecæ Græcæ Fabricii editione appareat.

NICOLAI CABASILAE Demonstrationes Mathematicæ quædam. Inc. Ἔστω κύκλος ὁ α̅ β̅ γ̅. Adiectæ sunt eius commentario in librum Almagesti tertium, sub titulo τοῦ αὐτοῦ· Bessario eas descripsit.

BARLAAMI Monachi De Eclipsi solari ex magna Syntaxi deprehendenda.

Cod. CCCXII. *membran. & chart. in fol.* — P.

PTOLEMAEI Magna Syntaxis tota in membranis sæculo circiter XIII. scripta continetur; Scholiis ex THEONE præsertim sumptis manu posteriore adiectis, quæ Bessario annotationibus auxit. Libro secundo in fine, tertio toto, & ad initium quarti, folia chartacea sec. XV. inserta docti cuiusdam viri, at ignoti, commentationes continent, non levi studio elaboratas, de climate Constantinopoleos, de magnitudine anni, de anomalia solari, de inæqualitate diei, de supputatione canonum Astronomicorum Ptolemæi ab annis Ægyptiacis ad Romanos reducenda, aliisque Astronomiæ atque Chronologiæ capitibus.

Cod.

Cod. CCCXIII. membran. in fol. Sæc. XI. — P.

Ptolemaei Magna Syntaxis.

Prolegomena adsunt initio mutila, iisque Caput insertum est de dimensione terræ, inscriptum Ἀναμέτρησις γῆς, cuius initium Ἀποδεικνὺς ὁ Πτολεμαῖος σφαιροειδὲς τὸ σχῆμα τῆς γῆς: huic vero in margine manu eadem codicis totius adiicitur ὁ μέγας Πάππος ταῦτα ἀπέδειξεν ἐμμελῶς ἐν τῇ ἑ βίβλῳ τῶν . . . . ηρῶν προβλημάτων; & hoc quidem Caput in codicibus CCCIII. CCCX. CCCXIV, qui Prolegomena eadem continent, sine huiuscemodi annotatione est. Aliud etiam Caput est insertum de dividendi ratione ex doctrina Pappi ad librum tertium Syntaxis Ptolemaicæ, hoc titulo Ἄλλη τάξις καὶ χειρουργία μερισμοῦ κατὰ τὸν γεωμέτρην Πάππον: Inc. Δόξει μὲν ἂν κατὰ τοὺς μερισμοὺς &c. Hoc vero est, sine ullo indicio, prætermissum in codice CCCIII. at in codicibus aliis exstat. Prolegomena *Theoni* plerumque tribui consuevere, *Diophanto* nonnunquam sunt adscripta: Theonis tamen doctrina, eius nomine dicto, in iis affertur.

Inscriptio sequitur cum demonstrationibus & conclusionibus Astronomicis a Ptolemaeo Canobi in templo Serapidis posita, quam ex codicibus duobus, Laurentiano & Parisiensi, Bullialdus edidit post Ptolemæum de iudicandi facultate Parisiis an. *1663*, in codicibus autem manuscriptis aliis vix unquam reperitur. Huic litteris maiusculis præfixum in codice est Ὡς ἐν τῇ ἐν Κανώβῳ στήλῃ. Rem post Bullialdum enarrat & illustrat Iablonskius in Pantheo Ægyptiorum T. III. p. *136*.

Proximo accedunt septem Observationes Planetarum, quas

quas ex codice Laurentiano Bullialdus protulit in Astronomia Philolaica T. I. p. 172. & alibi.

Ptolemaei Syntaxis, licet fine mutila, & non paucis cum erroribus scripta, emendatior tamen, quam in editione, passim est. Scholia praeterea, tum in codicibus aliis obvia, tum in hoc uno mihi visa, copiose adscripta sunt.

Cod. CCCXIV. membran. in 4.
Saec. XII. — V.

Ptolemaei Quadripartitum, cum Expositione Anonymi, cuius initium Τὰ προοίμια ποιεῖται ὁ Πτολεμαῖος &c. Huius auctor Proclus haberi consuevit, estque eius editio Basileae anno 1559. facta.

Porphyrii Isagoge in Quadripartitum, & Scholia in idem, ex Demophilo sumpta, ut in ea editione, accedunt.

Ptolemaei Fructus librorum suorum, seu Centiloquium, cum Expositione, quae inc. Ἡ πρόγνωσις διχῶς νοεῖται &c.

Achmetes, incertae patriae scriptor, est anonymus Expositionis auctor. Hanc ab *Abilabba Ahmad Ben Ioseph Alkomad*, infra saeculum Hegirae quintum, Christi undecimum, Arabice prodiisse Casirius tradit (*Biblioth. Escurial. Arab. T. I. p. 372.*); idemque opus aliud eiusdem auctoris inscriptum *Arcanorum Clavem*, quo de conceptionis & partus hominis tempore agitur, Arabice scriptum, in Bibliotheca Escurialensi asservatum refert. Expositio in Ptolemaei libellum in codice quoque Ambrosiano Graece exstat, Montfauconio si fides (*Bibl. MSS. p. 492.*). Est vero etiam in codicibus Marcianis DXCIV. & DCXXXVI. quorum po-

posterior sæculo XVII. scriptus, sine Ptolemæi textu, titulum huiusmodi præ se fert Βιβλίον ὁ καρπὸς Κλαυδίου Πτολεμαίου, ἔχον ἐξήγησιν τὸν Ἀχμὲτ ὑιὸν τοῦ Ἰωσὴφ τὸν γραμματικὸν τοῦ ἀρχηγοῦ Αἰγύπτου τοῦ Ταυλοὺν.

Ptolemaei De expeditis Canonibus. Titulus manu Bessarionis impositus est Πτολεμαίου περὶ τῶν προχείρων κανόνων; in codicibus tamen aliis inscriptio esse solet Πτολεμαίου προχείρων κανόνων διάταξις καὶ σαφήνεια. Initium fit a præfatione ad Syrum Ἡ μὲν σύστασις, ὦ Σύρε, τοῦ εἰς τὰς παρόδους τῶν πλανωμένων προχείρου κανόνος &c. quam etiam in codice Cæsareo apud Lambecium Lib. VII. num. CXXV. 10. Laurentiano apud Bandinium Tom. II. pag. 10. ac Parisiensibus duobus num. 1642. & 2397. notatis exstare constat. Id si Ioannes Vander Hagen scivisset, Canones expeditos Ptolemæo nunquam sine dubio non adiudicasset; vel unius quippe codicis Oxoniensis ab Usserio allati fidem, de qua olim ambigebat, perperam tamen, ut ipse postea fassus est, ad rem definiendam sibi satis esse profitebatur in Observationibus ad Fastos priores Græcos Theonis &c. Amstelodami an. 1735. editis p. 188. 195; dummodo in codice illo Ptolemæi præfationem ad Syrum operi præfixam esse certe cognovisset. Inest vero præfationi locus ab Usserio vulgatus, in quo astrorum positiones ad meridianum Alexandriæ in anno primo Philippi Aridæi, a kalendis mensis Ægyptiaci Thoth se in his Canonibus constituisse Ptolemæus, hisce, iuxta codicem Marcianum, verbis declarat Συνεστάθησαν μὲν ἐν αἱ ἐποχαὶ πάντων ἐνταῦθα εἰς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτον μεσημβρίαν, τῆς κατ᾽ Αἰγυπτίους Θὼθ νεομηνίας, τοῦ πρώτου ἔτους Φιλίππου τοῦ μετ᾽ Ἀλέξανδρον τὸν κτιστήν. De Canonibus doctrina eorumque explicatio in codice est, non tamen etiam ipsi Canones accedunt. Finis: διὰ τῶν ἐν τῷ τρίτῳ σελιδίῳ παρακειμένων.

ASTRONOMICA quædam sine anctoris nomine proxime sequuntur, præsertim de Eclipsibus earumque signis; quæ huic ipsi Ptolemæi operi, ad quod spectant, absque auctoris nomine itidem accedunt in codicibus duobus Laurentianis, Bandinius autem Theonis Alexandrini esse putat, & commentarii eius brevioris in Ptolemæi Canones excerpta (*T. II. p.* 10. 23.). Non id tamen apparet: an de uberiori Theonis eiusdem in Canones Ptolemaicos commentario, qui ineditus in codice alio Laurentiano superest (*T. II. p.* 22.), saltem quoad partem aliquam, sumpta fuerint, ii videant quibus licet. Capitis primi titulus est Ὑπόδειγμα τῆς ἡλιακῆς ἐκλείψεως. Initium Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος φανερὰ ἡμῖν γένηται τὰ εἰρημένα &c. Mutilum hoc tamen est. Capita duo proxime sequentia inscripta sunt Ἔκθεσις τῶν τῆς προκειμένης ἐκλείψεως ἀριθμῶν. Ὑπόδειγμα προσνεύσεων ἡλίου. Deinde laterculi duo exstant, alter Κανόνιον μεσημβρινῶν καὶ παραλλήλων εἰς τὰς ἐκλείψεις, alter Μεγέθη ἐκλείψεων. Deinde sine ulla inscriptione Capita brevia sexdecim accedunt, quorum primum inc. Τὸ ἡμερήσιον ὁμαλὸν κίνημα &c. Iis qua ratione Ptolemæi doctrina de Canonibus tum pro Astronomia, tum pro Chronologia ad usnm redigi debeat, præcipitur. Et hactenus qnidem codices Laurentiani duo Marciano respondent, desinuntque omnes in verba ἐὰν δὲ ἀφαιρετική, ἀφαιρεῖ.

Schemata sex manu eadem, qua codex totus, adpicta sunt, quorum quatuor nullo se titulo obiiciunt; ad ventorum autem significationem & parallelorum doctrinam præsertim spectant. Quintum est Canon Epactarum. Sextnm Horizontis per Byzantium delineatio. Mediæ hæc tamen ætatis omnia.

PTOLEMAEI De iudicandi facultate & animi principatu. Eiusdem de Hypothesibus Planetarum.

THEO-

THEONIS Prolegomena in magnam Syntaxim Ptolemæi.

Apotelesmatica plura accedunt, sine auctoris nomine & inscriptione, in indice impresso velut ignoti auctoris denotata, quæ libri duo priores sunt VETTII VALENTIS ex octo eius inscriptis Τῶν Ἀνθολογιῶν, ineditis iis quidem, satis tamen notis. Est id mihi deprehensum ex fragmentis, tum ab aliis, tum præsertim a Seldeno allatis in commentario ad Marmora Oxoniensia p. 160. edit. 1732. Liber primus inc. Ὁ μὲν ἐν παντεπόπτης ἥλιος πυρώδης ὑπάρχων, καὶ φῶς νοερὸν &c. Secundus Περὶ μὲν ἐν προτρεπτικῶν καὶ διδασκαλικῶν λόγων ἐν τῷ α' συντάγματι ἐδηλώσαμεν &c. Absque nomine auctoris opus eodem initio libri primi etiam in eodice Regio Neapolitano exstat (*Bibl. Gr. Fabric. T. V. pag.* 782. *n. ed.*).

Cod. CCCXV. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

THEONIS Alexandrini Commentarius in expeditos Canones Ptolemæi, ad Epiphanium filium.

AD operis titulum hæc tantummodo sunt Ἑρμηνεία τῶν προχείρων τοῦ Θέωνος. Initium Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνιε &c.

Opus capitibus XXV. constat, æque ac in eodicibus Laurentianis & Lugduno-Batavo reperitur. Primum sine titulo ab allatis verbis incipit; in codice autem Baroeciano, a Dodwello in Dissertationibus Cyprianicis allato, ex quo Caput idem totum iis adiecit, hæc præ se fert Ὅσα δεῖ προειδέναι τοὺς ἀρχομένους τοῦ κανόνος.

N 3 Ca-

Capita quædam de rebus Astronomicis accedunt, fere omnia quæ in codice Laurentiano esse Bandinius denotat T. II. p. 40.

Canones expediti Ptolemaici sequuntur, qui ex codice Laurentiano a Bandinio (*T. II. p.* 47.) & Lugduno-Batavo a Vander Hagen (*Observat. in Theonis Fastos p.* 305.) relatis potissimum innotescunt; nonnulla tamen cum differentia, tum quoad numerum, tum quoad ordinem. Inter eos etiam *Canones duo Regum* reperiuntur, iuxta editionem Io. Vander Hagen (*Lib. cit. p.* 335. 341.) quorum posterior ad Romanum Lacapenum Imp. C.P. pervenit; *Fasti Consulares* a Dodwello post Dissertationes Cyprianicas secundo loco editi; ac *Ptolemæi* Urbium insignium longitudines & latitudines ab Hudsono in Geographis minoribus repræsentatæ. Mutilus in fine codex est; quin etiam in tabulis septem de stellarum inerrantium positionibus stellarum enotationes prætermissæ sunt, longitudinis latitudinis & magnitudinis indiciis tantummodo adscriptis. Quæ autem recentior manus in codice Lugduno-Batavo adiecit, omnino absunt.

Cod. CCCXVI. chartac. in 8.
Sæc. XIV.—V.

Nicomachi Geraseni Arithmetices Institutionum Libri duo.

Prologus ineditus adest, cuius initium *Ἀριθμητική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητική τῶν περὶ ἀριθμοὺς συμβαινόντων* &c. deinde *πεποίηται γὰρ τῷ Νικομάχῳ ἑτέρα ἀριθμητική, ἣν μεγάλην ἀριθμητικὴν, ἤτοι θεολογούμενα ἐπιγράφει, ἐν ᾗ μέμνηται τοῦ βιβλίου*.

βλίυ· ὅθεν καὶ τὸ γνήσιον τῇ τάξει συναποδέδεικται: in fine deficit.

Scholia accedunt, quorum primus *Εἰσαγωγὴν καλεῖ αὐτὴν ὁ Νικόμαχος πρὸς τὰ γεγραμμένα αὐτῷ θεολογικά, ἤτοι μεγάλα ἀριθμητικά*.

IOANNIS PHILOPONI Commentarius ineditus in librum primum Arithmeticæ Nicomachi inc. *Πλατωνικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου* &c, des. *ἐφ' ὅσου αὖ τις ὑπαρκοίη αὐτὸ ποιεῖν*: in librum secundum inc. *Εἴρηται ἡμῖν ὅτι τοῦ πρός τι ποσοῦ τὸ μὲν ἴσον ἐστὶ* &c. des. *οἱ ἁρμονικοὶ ἐνθεωροῦνται λόγοι*. Hæc animadvertere proderit ad Philoponi commentarium discernendum ab alio Asclepii in hoc idem opus, in codice Marciano CCCXCVII. scripto; cuius prologus cum ab iisdem primis Philoponi verbis in librum primum incipiat, factum inde est ut alterius commentarius alteri etiam ab eruditis viris tribueretur.

Ad Cod. CCCXVIII. chartac. in fol. Sæc. XV. — V.

SCHOLIA in NICOMACHI Arithmeticam excerpta ad litteram sunt ex Asclepio & Ioanne Philopono.

In Harmonicis PTOLEMÆI Libro III. ante Capita XIII. XIV. XV. annotatio huiuscemodi exstat; quæ, ut alia quoque, ex codicibus duobus Oxoniensibus a Ioanne Wallis ad Capita eadem vulgata, Nicephorum Gregoram horum auctorem fuisse declarat: *Ἀπὸ τοῦ παρόντος κεφαλαίου, μέχρι τέλους τοῦ βιβλίου, τὰ ὅλα γ' κεφάλαια ἔλιπον παντελῶς ἀπὸ τῶν παλαιῶν ὅλων βιβλίων, ὡς ἐντεῦθεν ἠκρωτηριασμένην εἶναι τὴν πραγματείαν τῆς μουσικῆς. ἀλλ' ὁ ἐν φιλοσόφοις ἔξοχος κύριος Νικηφόρος*

ὁ Γρηγορᾶς καλῶς ποιῶν καὶ τῆς ἑαυτοῦ σπουδῆς καὶ ἀγχινοίας ἀξίως, ὡς ἐν ἄλλοις πλείστοις, καὶ ταύτην ἀνεπλήρωσε, συνυφάνας τοῖς ὄπισθεν κεφαλαίοις καὶ τὰ ἑξῆς ταῦτα. Neque vero Capita quædam tantummodo se in integrum restituisse, sed opus totum, usu valde corruptum emendasse, Nicephorus his declarat in epistola XIV. Cod. CCCCXLV. Marciani, Καλοειδᾷ cuidam Σεβαστῷ iuxta codicem Vaticanum scripta; quæ in codicibus Harmonicorum Ptolemæi expendendis animadvertere par est: Ἐκπεπόνηται δ' ἡμῖν ἐπὶ πόνοις καὶ τῆς ἁρμονικῆς ἡ διόρθωσις, ἣν πάλαι μὲν ὁ μέγας συντέταχε Πτολεμαῖος· ὁ δὲ μακρὸς χρόνος φαύλων γραφέων χερσὶν εἰς διαδοχὴν τῆς βίβλου χρησάμενος, τὰ μὲν ἐκ τ' ἀσφαλοῦς εἰς τὸ σφαλερὸν μετήνεγκε, τὰ δ' ἀμαθῶς διακόψας, ἐκ μέσου πεποίηκεν· ὥστ' ἐργῶδες ἐντεῦθεν εἶναι τοῖς μετοῦσι συνάπτειν τὸν νοῦν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅλα κεφάλαια διέκοψε καὶ ἠφάνισεν· ἃ πάνθ' ἡμεῖς, σὺν θεῷ δ' εἰρήσθω, φιλοπονίᾳ χρησάμενοι διασεσώκαμεν, τὸ ἄρτιον τῇ τοῦ μεγάλου βίβλῳ τὸν ἐνόντα γε τρόπον πραγματευσάμενοι. De Capitibus a Gregora adiectis iterum ad Codd. CCCXXI. CCCXXXII.

Dogmata Pythagoreorum. Inc. Τῶν τοῦ Πυθαγόρου οἱ μὲν ἦσαν περὶ τὴν θεωρίαν καταγινόμενοι &c. Ex Vita Pythagoræ apud Photium Biblioth. p. 1314.

Hymni tres, quorum prior in Musam, non in Musicam, ut vitiose in Indice impressum, in Apollinem & in Nemesin, Dionysii sunt ac Mesomedis, iam vulgati; non tamen etiam notis musicis instructi. Textus codici Regio Parisiensi respondet, ad cuius fidem eos Buretius recensuit (*Memoires de l' Acad. des Inscript. T. V. p. 185.*); estque codicis præsertim illius habita ratio in editionibus Hymnorum novis cum Analectis Brunkii, cum Anthologia Iacobsii, ac etiam cum Commentatione Friderici Snedorfii de Hymnis veterum Græcorum Hafniæ impressa an. 1786. in 8.

In

In fine absque ullo titulo est Pselli Opusculum de animæ generatione ex doctrina Platonis in Timæo, idem quod in Cod. DXII.

Cod. CCCXX. Chartac. in 8. Sæc. XIV. — V.

Nicomachi Arithmetices Libri II.

Philosophica nonnulla præeunt, quæ titulum habent Δόξαι περὶ ψυχῆς. Inc. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων αἱ μὲν εἰσι ἄλογοι &c. Capita quædam sunt de Anima & aliis, quæ Ioannes Tarinus cum Philocaliis Origenis edidit Parisiis an. 1614, Psello ab Allatio tributa (*de Psellis* §. 42.): sunt vero excerpta commentarii *Ioannis Philoponi* in Aristotelem de Anima.

In fine Excerpta quædam sunt ex *Aristotele*, & ex operibus *Plutarchi* moralibus, nec non Fragmenta libri Ioannis Laurentii Lydi de Mensibus, a V. C. Nicolao Schow Lipsiæ an. 1793. editi. Spectant hæc ad P. II. Cap. 4. 2-9, eademque cum codice Vaticano lectione sunt.

Ad

Ad Cod. CCCXXI. chartac. in fol. Saec. XV. – V.

In Harmonicis Ptolemaei Capita tria, de quibus ad Codd. CCCXVIII. & CCCXXXII. scripsi, in fine libri tertii desunt, alio deinde charactere ante librum primum posita. Exstat vero Caput XVI. insertum etiam Lib. III. Cap. 9. pag. 256. lin. 12. ed. Oxon. 1682, post ea verba ἐν τῇ καταγραφῇ &c. quo loco in vetustissimis exemplaribus illud unum se reperisse Barlaamus Calaber testatur verbis a me ad Cod. CCCXXXII. proferendis.

Ex bibliothecae monumentis constat codicem anno 1556. mutuo datum fuisse *Abbati Rugerio*, nimirum Cosmo Rugerio Florentino Abbati Sancti Matthaei in Britannia minori, viro magiae insimulato, immo vero inter Atheismi sectatores habito, de quo praesertim Petrus Bayle disserit in Dictionario.

Ad Cod. CCCXXII. membran. in fol. Saec. XV. – V.

Scriptores de Musica omnes in codice hoc Ioannes Rhosus descripsit, Bessarionis facile iussu.

Aristides Quintilianus ut plurimum lectiones habet a Meibomio ex codicibus Oxoniensibus vulgatas; accuratius tamen in hoc opus exscriptum est. Scholion in librum primum a Meibomio in annotationibus editum p. 205, non textui insertum, sed in margine litteris rubris accedit.

Manuel Bryennius cum codice praestanti Collegii Oxonien-

niensis Magdalenæ convenit, quem Wallisius in editione præsertim sequutus est.

PLUTARCHUS ex eodem fonte cum codice CCXLVIII. manavit. Mendum adhuc insitum codicis utriusque auctoritate tollere licet; nimirum ad T. X. p. 699. Opp. ed. Reiske, pro ἔχεις τὰς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους, legendum ἔχεις τὰς ἐγκυκλικίους περὶ μουσικῆς λόγους: quemadmodum iamdiu emendabat Octavianus Ferrarius in libello de disciplina encyclio, anno 1560. Venetiis impresso, p. 16.

EUCLIDES de Sectione Canonis Musici ex recensione *Zosimi* est, adiectis his, Ζώσιμος διώρθου ἐν Κωνσταντινουπόλει εὐτυχῶς, ut in codice alio Marciano sæc. XII, ex quo Aristoxeni Rhythmicorum Elementorum fragmenta an. 1785. edidi.

IN ARISTOXENO aliisque lectiones non se offerunt, quas Meibomius non ex aliquo codice protulerit.

PTOLEMÆI Harmonicorum exemplaria bibliothecæ Marcianæ pro futili versione sua Latina, ann. 1562. cum Aristoxeno Venetiis impressa, se contulisse in præfatione testatur Antonius Gogavina Graviensis.

Ad Cod. CCCXXIII. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

NICOLAI ARTABASDAE Smyrnæi Compendium Arithmeticæ est opusculum primum, in Indice impresso absque indicio auctoris, ut in codice exstat, relatum. Tit. Παράδοσις σύντομος καὶ σαφεστάτη τῆς ψηφοφορικῆς ἐπιστήμης. Inc. Τὴν δήλωσιν τῶν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς ζητημάτων &c. Huius partem, quæ de supputatione per digitos tractat, Federicus Morellus edi-

edidit Parisiis ann. 1614, postea Petrus Possinus tanquam ineditam cum Catena Græcorum Patrum in Marcum ann. 1673. Romæ impressa denno dedit.

Maximi Planudis Ars calculatoria secundum Indos inc. *Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι, ἐπεὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἔχει τὸ ἄπειρον* &c. In fine deficit. Operis titulum ac initium post Kirkerum corruptis verbis dedere Stephanus le Moyne Var. Sacr. T. II. p. 797. & Papebrochius T. III. p. LIX. Maii Bolland. ed. Ven. Utrumque accuratissime more suo ex codice hoc Villoisonius exhibet Anecdot. T. II. p. 153. cum figuris ipsis numerorum, parum admodum differentibus ab iis quas Heilbronnerus habet Histor. Matheseos p. 739. Ad opus Planudis hoc ipso in codice, a se an. 1788. inspecto, exaratum provocat V. C. Ioannes Andres in Epistolis T. III. p. 63. ut numerorum notas, quibus utimur, ab Arabibus ad nostrates derivasse tueatur: qua de re multa his etiam temporibus disputata sunt.

Heronis Syntagma Geometricum, Geodæsia inscriptum, sic se habet. Tit. *Γεωδαισία σὺν θεῷ τοῦ Ἥρωνος, τὸν τῶν χωμάτων ἀποδυκνεῖσα μοδισμόν, καὶ πάντα τὰ κατὰ μέρος αὐτοῦ.* Incipit ab Euclidis definitionibus ex primo Elementorum libro *Σημεῖόν ἐστιν οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές* &c. Eodem titulo atque initio est in Codice MS. Bernensi allato a Sinner in Catalogo T. I. p. 465. Caput sequitur *Ὅπως εὕρηται ἡ ἐπίνοια τῆς μετρήσεως.* Inc. *Καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος* &c. iisdem fere omnino verbis, quibus in Analectis Græcis a Monachis S. Mauri an. 1688. Parisiis editis p. 311. Postea *Ἥρωνος εἰσαγωγὴ τῶν γεωμετρουμένων.* Inc. *Ἐπίσιδος γεωμετρία συνέστηκεν* &c. Huius excerpta ad litteram in iis Analectis patent, itidemque in annotationibus Rigaltii ad Scriptores rei agrariæ ann. 1674. Amstelodami im-

impressos p. 225. 233. 239. 283. Ab hoc syntagmate omnino differt opusculum de Geodæsia Heroni adscriptum, Latine cum eius Machinis bellicis editum a Francisco Barocio Venetiis ann. 1572.

Isaaci Argyri Expositio in expeditos Canones Astronomicos Persarum, qui accedunt, auctoris nomine caret, æque ac in codicibus CCCXXVI. CCCXXVIII. CCCXXXIII, at in codice Palatino illud fuisse constat, tum ex Indice Sylburgii p. 83, tum ex Petavio de Doctrina Temporum Lib. III. Cap. 16. ubi operis initium non paucis verbis repræsentatum est.

Isaaci Argyri Πραγματεία νέων κανονίων συνοδικῶν τε &c. satis innotescit ex Lambecio Lib. VII. p. 492. n. ed.

Heraclii Imp. Expositio luculenta in Canones expeditos Ptolemæi est opus astronomicum sine inscriptione, quemadmodum codex habet, in Indice denotatum. Prolegomena inc. *Ὅσα δεῖ προειδέναι τοὺς ἀρχομένους τῶν προχείρων κανόνων· Ὅτι ἡ σύστασις τῶν κανόνων γέγονεν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς βασιλείας Φιλίππου τοῦ μετ' Ἀλέξανδρον τὸν κτιστὴν, κατ' Αἰγυπτίους Θὼθ πρώτῃ, πληρωθείσης ἕκτης ὥρας ἡμερινῆς, καὶ ἀρχομένης ἑβδόμης, ὡς πρὸς τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μεσημβρινόν* &c. Operis caput primum est *περὶ τῶν ἑ κεφαλαίων τῆς κατὰ μῆκος ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἑ πλανωμένων ψηφοφορίας*. Inc. *Ἐπειδὴ ἀναγκαῖόν ἐστι ἐκ χρόνου τινὸς καὶ τόπου τὴν ἀστρῴαν κίνησιν ἀριθμεῖν* &c. Excerpta quædam ex codice Bodleiano in Appendice ad Dissertationes Cyprianicas Dodwellus edidit, quæ in opere hoc ad finem esse video. Num ea omnia Heraclio tribuenda sint, dubitari potest cum Ioanne Vander Hagen in Observationibus in Heraclii Imp. Methodum Paschalem an. 1736. Amstelodami impres-

pressis p. 37; at Heraclium operis auctorem hæc primi Capitis verba suadent *ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Φιλίππου μέχρι τῆς ἐνισταμένης ἑβδόμης ἐπινεμήσεως τοῦ ἐννάτου ἔτους τῆς θεοδοξίας Θεοῦ ἡμετέρας βασιλείας ἔτη ϡμβ΄, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χρόνου Φιλίππου, μέχρι τοῦ πρώτου ἔτους τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως τυχόντος ἔτη χλα΄, καὶ ἀπὸ Κωνσταντίνου μέχρι τῆς ἐνισταμένης ζ ἐπινεμήσεως ἔτη τια΄. Cum sint a primo anno Philippi usque ad currentem Indictionem septimam anni noni, Deo favente, imperii nostri anni 942, idest ab ipso tempore Philippi usque ad annum primum imperii Constantini, divinam sortem consecuti, anni 631, & a Constantino usque ad currentem Indictionem septimam anni* 311. Confectum itaque opus anno æræ vulgaris 618, quo exeunte annus nonus imperii Heraclii cum Indictione septima concurrebat. Deficit codex sub finem, at defectum hunc ex codice CCCXXV, qui emendatior est, supplere licet: Dodwelli autem textus multis in locis utriusque ope emaculari potest.

THEONIS Alexandrini Expositio in Ptolemæi Canones expeditos inscripta est *Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς Ἀστρονομίας παράδοσις*. Inc. *Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος* &c. In Capita viginti quinque tribuitur, quemadmodum in codice CCCXV. esse dixi: quod vero primum est titulo caret, quem codex Baroccianus fert, Dodwellus autem cum Caput illud integrum post Dissertationes Cyprianicas an. 1684. impressas evulgaret, exhibuit. Ea ex editione codicis Marciani bonitas apparet; haud parum quippe emendatior eo est, itidemque alio Leidensi a Io. Vander Hagen in Observationibus ad Theonis Fastos Græcos priores relato, qui melioris notæ haudquaquam est.

SCHOLIA in margine textui accedunt. Ad Caput autem penultimum *περὶ τῶν τοῦ ἡλίου προσνεύσεων*, in margine adscriptum est *ζήτει ὑπόδειγμα ἡλιακῆς ἐκλείψεως μετὰ φύλλον α΄*: ac

reve-

revera folio sequenti Capita tria adiiciuntur inscripta Ὑπόδειγμα ἡλιακῆς ἐκλείψεως. Ἔκθεσις τῶν τῆς προχειμένης ἐκλείψεως ἀριθμῶν. Ὑπόδειγμα προσνεύσεων ἡλίου; quæ in codice CCCXV. huic ipsi Theonis commentario adiecta esse denotavi. Eadem veluti supplementum hic accedunt: num etiam a Theone prodierint, indicium nullum est.

Isaaci Argyri Πραγματεία νέων κανονίων συνταύτων &c. sequitur, ut in Indice impresso est.

Ptolemaei Canones expediti sequuntur, inscripti Κλαυδίου Πτολεμαίου πρόχειροι Κανόνες. Deest Ptolemæi doctrina de Canonibus, quam codex CCCXIV. continet. Inter Canones deest qui Regum inscribitur; neque Fasti Consulares ulli adsunt. Numerus & ordo Canonum suam in hoc quoque differentiam habet: at perspicue & accurate descripta omnia sunt.

Gemini Elementorum Astronomiæ Caput primum tantummodo in fine codicis accedit, figuris tamen instructum.

Ad Cod. CCCXXIV. chartac. in 4. Sæc. XV. — P.

Ex Opusculis tribus Ioannis Laurentii Lydi Philadelphiensis primum est de signis tonitruum, si contigerint in singulis mensibus. Inc. Πολλῶν καὶ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντων ὅσα τῆς φυσικῆς περὶ βροντῶν &c. Hoc ita Sylburgius denotat in Indice Codd. MSS. bibliothecæ Palatinæ p. 94. *Phocii Romani Brontoscopia, Ioanne Laurentio Lydo Philadelphiense interprete, cum eiusdem Laurentii præfatione.* Phocii nomen in

in codice Marciano non video. Neque vero est libellus de tonitruis a Beda latine redditus.

Opusculum secundum, seu *P. Nigidii Figuli* Tonitruale a Lydo Græce versum inc. Εἰ ἐπὶ πάσαις ταῖς τῆς διοσημείας παραδόσεσι &c. Ex codice Palatino edidit Ianus Rutgersius Variar. Lect. p. 247. cuius editionis vitia codex hic emendat. Nam mense Octobri ιζ'. Ed. Λυσίαν ἀνδρὸς καὶ ἀνδρῶν ἀγενῶν ἀτυχήματα * πείσακτον ἀθηνίαν δηλοῖ, Cod. πλουσίου ἀνδρὸς καὶ ἀνδρῶν ἀγενῶν ἀτυχήματα. ιη'. Ἐπείσακτον ἀθηνίαν δηλοῖ. Mense Martio ιζ. ed. Πρᾶγμα παράδοξον τῷ * συμβήσεται, Cod. Πρᾶγμα παράδοξον τῷ βίῳ συμβήσεται.

Opusculum tertium de terræ motibus, inc. Ταῦτα μὲν ἄν τις πρὸς τὰς φυσικὰς ἐννοίας &c. Ex codice bibliothecæ Angelicæ, quæ Romæ est, eadem fere ubique codicis Marciani lectione, cum eiusdem auctoris libello de Mensibus V. C. Nicolaus Schowius Lipsiæ edidit an. 1794.

Inter Apotelesmatica varia sine nomine auctorum aliis interspersa hæc nonnulla mentione digna sunt: de quibus fere omnibus in codice quoque Palatino a se repertis indicium Sylburgius fecit.

Syri cuiusdam De Pluviis. Tit. περὶ ὑετῶν ἀπὸ φωνῆς Σύρου τινός. Inc. περὶ δὲ τῆς ἑκάστοτε γινομένης ἐπομβρείας &c. pag. 89.

Anonimi auctoris στοχασμὸς τῆς καταρχῆς. Inc. Τῶν ζωδίων ἰδιοτροπία καὶ μόρφωσις &c.

Alimi Isaacidæ Ἀλεὶμ υἱοῦ Ἰσαὰκ Iudicium ostendens quomodo de una eademque re proposita alia & alia quæstione, contigerit quemadmodum responsum fuerat. Inc. Καθημένου τοῦ Ἀπομασὰρ καὶ ὁμιλοῦντος υἱῷ Μωσέως Μαχύμη, καὶ Ἀλεὶ &c. p. 267.

Ecli-

Eclipsium Solarium & Lunarium Significatio ex Persarum disciplina, p. 269.

Genethliacae rei ex Persarum disciplina Libri tertius & quartus. p. 271. 277.

Schema apparitionis Iridis, quam alii Scutum terræ, alii Zonam cælestem, alii Tiaram angelicam appellant.

Thema urbis Constantinopolitanæ in eius ædificatione, anno mundi 5838, mense Maio, die secunda, Indictione tertia, hora secunda, ex Canonibus Ptolemæi.

Ad Cod. CCCXXV. chartac. in 8. *Sæc. XV.* — P.

Heraclii Imp. est Expositio, sine auctoris nomine, in expeditos Canones Ptolemæi in Indice impresso relata; de qua in codice quoque CCCXXIII. a me detecta indicium iam feci. Non itaque levis accessio codicibus Marcianis ex utroque fit, cum nonnisi in Oxoniensibus duobus unoque Parisiensi opus Heraclii ineditum esse constet. Emendate scriptum hic est, non tamen in fine habet nisi Caput secundum Excerptorum a Dodwello editorum. Annotatio Græce & Latine in Indice impresso relata modo non superest, ac bibliopegi culpa iam periisse videtur.

Ptolemaei Canones expediti sequuntur, ut reperiri solent, at scholiis illustrati, quæ in codicibus Marcianis aliis non sunt.

Inter Annotationes exigui momenti de rebus Astronomicis vario charactere insertas Caput est de magnitudine diei in urbibus præsertim Asiæ insignibus, earumque ab Alexandria distantia.

Ad Cod. CCCXXVI. chartac. in 8. Sæc. XV. — P.

Isaaci Argyri Expositio in Canones expeditos Persarum, initio mutila, accedit, cum Canonibus ipsis, nonnullis etiam Ptolemaïcis adiectis.

Ad Cod. CCCXXVIII. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Expositio in Canones Persarum Isaaci Argyri est, eadem quæ in codicibus CCCXXIII. CCCXXVI. & CCCXXXIII. continetur.

Ad Cod. CCCXXX. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Theodori Metochitae opus in magnam Syntaxim Ptolemæi partibus duabus constat: altera incipit ut Index denotat, estque *προπαρασκευὴ*, doctrinam de Ptolemaica Astronomia universe complectens: altera Syntaxis epitomen continet hoc initio H' *μὲν δὴ πρόθεσις ἡμῖν νῦν ἐστι κατ' ἐπιτομὴν διαλαβεῖν κεφαλαιωδῶς περὶ ὧν σπουδάζει καὶ ἀποδείκνυσι, συμπε-*

περαίνει καὶ διορίζεται ὁ θαυμάσιος Πτολεμαῖος ἐν τοῖς τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις &c. Hoc idem opus Metochitæ ineditum asservari in bibliotheca Escurialensi Ianus Blochius refert in prolegomenis ad Specimina operum Metochitæ quæ inscribuntur *Ὑπομνηματισμοὶ καὶ Σημειώσεις γνωμικαί*, impressa Hafniæ an. 1790.

Cod. CCCXXXI. membran. in 12.
Sæc. XII. — P.

TABULAE ASTRONOMICAE insunt, quæ ad PTOLEMAEI Canones expeditos pertinent. Magnam a vetustate & librarii diligentia fidem liber sibi vendicat, imperfectus licet sit, atque inordinate compactus.

Ad Cod. CCCXXXII. chartac. in 4.
Sæc. XV. — V.

CAPITA tria XIV. XV. XVI. Libri tertii Harmonicorum *Ptolemæi* BARLAAMUS CALABER primum peculiari in libello affert, deinde cum auctoris ipsius doctrina eadem non convenire demonstrat, atque velnti supposititia reiicit, inquiens *ὧν τὰ μὲν πρότερα δύο νέα τινὸς τῶν καθ' ἡμᾶς ἔοικεν εἶναι. τεκμαίρομαι δὲ τῷ μηδαμῶς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων φαίνεσθαι γεγραμμένα. τὸ δὲ τελευταῖον παλαιὸν πώς ἐστιν· ἐν τοῖς παλαιοτάτοις γὰρ τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν αὐτὸ μέσον που τοῦ τρίτου τῶν ἁρμονικῶν κείμενον.* Nicephoro Gregoræ Capita tria illa nonnunquam adscripta fuisse, ad Cod. CCCXVIII. annotavi. Exstat vero Barlaami opusculum idem & in codice Parisiensi 2381. ac in Regio Neapolitano n. 108.

Ad Cod. CCCXXXIII. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

BESSARIONIS Epistolam ad Demetrium & Andronicum Georgii Gemisti Plethonis filios, & duo eius in eundem Epitaphia edidit quidem Allatius in Diatriba de Georgiis, apud Fabricium T. X. p. 357; corruptissima tamen omnia. Specimen esto epistolæ locus aperte in editione interpolatus *Ἐγὼ μὲν οὖν χαίρω τοιούτῳ ὡμιληκὼς ἀνδρὶ, ὃ μετὰ Πλάτωνα, ἐξῃρήσθω δὲ λόγου Ἀριστοτέλης, σοφώτερον οὐκ ἔφυσεν ἡ Ἑλλάς*, pro quibus Bessario manu propria in codice habet *Ἐγὼ μὲν οὖν χαίρω, παρὰ τοιοῦτον ἄνδρα φοιτήσας, ὃ Πλάτωνι, μετά γε τοὺς πρώτους ἐκείνους ἄνδρας, οὐκ ἔφυσεν ἡ Ἑλλὰς, οὐ σοφίᾳ, οὐ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ ὁμοιότερον.*

BESSARIONIS Epistola ad Nicolaum Sagundinum Euboeum Gemisti laudes eximias continet, digna quæ cum Latina interpretatione, a me olim facta, in lucem hic primum proferatur.

Βησσαρίων Καρδινάλης τῷ λογιωτάτῳ ἀνδρὶ Νικολάῳ τῷ Σεκουνδίνῳ εὖ πράττειν.

Εἰδώς σε καὶ αὐτὸν τὴν τοῦ Γεμιστοῦ σοφίαν καὶ ἀρετὴν οὐδενὸς ἧττον ἀγάμενον, πέμπω σοι ἔπη τινὰ εἰς ἐπιτάφιον αὐτῷ ὕμνον πεποιημένα, καὶ ἣν ἐπέσταλκα τοῖς αὐτοῦ υἱέσιν ἐπιστολὴν, οὐκ αὐτοὺς παραμυθούμενος, ὥς γε χαίρειν, οὐκ ἄχθεσθαι δεῖ, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐγκωμιάζων. ἅπερ ἀναγνοὺς, μὴ νομίσῃς ὑπερβολὴν ἐνεῖναι μηδεμίαν τοῖς λόγοις· ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος φιλοσοφίας τῷ ὄντι καὶ παντοδαπῆς σορίας εἰκὼν γέγονεν· οὐ τοῖς ἐν λόγοις μόνον, καὶ ὅσῃ περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν, καὶ περὶ ἁρμονικοὺς λόγους, τάς τε γεωμετρικὰς ἀναλογίας, καὶ ἀριθμητικὰς μεσότητας καταγίνεται, οὐδ' ὅσῃ μόνον Πλατωνική τε, καὶ τῶν τὰ θεῖα ἐρευνησαμένων ἐ-

κεί-

κείνων ἀνδρῶν, ὅση τε περὶ τὴν τῶν φυσικῶν ἔρευναν, καὶ τὰς τούτων αἰτίας τε καὶ ἀρχὰς τὴν πραγματείαν ποιεῖται· ἃ πάντα ὡς οὐδεὶς οὐδὲ εὖ ἐξήσκησεν ἀκριβέστατα· ἀλλὰ καὶ ὅση περὶ πρᾶξιν σχολάζουσα, τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους ἑκάστου κοσμεῖ· ᾗ οὕτω τὸν ἴδιον ἐκεῖνος ἐλάμπρυνε βίον, ὡς μηδὲν πρὸς αὐτὸν Διογένην καὶ τοὺς ὁμοίους, μηδὲν τοὺς Στωϊκοὺς ἐκείνους εἶναι. τὴν γὰρ σεμνότητα καὶ τὸ κόσμιον καὶ τὸ αὔταρκες αὐτῶν ἀσπασάμενος, τὴν ἀλαζονείαν τε καὶ οἴησιν καὶ ἐπίδειξιν αὐτῶν ἀπεώσατο. δι' ἃ πάντα τοσοῦτον αὐτὸν τεθαύμακα, ὅσον, εἰρήσθω γὰρ τὸ ἀληθὲς, οὐδένα οὐδέπω ὧν ἐς δεῦρο εἶδόν τε καὶ ὡμίλησα· οὔτε γὰρ δς περὶ ἐλάττονος ἐποιεῖτο τὰ παρόντα πάντα, οὐθ' ὃς διαβατικώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον νοῦν ἔσχεν, οὐθ' ὃς μᾶλλον τῆς σοφιστικῆς ἀπεχόμενος ἀδολεσχείας καὶ πάγης, τῆς περὶ τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ δόγματα ἀληθείας ἐρευνητικώτερός τε καὶ ἀρετικώτερος γέγονεν, οὔπω ἐνέτυχον οὐδενί, καί τοι πολλοῖς ἐντυχὼν ἀνδράσι σοφοῖς. ὧν εἵνεκα πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς βραχέσιν ἐκείνοις εἰρήκαμεν ῥήμασιν· οὔποτε δ' αὖ εἴποιμεν, οὐδὲ μακροῖς λόγοις, τά γε εἰκότα. ἀλλ' ἀρκεῖ, ὥς τινα τῶν ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ ἡρωϊκῶν ἐκείνων ἀνδρῶν, θαύματι καὶ σιγῇ μᾶλλον αὐτὸν, ἢ λόγοις, κοσμεῖν. Ἔρρωσο.

Bessario Cardinalis litteratissimo viro Nicolao Secundino bene agere.

Cum te quoque in sapientia & virtute Gemisti suspicienda nemini concedere sciam, carmina quædam sepulcralem eius in laudem a me facta ad te mitto, unaque cum iis epistolam, quam ad eius filios misi; non ut iis consolationem afferrem, quos potius lætari, quam dolere, oportet; sed ut eum laudibus prosequerer. Quæ dum legeris, aliquid supra fidem iis inesse putare noli. Namque vir ille philosophiæ ac omnigenæ sapientiæ imago revera exstitit; non tantum illius quidem quæ verbis constat, aut in astrorum cursu, rationibus harmonicis, geometricis proportionibus, & arithme-

 ticis

ticis medietatibus versatur ; neque illius tantummodo quæ Platonica est, atque de rebus divinis institutas ab hominibus illis disquisitiones complectitur, aut rerum physicarum investigationem continet, deque earundem caussis & principiis pertractat : quibus omnibus disciplinis, ut nemo alius, diligentissime is operam dedit ; verum etiam illius quæ ad praxim spectat, & mores ac vivendi rationem uniuscuiusque exornat : qua suam sic ille vitam illustravit, nihil ut sit Diogenes, nihil alii huic similes, aut Stoici ipsi sint, si cum eo comparare velis. Gravitatem enim modestiam ac frugalitatem eorum amplexus, fastum arrogantiam & ostentationem eorumdem a se reiecit. His itaque omnibus de caussis tanta in hominem hunc admiratione fui (verum dicere liceat), quanta in neminem unquam eorum quos hactenus novi, & quibuscum versari mihi contigit. Alium siquidem qui huius vitæ omnia adeo parvifaceret, aut ob intellectum maiori penetrandi vi atque sublimitate præditum excelleret, aut a sophistarum garrulitate atque captione abhorrens in veritate rerum philosophicarum inquirenda vehementiori studio versaretur, ac eam frequentius assequeretur, nunquam reperii ego ; quanquam doctos homines non sane paucos invenerim. Multa propterea ac magna de eo paucis iis dixi verbis : quæ enim dicere oporteret, ne longa quidem oratione unquam complecti possem. Satis tamen est hunc veluti virum quendam tum ex iis qui nostra ætate floruerunt, tum vero etiam ex iis qui heroica virtute olim fuere præstantes, admiratione potius & silentio, quam oratione, exornare. Vale.

NICEPHORI BLEMMIDAE Liber de Anima cum eius Epitome Logicæ & Physicæ Lipsiæ ann. 1784. impressus est.

Prolegomenon in Arithmeticam Nicomachi est ASCLEPII :

pii: Scholia ex eodem & Ioanne Philopono ad litteram sumpta.

Non omnia in Cleomedem de Cyclica Consideratione Scholia Ioannis Pediasimi esse videntur, ac unum præsertim quo Eratosthenis methodus orbis terræ dimetiendi a Cleomede relata fuse explicatur; neque illud tamen ea de re scriptoribus visum est, indice mihi Seidelio in Excursu ad librum secundum Fragmentorum Eratosthenis, Gottingæ 1789. pag. 87. Scholia in Cleomedem tum Pediasimi, tum alius ignoti, ex codice Vaticano apographum Iosephi Auriæ continet in codice Parisiensi 2405.

Oraculum Apollinis de Isthmo Corinthiaco variisque eius perfossionem aggressis, recentioris Græciæ figmentum, incipit Δίζεαι μαθέειν τεμαινοκράτορος αὐλαῖς &c. Græce extat in Epigrammatibus a Cyriaco Anconitano per Illyricum repertis, absque ulla nota Romæ an. 1664. impressis, & an. 1747. cum nova libri fronte denuo evulgatis (*p. XXXXI*). Latine redditum illud fuisse a Nicolao Perotto Francisci Philelphi ad hunc ipsum scripta epistola an. 1463. prodit (*Philelph. Epistol. Lib. XX. pag.* 141. *ed. Venet.* 1502.). At id antea fecerat Nicolaus Sagundinus Euboicus; cuius interpretationem cum epistola ad Petrum Bembum Senatorem Venetum, qua rem explicat atque enarrat, apud me est in codice manuscripto, quo Sagundini varia continentur, ab Apostolo Zeno in Dissertationibus Vossianis relato Tom. I. pag. 344.

Expositio in Canones Persarum Isaaci Argyri est, ex codicibus quoque aliis Marcianis iam nota.

Isaaci Argyri Methodus rationabilior cyclorum solarium

& lunarium, & alia quæ sequuntur usque ad opusculum de errore Paschatis, eadem quæ in codice CCCXXVIII, a Petavio in Uranologio edita iam sunt.

CANONES PERSARUM sunt Astronomicæ Tabulæ iuxta Indicem impressum adiunctæ Scholiis in Astronomicas hypotheses.

Methodus construendi Astrolabii cuius initium *Τὸ μὲν ἔξω δοχεῖον* &c. est NICEPHORI GREGORAE, ut in Codic. CCCXXVI, Latine edita a Georgio Valla cum aliis, Venetiis an. 1498. Hoc ipso de opusculo, quo Astrolabii constructionem tradidit, sic Nicephorus in epistola a me ad Cod. CCCXVIII. allata: *δεύτερον δὲ βιβλίον ὃ τὴν τοῦ ἀστρολάβου κατασκευὴν δείξεσι δείκνυσι γραμμικαῖς. τὸ μὲν γὰρ περὶ χρήσεως τῷ Ἀλεξανδρεῖ πεπόνηται Ἰωάννῃ· τὸ δ᾽ αὖ τῆς κατασκευῆς, τοῖς ἀστρονόμοις ἀξιοζήτητον ἐς τὰ μάλιστα ὄν, ὡς καὶ φύσει πρότερον, τοῦτο δ᾽ εἴτε ἦν μὲν ἐν διαλέκτῳ τῇ Ἑλληνίδι, ἠφανίσθη δ᾽ ἂν ἔπειτ᾽ ἀπολελαυκὸς τοῦ χρόνου, εἴτε οὐδὲ γεγένηταί τινι τὴν ἀρχήν. τοῦτο δ᾽ ἡμεῖς ἐκπονήσαντες ἐκδεδώκαμεν ἤδη, ἐπινοίαις ἰδίαις καὶ πόνοις χρησάμενοι.*

Expositio methodica de Astrolabio, Capitibus XIV. comprehensa, est IOANNIS PHILOPONI, ut in cod. CCCXXIII. aliisque.

Ad

Ad Cod. CCCXXXV. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

IN fine Opuscula duo accedunt, unius eiusdemque fortasse auctoris, quorum nec editionem ullam, nec exemplar aliud manuscriptum novi.

Alterum hæc pro titulo habet *Οἱ παρὰ τῶν πλωϊκωτέρων Μαρδαϊτῶν συνήθως παρατηρούμενοι καιροί τε καὶ ἀστέρες, ὁπόταν ζάλην ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ τρικυμίαν εἰώθασιν ἐμποιεῖν, ἐξ ὧν συμβαίνουσι τὰ ναυάγια, καὶ πάλιν νηνεμίας τε καὶ εὐδίας, δι' ὧν κατορθοῦνται τὰ ταξείδια.* Quæ tempora, quæque astra Mardaitæ navigandi præcipue gnari observare consueverunt, quando vel procellas magnosque maris æstus ea efficere solent, ex quibus naufragia contingunt; vel rursus aeris tranquillitates atque serenitates, ex quibus res classiculis bene succedunt. Initium. *Κατὰ τὴν τοῦ Μαρτίου μηνὸς εἰκάδα πέμπτην, ἡνίκα κατὰ τοὺς πολλοὺς τὴν ἀρχὴν τὸ ἔαρ παραλαμβάνει, τηνικαῦτα καὶ ὁ καιρὸς ὁ παρὰ τῆς κοινῆς συνηθείας παχνίτης καλούμενος τοῦ εἶναι ἀπάρχεται, καὶ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἐπικρατεῖ. παχνίτης δὲ λέγεται, διὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὀμιχλώδης εἶναι, καὶ πολλὴν ἐμποιεῖν τὴν πάχνην. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ καιρὸν πολλαὶ δυσαερίαι πεφύκασι γίνεσθαι. εἴτε γὰρ πρὸ τῆς τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ἀπαρχῆς, εἴτε κατὰ τὸ μέσον, εἴτε κατὰ τὴν συμπλήρωσιν, βορρᾶ δηλονότι [illegible], εἴτε καὶ νότου ζάλη θαλάσσης καὶ ταραχὴ πολλὴ καθίσταται ἀναμφιβόλως. ὅθεν οἱ τῶν Μαρδαϊτῶν δόκιμοι πλωϊκοὶ τὴν τοιαύτην τοῦ ἀνέμου φορὰν ὅτε γινομένην θεάσονται, εὐθὺς τὰς ἑαυτῶν γαλλοίας πρὸς τὸ πέλαγος ἀφορμῶσι, καὶ τὴν τῶν Σαρακηνῶν γῆν τὸ παράπαν ἐκκλίνουσι, καὶ ἔχουσιν ἀντὶ λιμένος τὸ πέλαγος· κρεῖττον εἰς σωτηρίαν τὸ τοῦ πελάγους ἄπλωμα λογιζόμενοι, ἤπερ ἀκταῖς ἀποῤῥιφῆναι πετρώδεσι, καὶ ταῖς τῶν ἐχθρῶν πολλάκις παραδοθῆναι χερσίν.*

Al-

Alterum opusculum est Τοῦ πρωτοσπαθαρίου καὶ στρατηγοῦ τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν περὶ τῶν παρατηρουμένων ἀστέρων παρὰ τοῖς πλω-ϊκοῖς. PROTOSPATHARII ET DUCIS CIBYRRHEOTARUM De stellis quæ a navigandi peritis observantur. Inc. Τῇ ιδʹ τοῦ σεπτεμβρίου μηνὸς ἄστρον τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ γίνεται ταραχὴ τῆς θαλάσσης ἐξ ἀνέμου βοῤῥᾶ, ὥστε Δι-βὸς &c.

Longe ab antiquitate scripta hæc abesse facile quisque videt; non tamen despicienda, licet astra nominibus a Sanctis acceptis passim etiam denotentur, neque indicium de iis aperte fiat; Εὐσεβέστεροι γὰρ χάριν σεβάσματος τὰς τῶν ἀστέρων τροπὰς ἁγίων ὀνόμασι Χριστιανοὶ προσανέθεντο· Ἑλλήνων ταύτας τὸ πρότερον εἰς ζῶά τινα, κριοὺς καὶ ταύρους καὶ καρκίνους κακῶς ἐπικαλεσάντων, ut in primo opusculo est. Mardaitas, quos Vincentius Bellovacensis in Speculo Historiali Lib. XXIII. Cap. 127. p. 944. ed. Duac. 1624. piratas interpretatur, nec fortasse male, pro sui temporis significatione, ex Cedreno T. II. p. 437. & Zonara T. II. p. 91. ed. Paris. cognoscere licet.

Ad Cod. CCCXXXVI. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Hæc, præter relata in Indice, insunt:

Isaaci Argyri Expositio in expeditos Canones Persarum, qui sequuntur pag. 12.

Ioannis Philoponi de usu Astrolabii. p. 134.

De

De GEODAESIA Anonymi libellus. Inc. Γεωδαισία ἐςὶν ἐπιςήμη τῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς σώμασι μεγεθῶν καὶ σχημάτων &c. pag. 152.

Cod. CCCXXXVII. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

EUSEBII, THEODORETI, HERMIAE SOZOMENI, SOCRATIS, EVAGRII Historia Ecclesiastica, cum Excerptis THEODORI LECTORIS & PHILOSTORGII.

EUSEBII textum cum codicibus Mazariniano Mediceo & Fuketiano convenire, variæ lectiones ex iis a Valesio allatæ suadent. Appendix libri octavi inest, cum tractatu de Martyribus Palæstinæ.

IN THEODORETO lectiones pleræque sunt ex adiectis a Merico Casaubono in exemplari editionis Roberti Stephani an. 1544, postmodum a Guillelmo Reading in editione Cantabrigiensi evulgatis.

In SOZOMENO & EVAGRIO lectiones Casauboniani exemplaris, a Readingo editæ, omnino exstant: in SOCRATE non item.

PHILOSTORGII Excerptorum exemplar, olim Samuelis Bocharti, non de eodice hoc sumptum est; secus atque magnus hic vir putabat. Id vel ex eo constat, quod verba desunt ὁ μὲν γὰρ Ρ'ουφῖνος &c., quæ Valesius pag. 539. l. 17. in exemplo Bocharti reperiit. Magna tamen est libri utriusque con-

convenientia, & idem in utroque defectus quoad libri X. finem ac XI. initium.

Eusebii ac Theodoreti, non tamen historicorum etiam aliorum, Valesio teste (*Praef. in Socratem*), codicem Marcianum Ioannes Christophorsonus Lancastrensis, postea Episcopus Cicestrensis, adhibuit pro sua versione Latina ann. 1570. Coloniae primum edita: quae res ex praefatione Valesii ipsius in Theodoretum & Bibliotheca Britannica Tanneri pag. 178. satis apparet. Eusebii vero codices Marcianos omnes, quoad loca selecta posteriorum trium Historiae Ecclesiasticae librorum olim ego contuli in usum Friderici Andreae Strothii Rectoris Gymnasii Quedlinburgensis, post editos ab eo libros septem priores Halae 1779; qui vir acuti ingenii morte praeventus Historiae Eusebii reliqua minime dedit.

Ad Cod. CCCXXXVIII. membran. in fol. Saec. XI. — P.

IN EUSEBII Historia Ecclesiastica appendix libri octavi deest, iuxta ac liber de Martyribus Palaestinae. Textus cum superiori valde facit.

HISTORIA MONACHORUM ÆGYPTI in fine est, capitibus XXVI. comprehensa, cuius initium Εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι &c. Edidit magna cum differentia Fronto Ducaeus in Auctario Bibliothecae Patrum.

Ad

Ad Cod. CCCXXXIX. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

IN Historia Eusebii Ecclesiastica, libris decem comprehensa, variæ lectiones fere omnes libri Casauboniani sunt, a Readingo vulgatæ; ac ea quoque Lib. I. Cap. 13. p. 37. l. 24. edit. Cantabrig. *καὶ τόνδε περιεχουσῶν τὸν τρόπον*, quam in uno eo libro esse Strothius animadvertit. Nonnullæ tamen ad eas addi possunt; ut Lib. I. Cap. 12. p. 36. l. 23. *ταῦτα μὲν ἂν καὶ τοσαῦτα περὶ τῶνδε ἀρκούντως εἴρηται*: Lib. eod. Cap. 13. p. 38. l. 1. *Ἄβγαρος ὐχ' ἅμα τοπάρχης*, quod Valesio Abgarum *Οὐχάμα* filium in codicibus quandoque dictum putanti favet. Appendix libri octavi deest, ut etiam liber de Martyribus Palæstinæ. Liber nonus desinit in ea verba *θεῷ δὴ χάρις . . . . ἐνταυτὸς ἀρχόμεθα*, quæ libri decimi initium efficere solent: liber vero decimus, qui incipit *Ἄμα δὲ ταῖς σαῖς ἀρχαῖς* &c., ex Capitibus 1. 2. 3. 4. 8. 9. editionis Valesianæ tantummodo constat. Accedit, quemadmodum in codice Parisiensi 1434, & in Laurentiano apud Bandinium T. II. pag. 681, Constantini Imp. Constitutio, quam, sublatis tyrannis, ad gentes sibi subditas Græce scriptam misit; edita in Vita Constantini ab Eusebio Lib. II. Cap. 24. & seq.

Constantini Vita ab Eusebio scripta libri Moreani lectiones a Valesio allatas plerumque habet; prout ex collatione, in Strothii commodum, a me, quoad selecta loca, olim facta, deprehendi.

Ad

Ad Cod. CCCXL. chartac. in 4. Sæc. XIII. — P.

EUSEBIUM de Vita Constantini cum, Strothio petente, conferrem, varias lectiones codicis Fuketiani, a Valesio evulgatas, passim offendi.

Ad Cod. CCCXLII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

EUSEBII Præparatio Evangelica nullibi mutila est. Ex codice CCCXLI, qui singulare nihil præ se fert, hunc esse descriptum comperio: ac id quidem factum Romæ anno 1470, Bessarionis iussu, manu Cosmæ Monachi, qui hæc in fine posuit:

Κοσμᾶς μοναχὸς ἀρετῆς πάσης ξενὸς
Πονήσας αὐτέγραψε τήνδε τὴν δέλτον
Προστάγματι Βησσαρίωνος δεσπότου
Ῥώμῃ ἐν αὐτῇ τῇ σεβασμίᾳ πόλει.

Ex bibliotheca Marciana Eusebii Præparationem Evangelicam an. 1531, in gratiam Benedicti Accolti Cardinalis descriptam fuisse, Bembi Cardinalis epistolæ editæ testantur (*ad Bened. Accolt. inter Epist. Latin. Lib. VI. & ad I. Bapt. Rhamnusium inter Ital. Vol. II. Lib. 3.*); idque Accolti una inedita, quam legi, confirmat.

Ad

Ad Cod. CCCXLIII. membran. in 4. Saec. XII. — P.

TATIANI Oratio ad Graecos anno 1546. Tiguri a Ioanne Frisio primum edita est iuxta exemplar, quod ab Arnoldo Arlenio Venetiis acceperat: non illud tamen ex codice hoc fuerat expressum; qui ad Etonensem, de Bononiensi Canonicorum Sancti Salvatoris sumptum, & a Wilhelmo Worth in editione Oxoniensi ann. 1700. adhibitum, praesertim accedit.

Cod. CCCXLIV. chartac. in fol. Saec. XIII. — P.

THEODORI LECTORIS Constantinopolitani Compendium Historiae Ecclesiasticae, ex libris Socratis, Sozomeni, & Theodoreti.

HUIUSCEMODI Epitomen saeculo sexto confectam, nec unquam impressam, in bibliotheca Marciana exstare Bandurius (*Imper. Orient. T. II. p.* 564. *ed. Ven.*) Valesius, ex fide Emerici Bigotii, qui eam viderat (*Praef. in Theodor.*) Fabricius (*Bibl. Gr. T. VI. p.* 822.) Caveus (*Hist. Script. Eccles. ad an.* 518.) & alii iam prodiderunt: quam equidem ab opere alio Historiae Ecclesiasticae Theodori eiusdem, cuius excerpta vulgata sunt, omnino differre compertum est. Rarissima eius exemplaria sunt; neque, nisi Oxoniense Bodleianum, olim Barocciaaum, ego novi (*Catal. MSS. Angl. T. I. p.* 18. *n.* 142.); nam Allatianum & Sfortianum a Valesio

lesio & Montfanconio relata, num revera supersint, ambigi plane potest. Constat Epitome libris duobus, qnibus res a vicesimo Constantini anno, ad obitum Constantii, continentur, a Sozomeno libris qnatuor prioribus enarratæ, aliis ex Socrate ac Theodoreto insertis; libris quinqne Sozomeni reliquis a Theodoro fortasse ipso, ad unnm historiæ corpus quodammodo conficiendum, adiectis. Fragmenta trium historicornm & ab iis allata monumenta, pront sibi videbatur, Theodorus contexuit: qno ex opere ad eorum emendationem non parum Valesius profecit, variis lectionibns Allatiani exemplaris, a Samuele Tennulio collati, adhibitis, quæ & in Marciano omnino sunt. At prooemium ab eo editum cum varia codicis huius lectione, ac libri primi initium, usque ad ea verba καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον &c. (*edit. Cantabr. p. 6. l. 24.*) modo desunt, bibliopegi incnria fortasse deperdita; neque Θεοδώρου Ἀναγνώστου tanquam auctoris nomen, nisi ex annotatione, a Bessarione ad initium de more posita, apparet. Adhuc tamen variæ, eæque bonæ, lectiones aliæ restant, de quibus nullum Valesius indicium fecit. Sic in Socrate p. 21. l. 22. ed. Cantabr. δογματίζειν δυνάμενον, MS. δογματίζοντα: p. 21. l. 25. Ed. ὂν ὡς σοφὸν, MS. ὂν σοφὸν: p. 22. l. 39. Ed. καὶ τῷ, MS. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῷ. In Sozomeno p. 8. l. 21. Ed. ἀνὴρ παρά τε Ἰουδαίοις καὶ Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, MS. ἀνὴρ παρὰ Ἰουδαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἔτι δὲ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις: p. 35. l. 26. Ed. ἥκιστα γὰρ χρὴ, MS. ὡς ἥκιστα χρή: p. 35. l. 27. Ed. ἄγε ὂν, MS. ἄγε δὴ ὂν: p. 35. l. 34. Ed. μετακαλοῦνται, MS. μετεκαλοῦντο. Non itaqne recte, post inspectum codicem, sic de eo Scipio Maffeius V. C. scripsit in Bibliotheca Veronensi MS. p. 88. *Theodori Lectoris Historiam integram, quam ibidem delitescere percrebuit rumor, diu exquisivi; codice tandem reperto eius quidem auctoris nomine inscripto, sed Sozomenum continente.*

In-

Inter additamenta Catalogus Patrum Nicaenorum eminet, ad Socratis lib. 1. cap. 13. ubi eius initium tantummodo ille profert; integrum vero ab Athanasio Alexandrino in Synodico, quod modo non superest, insertum fuisse prodit. Monumentum ob antiquitatem venerandum, & ad historiam Episcopatuum illustrandam accommodatum, quale omnino in codice est, mendis nimirum conspersum, ut einscemodi scripta esse solent, at prolixo studio alibi emaculandum, ne hic proferam, committere nolo; cum nonnisi Latine, & admodum quidem corrupte, Catalogi Patrum Nicænorum vulgati sint, præter pauca nomina a Gelasio Cyziceno Græce servata. Omnium vero qui hactenus editi sunt huic præsertim ille respondet, quem Iustellus primum in lucem eruit, deinde Ballerinii fratres emendatiorem dederunt in Tractatu de antiquis Canonum collectionibus, Opp. S. Leonis T. III. p. 503. Ad eum itaque, quem dixi, Socratis locum, pro iis verbis *Φιλομαθὲς δὲ εἶναι νομίζω . . . . ἀφίκετο*, hæc Theodorus habet:

Φιλομαθείας δὲ εἶναι νομίζω, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπισκόπων, ὧν ἀρεῖν ἠδυνήθην, καὶ ἧς ἐπαρχίας ἕκαστος καὶ πόλεως ἦν, καὶ τὸν χρόνον ἐν ᾧ συνῆλθον, παραθέσθαι ἐνταῦθα (ἐσπούδασα male codex addit).

Σπανίας

Ὅσιος ἐπίσκοπος Κοδρούβης· οὕτως
πιστεύω, ὥσπερ γέγραπται

Ῥώμης

Βίτων καὶ Βικέντιος πρεσβύτεροι

Αἰγύπτου

Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος
Ἀρποκρατίων Ἀλφοκράτων
Ζήνων Ἀδαμάντιος
Φαρβεθοῦ Ἀρβιτίων
Πανύφεως Φίλιππος

Ἡρακλέους Ποτάμων
Πτολεμαΐδος Σεκοῦνδος
Πηλουσίου Δωρόθεος
Θμουέως Καΐος
Μέμφεως Ἀντίλογος
Ταυθίτης Τιβέριος

Τῆς Θηβαΐδος

Ἀνθέας Σχέδιος
Τύραννος Ἀντινόου
Λισιανὸς Λυκῶν
Παφνούτιος

Τῆς δὲ Λιβύης τῆς ἀνωτέρας

Δάχης Βερενίκης
Ζώπυρος Βάρκης
Σαραπίων Ἀντιπύργου
Σεκοῦνδος Ταύχης

Λιβύης κάτω

Τίτος Παραιτονίου

Παλαιστίνης

Μακάριος Ἱεροσολύμων
Γερμανὸς Νεαπόλεως
Μαριανὸς Σεβαστηνός
Γαϊνὸς Σεβαστῆς
Εὐσέβιος Καισαρείας
Σαβῖνος Γαδάρων
Λογγῖνος Ἀσκάλωνος
Πέτρος Νικοπόλεως
Μαριανὸς Ἰαμνείας
Μάξιμος Ἐλευθεροπόλεως
Παῦλος Μαξιμιανουπόλεως
Ἰαννουάριος Ἱεριχόντων
Ἡλιόδωρος Ζαβούλης
Ἀέτιος Λυδδῶν

Σιλ-

Σιλβανὸς Ἀζώτου
Πατρόφιλος Σκυθοπόλεως
Ἀσκλήπιος Γάζης
Πέτρος Ἀϊλᾶ
Ἀντίπατρος Καπετωλιάδος

Φοινίκης

Ζήνων Τύρου
Αἰνείας Πτολεμαΐδος
Μάγνος Δαμασκοῦ
Θεόδωρος Σιδῶνος
Ἑλλάνικος Τριπόλεως
Φιλόκαλος Πανεάδος
Γρηγόριος Βηρύτου
Ἀνατόλιος Ἐμίσης

Συρίας κοίλης

Εὐστάθιος Σελευκείας
Θεόδοτος Λαοδικείας
Ἄλφιος Ἀπαμείας
Βασιανὸς Ῥαφαναίας
Φιλόξενος Ἱεραπόλεως
Σαλαμάνης, Γερμανικείας
Πιτέριος Σαμοσάτων
Ἀρχελάος Δολίχης
Εὐφρατίων Βαλανέων
Φάλαδος Χωρεπίσκοπος
Ζώϊλος Γαβάλων
Βάσσος Ζεύματος
Γερόντιος Λαρίσσων
Μανίκειος Ἐπιφανείας
Εὐστάθιος Ἀρεθουσῶν
Παῦλος Νεοκαισαρείας
Συρίκιος Κύπρου
Σέλευκος Χωρεπίσκοπος

Πέτρος Γινδάρυ
Πηγάσιος Ἀρμοκαδάμων
Βασσώνης Ταβύλης

Ἀραβίας

Νικόμαχος Βόςρων
Κυρίων Φιλαδελφείας
Γεννάδιος Ἰεβύνδων
Σεβῆρος Σοδόμων
Σώπατρος Βεελτινάδος
Σεβῆρος Διονυσιάδος
Διονύσιος Μεσοποταμίας
Ἀϊθαλᾶς Ἐδέσσης
Ἰάκωβος Νισίβιος
Ἀντίοχος Ῥησίνας
Μαραίας Μακεδονοπόλεως
Ἰωάννης Περσίδος

Κιλικίας

Ἀμφίων Ἐπιφανείας
Νάρκισσος Νερωνιάδος
Μωσῆς Κασαβάλων
Νικήτας Φλαϊάδος
Εὐδαίμων Χωρεπίσκοπος
Παυλῖνος Ἀδάνων
Μακεδόνιος Μοψυεςίας
Ταρκοδήμαντος Ἀιγέων
Ἡσύχιος Ἀλεξανδρείας μικρᾶς
Νάρκισσος Εἰρηνεπόλεως

Καππαδοκίας

Λεόντιος Καισαρείας
Εὐτύχιος Τυάνων
Ἐρόθεμος Κολωνείας
Τιμόθεος Κυβίςρων
Ἐλπίδιος Κωμανῶν

Γορ.

Γοργόνιος Χωρεπίσκοπος
Εὐδρόμιος Χωρεπίσκοπος
Θεοφάνης

Ἀρμενίας μικρᾶς

Εὐλάλιος Σεβαστείας
Εὐήθιος Σατάλων

Ἀρμενίας μεγάλης

Ἀρσάκης
Κρήσης

Διοσπόντου

Εὐτύχιος Ἀμασείας
Ἐλπίδιος Κωμάνων
Ἡράκλειος Ζήλων

Πόντου Πολεμωνιακοῦ

Λογγιανὸς Νεοκαισαρείας
Δόμνος Τραπεζοῦντος
Στρατόφιλος Πιτυοῦντος

Παφλαγόνης

Φιλάδελφος Πομπηϊουπόλεως
Πετρώνιος Γυνοπόλεως
Εὐτύχιος Ἀμαστρίδος

Γαλατίας

Μάρκελλος Ἀγκύρας
Δικάσιος Ταβίας
Ἐρέχθιος Δαμάβων
Γοργόνιος Κίνων
Φιλάδελφος Ἰουλιουπόλεως

Ἀσίας

Θεωνᾶς Κυζίκου
Μηνόφαντος Ἐφέσου
Ὠρίων Ἰλίου
Εὐτύχιος Σμύρνης
Μίθρης Ὑπύρπων

Μαριανὸς Τρωάδος
Παῦλος Ἀνόρων
Λυδίας
Ἀρτεμίδωρος Σαρδίων
Σέρας Θυατείρων
Ἐπιμάσιος Φιλαδελφείας
Πολίων Βάρεως
Ἀγώγιος Τριπόλεως
Φλωρέντιος Ἀγκύρας σιδηρᾶς
Ἀντίοχος Ἱδρῶν Καισαρείας (f. Ἱεροκαισαρείας)
Ἀντίοχος Ἀυρηλιανοπόλεως
Μάρκος Στανδου
Φρυγίας
Νουνέχιος Λαοδικείας
Φλάκκος Σανάδων
Προκόπιος Συνάδος
Πιστὸς Ἀζανῶν
Ἀθηνόδωρος Δορυλλείου
Παῦλος Ἀπαμείας
Εὐγένιος Εὐκαρπίας
Φλάκκος Ἱεραπόλεως
Ἡσύχιος Νεαπόλεως
Εὐτύχιος Σελευκείας
Ἀράυνιος Λιμενῶν
Τάρσικος Ἀπαμείας
Πατρίκιος Ἀμβλάδων
Πολύκαρπος Μητροπόλεως
Ἀκαδήμιος Πάπων
Ἡράκλειος Βάρεως
Λυκίας
Νικόλαος Μύρων Λυκίας
Εὔδημος Παπίρων
Παμφυλίας

Καλλι-

Καλλικλῆς Πέργης
Εὐρέσιος Τερμισσοῦ
Ζώξιος Συάρμων
Δόμνος Ἀσπένδου
Κυπιανὸς Σελευκείας
Πατρίκιος Μαξιμιανουπόλεως
Ἀφροδίσιος Μαγύδων

Νήσων

Εὐφρόσυνος Ῥόδου
Μελίφρων Κῶυ
Στρατήγιος Λήμνου
Ἀλιπόδωρος Κερκύρας

Καρίας

Εὐσέβιος Ἀντιοχείας
Ἀμμώνιος Ἀφροδισιάδος
Εὐγένιος Ἀπολλωνιάδος
Λητόδωρος Κιβύρας
Εὐσέβιος Μιλήτου

Ἰσαυρίας

Στέφανος Καράτων
Ἀθηναῖος Γορπίσσου
Ἐδέσιος Κλαυδιουπόλεως
Ἀγάπιος Σελάνειας
Σιλβανὸς Μητροπόλεως
Φαῦστος Πανέμου τείχους
Ἀντώνιος Ἀντιοχείας
Νέστωρ Συέδρων
Ἡσύχιος Χωρεπίσκοπος
Κύριλλος Οὐμανάδρων
Θεόδωρος ὁ αὐδάλων (sic)
Ἀνατόλιος Χωρεπίσκοπος
Παῦλος Λαραύδων
Κύντος Χωρεπίσκοπος

Τιβέριος Ἀλίςρων
Ἀκύλας Χωρεπίσκοπος
Εὐσέβιος Παροικίας.
Κύπρε
Κύριλλος Πάφε
Γελάσιος Σαλαμίνης
Βυθινίας
Εὐσέβιος Νικομηδέιας
Θεόγνιος Νικαίας
Μάρις Χαλκηδόνος
Κύριλλος Κίε
Ἡσύχιος Προύσης
Γοργόνιος Ἀπολλωνιάδος
Γεώργιος Πρεσιάδος
Εὐήθιος Ἀδριανῶν
Θεοφάνης Χωρεπίσκοπος
Εὐρώπης
Πεδίρως Ἡρακλείας
Δακίας
Πρωτογένης Σαρδικῆς
Μάρκος Καλαβρίας
Μυσίας
Πιςὸς Μαρκιανοπόλεως
Ἀφρικῆς
Καικιλιανὸς Καρθαγένης
Μακεδονίας
Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης
Δαρδανίας
Δάκος
Ἀχαΐας
Πιςὸς Ἀθηνῶν
Βάρσος Βυοτίας (sic)
Στρατήγιος Τρεςίας

Θεσ-

Θεσσαλίας
Κλαυδιανὸς Λαρίσσης
Δαρδανίας
Βύδιος Στοβῶν
Παννονίας Δόμνος
Γαλλίων
Νικάσιος Δουίας
Γοτθίας Θεόφιλος
Βοσπόρου Κάδιος

Τοσούτων μὲν τὰ ὀνόματα εὑρεῖν ἠδυνήθημεν. τῶν δὲ ἄλλων τέως οὐχ εὕρομεν. Καὶ ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὕρομεν, ὑπατείας Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ, τῇ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός. τοῦτο δὲ ἦν ἔτος ἑξακοσιοστὸν τριακοστὸν ἕκτον ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κατὰ Μακεδόνος βασιλείας· ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας εἰκοστὸν ἐννεακαιδέκατος ἔτος ἦν. τὰ μὲν οὖν τῆς συνόδου τέλος εἶχεν. ἰστέον δὲ ὅτι μετὰ τὴν σύνοδον ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπὶ τὰ ἑῶα μέρη ἀφίκετο.

Cod. CCCXLV. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

THEODORETI Historia religiosa, subiuncta Oratione de Caritate.

PALLADII Historia Lausiaca. Hanc an. 1554. Venetiis Aloysius Lippomanus cum Latine ederet, præfatione in tomum tertium Vitarum Sanctorum, lectores monuit, se, num Paradisus Heraclidis, antea Parisiis impressus, unum idemque opus cum Palladii Historia esset, dignoscere cupientem, codicis huius ope rem comperisse, eiusque collationem a Francisco Turriano factam sibi profuisse: *Dum mecum ipse fluctua-*

Ɛuarem, inquit, *librum ipsum ad eruditissimum probatissimumque virum amicum meum Franciscum Torres, Venetiis tunc commorantem transmisi; rogans ut is, qui utriusque linguæ peritissimus esset, in famosam illam quondam Cardinalis Bessarionis bibliothecam se conferret, ac librum hunc cum Palladii Cappadociæ Episcopi, quem ibi adesse sciebam, conferret, & an is, vel alter esset mihi rescriberet. Functus est pro sua caritate officio demandato vir optimus, & a capite ad calcem usque utroque collato volumine, hunc eundem prorsus cum illo esse reperit, paucis quibusdam, iisque perexigui momenti immutatis. Titulus etiam discrepabat, & nuncupatoria epistola, quæ non ab Heraclide Alexandrino, sed a Palladio Cappadociæ Episcopo, licet in utroque volumine ad Lausum scripta videretur. His igitur paucis locellis correctis, & ad emendatissimum Græcum codicem redactis, librum ad piorum emolumentum evulgandum duximus.*

Palladii Commentatio de Brachmanibus accedit inscripta *Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραχμάνων*. Emendatior est, quam in editione Londinensi Edoardi Bissæi an. 1665. Sic p. 2. l. 9. Ed. *πηχυπότων*, Ms. *ψυχροπότων*: p. 7. l. 9. 9. Ed. *τὰ ἔθνη*, Ms. *τὰ ἔθυ*: p. 9. l. 8. Ed. *τοῦ Γάγγου*, Ms. *ἐντεῦθεν τοῦ Γάγγου*.

Codicem, præter capita quatuor priora Historiæ religiosæ Theodoreti, Michael Apostolius scripsit.

Ad

Ad Cod. CCCLIX. membran. in fol. Saec. XII. — V.

SANCTORUM VITAS qnoad mensem Martium atque Aprilem cum in codicibus Vaticanis, qnibus nti consueverat, non reperisset Aloysius Lippomanus Episcopus Veronensis; eas ex codice hoc a Petro Francisco Zino latine redditas edidit in parte prima tomi sexti Vitarum Sanctorum an. 1558. Romæ impresso: quod ipse in præfatione ad tomum sextum atque septimum declaravit.

THEOPHANIS Isauri Vitam, Petri Othoboni Cardinalis favore ex eodem codice sumptam, Franciscus Combefisins an. 1655. Parisiis cum ipso Theophanis Chronico Græce dedit: de quo indicium in epistola Combefisii nuncupatoria est.

Ad Cod. CCCLXII. membran. in fol. Sæc. XIII. — V.

SERMO in Conceptionem S. Annæ non est Gregorii, sed GEORGII Archiep. Nicomediensis.

Post Vitam Demetrii M. sequitur

S. ANDREÆ CRETENSIS Archiep. Sermo in vitam inanem & in defunctos. De quo Fabricius T. X. p. 126.

Versuum longa series in fine posita, quæ alicubi tamen evanuit, codicem a Monachis duobus ex detritis membranis descriptum fuisse declarat: id vero factum

ἑβδόμου παρατρέχοντος ἔτους, ἑπτακοσίων

καὶ

καὶ χρόνων ὀγδοήκοντα τῶν ἑξακισχιλίων,
Καρόλυ δὲ ῥηγεύοντος τοῦ πανευγενεστάτου,
δὶς ἑπτὰ χρόνους φέροντος αὐτοῦ τῆς δεσποτείας
Septimo currente anno septingentorum
Et annorum octoginta sexque millium,
Carolo regnante nobilissimo,
Bis septem annos numerante ipso dominii.

Annus æræ Græcorum 6787. & æræ vulgaris 1279. optime respondet anno 14. regni Caroli I. ex Comitibus Andegavensibus Siciliæ Regis; quem regnum illud VIII. Id. Ian. an. 1266. iniisse Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis demonstrat. Siculos vero, Calabros, Apulos, iisque finitimas gentes æra Græcorum tunc temporis uti consuevisse iam constat.

Ad Cod. CCCLXIII. membran. in fol. Sæc. XII. — V.

HÆC præterea insunt

IACOBI FRATRIS DOMINI Sermo historicus de Mariæ Virginis nativitate. Inc. Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν &c. p. 3. t. De apocrypho scripto vide Fabricium Bibl. Gr. T. IX. p. 112.

GEORGII CHARTOPHYLACIS Sermo in conceptionem Sanctæ Annæ. Inc. Οὐδὲν ἡδύτερον &c. p. 322. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 55.

Cod.

Cod. CCCLXV. chartac. in fol.
Sæc. XV. — V.

HERODOTI Historiarum Libri IX.
THUCYDIDIS De Bello Peloponnesiaco Libri VIII.
XENOPHONTIS Historiarum Græcarum Libri VII.

IN HERODOTO lectiones multæ sunt ex allatis a Wesselingio libris duobus prioribus ad fidem codicis Parisiensis littera G notati; de quo argumentum ex Indice impresso sumere licet. Attamen ab aliis fere omnibus, ac insignioribus etiam codicibus hic nonnunquam discedit. Exemplum esto sub libri primi initium, ubi pro *ὡς ὡς* Ἕλληνες, habet *ὡς ὡς Φοίνικες*: recte quidem, ut Aldus edidit, Henricus Stephanus in margine adscripsit, Reitzius & Larcherus probarunt.

In THUCYDIDE ac XENOPHONTE varietas lectionis eiuscemodi, quæ editores latuerit, raro admodum obvia est: specimen quoque e Xenophonte in Indice exhibitum Moro & Schneidero in editionibus novis usu exiguo fuit.

De scriptionis tempore annotatio huiusmodi in fine adiecta est *ἐτελειώθη κατὰ τὴν τριακοστὴν τοῦ μαΐου ἐν ἔτει ϛ ϡ μ δ ἰνδ. ιδ* scilicet *τελειωθεὶ κατὰ τὴν τριακοστὴν τοῦ μαΐου* &c. *Absolutum die trigesima Maii anno 6944.* (*Æ. V*, *1436.*) *Indictione XIV.*

Codex in Indice impresso numero superiore notatus exemplar huius est, Bessarionis cura anno 1469. sumptum manu Ioannis Plusiadeni, *ἄρχοντος* Ecclesiarum in insula Cretæ, ex Fabricio, Caveo, & Indice Codicum MSS. Taurinensium satis cogniti.

Ad

Ad Cod. *CCCLXVI. chartac. in fol. Sæc. XV. —* V.

Herodotum cum anno 1792. pro V. C. Christiano Augusto Bohreck Duisburgensi quibusdam in locis expenderem, lectionem vulgata non multum esse meliorem plerumque vidi.

Herodotus de Vita Homeri Historiarum libris accedit.

Ad Cod. CCCLXIX. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

Xenophontis & Arriani quæ insunt, ex codice dxi. descripta sunt: Polybii ex codice CCCLXXI. Georgio tamen Zangaropulo Presbytero Cretensi, quo in iis anno 1470. exscribendis Bessario usus est, diligentiam passim defuisse video.

Cod. CCCLXX. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Xenophontis de Cyri expeditione.

Ex hoc ipso codice emendationem in fine libri quarti Henricus Stephanus hausit, cum anno 1555. apud nos diversaretur; de quo sic in editione sua altera anni 1581. p. 52 Annotationum scripsit: *In mea editione priori, sicut & in aliis quæ illam præcesserant, post* παγκράτιον *legitur* καλὴ δὲ ἐγένετο.

Ali-

Aliquid igitur ante hæc verba deesse nemo non facile animadvertebat: sed quid deesset, hoc opus, hic labor erat. Ac certe nos vetera quædam exemplaria hoc periculoso labore levarunt, quorum lectio hæc est: πάλην δὲ καὶ πυγμὴν καὶ παγκράτιον ἕτεροι· καὶ καλὴ δία ἐγένετο. Hanc autem non ex auditu habeo, sed eius ipse oculatus sum testis. Venetiis enim commorans in bibliotheca Sancti Marci exemplar, in quo ita legebatur, vidi, & aliud rursum in bibliotheca Sancti Antonii (quod cum ceteris bibliothecæ illius igne iam periit). *Sed exemplar, in quo hanc emendationem adnotaveram, inveniri, cum excuderetur prima editio, non potuit.*

Operæ pretium fortasse fuerit codicem totum, qui est accurate recensitus, pro nova editione conferre: quamquam probas lectiones multas, quas ex eodem sumere licuisset, Zeunius in editione Lipsiensi an. 1785. ex Guelpherbytano libro iam protulerit.

Ad Cod. CCCLXXI. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

POLYBIUM una eademque lectione codicis Laurentiani, iam satis comperta, in codice hoc esse, specimine, quod index impressus exhibet, expenso, recte statuit Schweighæuserus in præf. ad T. I. p. LII. edit. Lips. 1789.

Cod. CCCLXXIII. membran. in fol. Saec. XV. — V.

DIONYSII HALICARNASSEI Antiquitatum Romanarum Libri XI.

QUAE huiusce codicis, cui alius numero superiore in Indice exhibitus maxime respondet, indoles sit, editio Francofurtensis an. 1586. ostendit; in qua huius & Vaticani ope Sylburgius textum passim castigavit ac explevit, indicio in annotationibus facto. Profecerat ille ex collatione codicis Marciani a Hieronymo Donzellino Brixiensi & Gabriele Severo Archiepiscopo Philadelphiensi facta, ut in praefatione declarat; nonnunquam etiam de eius lectione, in annotationibus p. 27. exhibita, a Sigonio admonitus; qui idem Sigonius in Emendationibus Livianis Lib. I. Cap. I. locum ex ipsomet codice, aliqua tamen cum differentia, adducit. Liber historiarum undecimus desinit mutilus in ea verba Μάρκος Τι.... edit. Reiskii p. 2284. quemadmodum Lampus Biragus in interpretatione Latina dedit. Est vero codex Ioannis Rhosi manu, mihi bene perspecta, Bessarionis cura, descriptus.

Cod. CCCLXXIV. chartac. in 8. Saec. XV. — V.

DIODORI Siculi Bibliothecae Historicae Libri quinque priores insunt. Textus ut in codicibus Parisiensi ac Mutinensi se habet; quorum lectionem unam eandemque fere ubique esse Wesselingius commonstravit.

Cod.

Cod. CCCLXXV. membran. in 4. Sæc. circ. XII. — P.

Ex codice hoc DIODORI Siculi libros quinque, XI. XII. XIII. XIV. XV. qui soli eo continentur; ac ex sequenti quoque duos alios, XVI. XVII, habuit Iacobus Amyotus, qui eos in Gallicum sermonem vertit, ac Parisiis an. 1554. edidit, bibliothecæ, ex qua acceperat, indicio facto.

Varias huius lectiones, Blasii Caryophili opera acceptas, edidisse Wesselingius videtur, si quidem ejus testimonii in præfatione exhibiti ratio habeatur: at, re expensa, compertum mihi est *Codicem Venetum* in libris XI. XII. XIII. allatum Marcianum alium esse, qui Wesselingii tempore in bibliotheca Veneta SS. Ioannis & Pauli asservabatur; neque, nisi in libro XV, lectiones codicis huius CCCLXXV, qui cum Coisliniano magnopere convenit, a Wesselingio afferri; iis etiam e libro primo prætermissis, quæ in Indice a Zannetio & Bongiovannio edito comparent. Ad hæc Wesselingius aliorum culpa in errorem inductus perperam ait, librum XV. in codice hoc finire αὐτοῦ παραγράφομεν; siquidem una eademque ratione cum editionis suæ textu desinit.

Cod. CCCLXXVI. chartac. in fol. Sæc. XV. — V.

DIODORI SICULI Bibliothecæ Historiæ Libri quinque, a XVI. ad XX. continentur. Lectionis varietatem Wesselingius attulit.

Cod. CCCLXXVII. chartac. in 4. Saec. XIV. — V.

STRABONIS Geographicorum Libri XII. priores.

CODICEM hunc duosque proxime sequentes pro editione, quam parabat, Henricus Scrimgerus Scotus olim contulit; varias autem eorum aliorumque trium codicum lectiones in margine exemplaris editionis Aldinae accuratissime adscripsit; quo labore opus a multis mendorum millibus, Henrico Stephano teste, purgavit (*Annot. ad Maxim. Tyrium p. 360. ed. Henr. Steph.*). Ex munere Patricii Iunii librum Lucas Holstenius habuit, qui de eo sic ad Peirescium scribebat: *Habeo beneficio Patricii Iunii Strabonis exemplar olim ab Henrico Scrimgero magno Petri Iunii avo in Italia ad sex antiquorum codicum fidem collatum tanta diligentia, ut maiorem nunquam me vidisse meminerim, nec sine stupore librum unquam adspiciam. Eius usum cum Henricus Stephanus aliquando sibi impetrasset ad aliquot dies, enotavit ea & sublegit quae videbantur esse pracipua; quibus adiutus fuit deinde Casaubonus in sua editione adornanda.* (*M. le Baron de Sainte-Croix dans le Iournal des Savans, 1789. Avril p. 237.*). Hinc lectiones multae a Casaubono ex codicibus manuscriptis in margine textui adiectae, quae etiam in Marcianis his obviae sunt. Scrimgerianum exemplar, Romae in bibliotheca Barberinorum a se magno cum studio versatum, ob oculos quodammodo posuit Io. Philippus Siebenkeesius Professor Philosophiae Altorfinus primum in additionibus ad Bibliothecam Fabricii Graecam T. IV. p. 573. nov. edit., deinde in praefatione ad tomum primum Straboniani operis anno 1796. Lipsiae impressum; cuius editionem Sieben-

benkeesii, viri haud exiguæ eruditionis, mors florenti adhuc ætate, eo ipso anno excepit. Hunc vero ipsum codicem *vetustum* Scrimgerus appellaverat, licet sæculo XIV. exeunti ad summum tribui idem possit; fere in omnibus eum codice sequenti concordare affirmabat; atque a Georgio Gemisto Plethone possessum putabat; cuius rei indicium nullum apparet. Siebenkeesius cum annis 1787. & 1789. codices Strabonis Marcianos pro sua editione expenderet, hunc locis difficilioribus inspexit, lectionesque a se excerptas postmodum proferens, eundem N. CCCLXXVIIII. signatum perperam dixit, ac littera B denotavit. At neuter eorum libros Strabonis duodecim priores ex hoc ipso codice in alio proxime sequenti, Bessarionis cura, descriptos fuisse deprehendit: quod utrumque librum inter se conferenti patet. Alterius itaque varietate enotata, alter etiam quam habeat compertum fit.

Cod. CCCLXXVIII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

Strabonis Geographicorum Libri XVII.

Libros duodecim priores ex codice superiore descripsit, ac reliquos aliunde sumptos adiecit *Ioannes Rhosus*, Bessarionis utique iussu. Lectionis varietatem textui Aldino, uti dictum est, Scrimgerus olim adscripserat: codicem postea magna ex parte pro sua editione Siebenkeesius contulit, & cum Vaticano omnium præstantissimo convenire statuit: quanquam etiam agmen eorum ducere, in quibus librariorum ingenium aliquid sibi permisisse videtur, postea affirmaverit (*p. XXIX. Præf. in T. I. Strab.*). Ex lectionibus

quoad libros septem priores allatis in editione ab eo incepta, quam Carolus Henricus Tzschuckius Scholæ Electoralis Misnensis Conrector, vir Geographiæ antiquæ apprime gnarus, facere pergit, nec non ex aliis a me animadversis, textum satis quidem bonæ indolis esse; nihil tamen medelæ locis insigniter corruptis atque truncatis afferre liquet. Nonnunquam tamen in varietate lectionis enotanda Siebenkeesium peccasse video: exemplum est ad librum tertium paullo post initium, ubi pro τῇ μοχθηρίᾳ, in codice Veneto τὴν μοχθηρίαν male esse ait; cum a lectione vulgata neuter ex codicibus nostris eo loco discedat. Idem etiam hallucinatur, dum codicem N.° CCCLXXVII. notatum esse scribit. Haud vero codicis totius collationem Siebenkeesius peregit, vel si quidem id fecit, quas in libro octavo & reliquis sumpserat, variæ lectiones cum apparatu editionis ad Tzschuckii manus non devenere: at ne illi eædem desint, tum ad librum usque XIII. effeci, tum etiam quoad ceteros faciam. Unum de codice hoc quoad libros duodecim priores statui posse mihi videtur, lectiones nimirum in margine editionis Almelovenii enotatas uti *vulgo* olim receptas, in eo plerumque esse; quæ autem textus editionis ipsius infra parenthesim habet, ea ut plurimum deesse; quin etiam lectiones ex ingenio a Casaubono allatas persæpe reperiri.

Cod. CCCLXXIX. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

GEORGII GEMISTI PLETHONIS Excerpta ex STRABONE, cum locorum huius quorundam Correctione Codex continet, omnia manu ipsa Gemisti scripta, quam quisque probe cognoscit qui characterem cum codice Marciano CCCCVI, manu

eius

eius proculdubio exarato, conferat. Bessario quoque, qui Gemisto præceptore usus fuerat, de iis quæ continentur hoc indicium initio fecerat: *Liber Bessarionis Cardinalis Tusculani. Continet quædam Capita manu Plethonis ex Geographia Strabonis, cum ipsius Strabonis Geographicis ab XI. ad XVII. librum.* Iis postea deletis, quod non bene se haberent, hæc scripsit, in quibus mentio de Gemisti manu eum fugiit, perperam tamen: *Excerpta ex Strabone, & quædam Emendationes per Gemistum factæ. Item Strabonis ab XI. libro Geographicorum usque ad XVII.* Sunt vero in codice Gemisti excerpta & scripta omnino hæc:

I. De terræ habitatæ figura ex Strabone. Titulus, absque Gemisti nomine, quod nullibi in hisce opusculis apparet, est Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν περὶ τοῦ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχήματος. Cum sequenti opusculo in codicibus manuscriptis reperiri solet sub hac fere inscriptione Ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν περὶ τοῦ τῆς γῆς οἰκουμένης σχήματος, ἐπιδιορθωθὲν παρὰ Γεωργίου Γεμίστου τοῦ Πλήθωνος: apud me vero est elegantissime descriptum sæc. XVI. hoc titulo Ἐγχειρίδιον ἐκ τῶν γεωγραφικῶν βιβλίων περὶ τῶν τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχημάτων ἐπιδιορθωθὲν παρὰ Γεωργίου του Γεμίστου καὶ Πλήθωνος. Inc. Τὸ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχῆμα χλαμυδοειδές ἐστι &c. Excerptum est ex libro Strabonis secundo, a pag. 179. c. ad pag. 194. a. edit. Amstelodamensis an. 1707, locis perpaucis a Gemisto alia dictione redditis: quod non deprehendisse videtur Baro de Sainte-Croix, dum de libello disserit in Commentatione de Geographis minoribus (*Iournal des Savans, Avril* 1789. *p.* 239.); vidit autem Kollarius, dixitque in Supplemento ad Lambecii Commentarios de Codicibus bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis T. I. p. 557. Lectiones Gemisti a textu Strabonis differentes Siebenkeesius in editione Strabonis allata enotavit, codice hoc aliisque usus.

II. CORRECTIO dictorum quorundam Strabonis, quæ non bene se habent. Tit. Διόρθωσις ἐνίων, τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ Στράβωνος λεγομένων. Inc. Οὔτε τὴν θάλατταν &c.

Opusculum, æque ac superius, Bourdelotius, Allatius, Holstenius, Hudsonus in lucem proferre constituerant: prodiit tandem absque illo, ad codicis huius & Vaticani fidem, inter Anecdota Græca ex bibliothecis Italicis a Io. Philippo Siebenkeesio descripta, & a Io. Adamo Goezio an. 1798. Norimbergæ edita; at vero mendosis lectionibus, vitiisque typographicis obsitum. Exemplum animadversione dignum est pag. 92. quo loco Strabonem Gemistus reprehendit quia parallelo per Hiberniam ad zonam frigidam usus, terræ inhabitatæ fines ad Septentrionem nimis coarctaverit; sunt quippe Gemisti verba iuxta codicem hunc aliumque Marcianum: Ἐπίδειξε δ' ἡμῖν Παῦλος Φλωρεντῖνος, ἀνὴρ πολλοῦ ἄξιος, πίνακα, ὃν ἔφασκε παρά τε (edit. παρὰ τούτων) ἀπὸ τῆς Δατείας (edit. Δατείνας) παρειληφέναι ἀνδρὸς τῶν τοιούτων οὐκ ἀπείρου, ἐν ᾧ αὕτη τε Ἰέρνη καταπέπτωκεν, καὶ ἡ ἑτέρα τῶν Βρεττανικῶν νῆσος ἡ μείζων, καὶ Θούλη, καὶ Χερρόνησος ἡ Κιμβρική, καὶ ἡ Γερμανική τε, καὶ Οὐενεδικὴ πᾶσα παραλία. Τῆς δὲ Κιμβρικῆς ταύτης Χερρονήσου πρὸς ἕω ἐν τῷ Οὐενεδικῷ ἤδη κόλπῳ αὕτη ἡ Δάτεια (edit. Δάτεινα) νῆσος οὖσα, μέγεθος τῶν Βρεττανικῶν τῇ μείζονι ἐφάμιλλος. Hæc porro Gemistum a Paullò Tuscanellio Florentino, quem Concilii Œcumenici Florentini tempore convenisse puto, edoctum declarant ope tabulæ geographicæ, quam a Scandinaviæ incola ille acceperat; Scandinaviæ, inquam, Δάτεια quæ hoc loco esse videtur, ex allatis a Cluverio in Germania antiqua Lib. III. Cap. 38. De Paulli scientia eximia in re Astronomica, ex Gnomone Florentino circa an. 1468. ab eo constructo potissimum constat. Quod vero Geographiam, ut temporibus illis, optime calleret, eius ad Fernandum Martinezium & Christophorum Columbum litteræ suadent; ex quibus videre est eundem ab ipsomet Columbo de naviga-

gatione in Orientis Indias consultum fuisse; quæ quanam via esset instituenda ut reperiret Paullus per se iam quærebat, advenarum etiam colloquiis in auxilium adhibitis. Hæc Ximenius in Commentario de Gnomone Florentino ac Tiraboschius in Historia Litteraturæ Italicæ præsertim enarrant. De eius autem præstantia in rebus Mathematicis universis testimonia illustria exstant Nicolai Cusani Cardinalis in Dialogo de quadratura circuli, in quo eundem secum loquentem inducit, & Ioannis Regiomontani in Epistola ad Ioannem Blanchinum Ferrariensem (*apud Murr Biblioth. Norimberg. Memorabil. T. I. p.* 148.) ac præsertim in Elencho operum alienorum quæ edere moliebatur; in hoc siquidem Ptolemæi Geographiam ex nova versione Latina pollicitus, eo in negotio fidem habendam esse affirmabat *summis arbitris Theodoro Gazæ, clarissimo viro ac Græce Latineque doctissimo, & Paulo Florentino, Græcarum quidem haud ignaro, in mathematicis autem plurimum excellenti* (*Christ. Gottl. Schwarz Opuscul. Academ. p.* 393: *ed. Norimb.* 1793.). Ceterum Gemistus nedum in Strabonem emendationes fecit, sed Ptolemæi quoque Geographiam recensuit in codice pervetusto a Domitio Calderino pro editione Romana anni 1478. adhibito; cuius rei mentio in præfatione est.

III. Strabonis Excerpta sequuntur, eadem fortasse quæ in codice Parisiensis Reipublicæ n.° 1603. exstant. Horum primum ex libro I. est, de terræ mutationibus, cuius initium *Πρὸς ἀθαυμαστίαν τῶν κατὰ τὴν γῆν μεταβολῶν* &c. a p. 98. ad p. 106. edit. Amstelod. 1707. Alia sunt ex libris V. VII. IV. VIII. IX. X. Hæc inter Chorographia Thessaliæ ex libro IX. exstat; *Θετταλία εὐδαιμονεστάτη χώρα, πλὴν ὅση ποταμόκλυστός ἐστι* &c. quæ seorsim in codicibus scriptis reperiri solet. Non equidem omnia ex Strabone Gemistus ordine sumpsit, neque ad litteram exscripsit; at vero vel codicibus optimis

usus, vel ingenii acumine ductus, sinceram lectionem afferens, verbisque etiam suis dictiones obscuras illustrans, magna ad textum emaculandum viro critico adiumenta is præbet. Siebenkeesius itaque in Præfatione ad Strabonem magnifica hæc scripsit (*p. XXXV.*): *Maioris momenti sunt quæ Codex CCCLXXIX. bibliothecæ Marcianæ continet e decem libris Strabonis prioribus* Georgii Gemisti Plethonis *excerpta; quæ vero rectius locupletissimam locorum Strabonianorum a doctissimo illo magni Bessarionis præceptore refectorum, melioremque in ordinem digestorum collectionem nominaveris. Summa enim industriæ cura, neque minori successu, Gemistus plurima Strabonis loca desperatissima, nulliusque codicis ope sananda, vel solo ingenii acumine, vel codicum forte nostris emendatiorum auxilio, hoc in opere ita refinxit, melioremque in ordinem redegit, ut sexcentis locis, codicum auxilio plane destitutis, eorum solo subsidio, Strabonem ad conditionem saniorem revocare potuerim. Quæ excerpta iam Casaubono cognita fuerunt, quorum nonnunquam in notis ad Strabonem mentionem facit; ipsa tamen accurate exegisse non videtur.* Magna itaque cum utilitate excerpta hæc Siebenkeesius in codice Marciano, quem unum ea continere novit, tractavit. Locum in libro VIII. corruptum p. 571. l. 13. edit. Almelovenii ego animadvertebam, ubi pro *ὥστε τὰς ἡγεμονίας ἴσας ἐν αὐταῖς δύο πόλεις*, Gemistus sincere exhibet *ὥστε τὰς ἡγεμονευούσας ἐν αὐταῖς δύο πόλεις*. Et hactenus quidem codex Gemisti manu est exaratus. Sequuntur alio charactere

Strabonis Geographicorum Libri VII. posteriores.

Iuxta Scrimgerum multis in locis codex iste cum superiore convenit; illius vero lectiones tum probas, tum pravas iuxta Siebenkeesium habet. Non id tamen ubique verum; nam Lib. XVI. p. 1078. *a.* pro *ἡ πηγὴ τῦ νάφθα*, uti etiam est in codice CCCLXXVIII, in hoc *ἡ πηγὴ τῦ Εὐφρά-*

τυ

τυ reperitur, quemadmodum etiam codices DCVI. & DCXL. habent; iuxta Tyrwhittium autem, in Emendationibus in Strabonem an. 1783. Londini editis, ἡ πηγὴ τοῦ Κάπρου esset reponendum. At universim de codice hoc statui potest, eundem magis, quam codicem superiorem, vitiosis lectionibus abundare.

Aristotelis de Mundo. Ad libelli emendationem, post Kappii etiam editionem Altenburgensem anni 1792. codex prodest: qua de re ad Cod. CCLXV. nonnihil dixi.

Cod. CCCLXXXIII. membran. in fol.
Saec. XII. — P.

Flavii Iosephi De Bello Iudaico Libri VII.

Lectiones passim occurrunt ab Emerico Bigotio ex antiquis codicibus variis sumptae, ab Havercampo adductae: aliae in margine interdum accedunt, & ipsae iam notae.

Cod. CCCLXXXIV. membran. in fol.
Saec. XV. — V.

Plutarchi Vitae parallelae.

Codex Bessarionis iussu Romae anno 1467. a Ioanne Rhoso scriptus, locis quibusdam observatione maxime dignis a me inspectus, lectiones novas, easdemque luce dignas, nunquam praebuit.

Plutarchi Vitas parallelas triginta priores, a Theseo ad Syl-

Syllam, Bessario describi iussit ex codice, quem a Monachis Casinensibus Abbatiæ Florentinæ S. Mariæ mutuo acceperat: de quo exstat hoc eius testimonium in alio Plutarchi Codice apud eos asservato, a Mannio T. XXVII. p. 138. operis de Sigillis antiquis evulgatum: *Alium librum Plutarchi de Vitis antiquorum triginta mihi Io. Bessarioni Cardinali Nicæno præstatum per venerabiles Religiosos de Abbatia dedi transcribendum Presbytero Io. Græco de Candia cognomento Rhoso, qui portavit eum secum Venetias ibidem transcribendum 21. Februarii 1455. Si quid mihi accidat, ibi quæratur*. Est hocce testimonium denuo exhibitum ab Aloysio Bandinio in Vita Bessarionis an. 1777. Romæ impressa p. 4; nonnulla tamen cum differentia, ac pro iis verbis *Io. Bessarioni* est *Iohannis*, ad fidem autographi, uti is profitetur, expressum.

Cod. CCCLXXXV. chartac. in fol. *Sæc. XV.* — V.

PLUTARCHI Vitæ parallelæ XXIV.

IN fine Bessario brevem orbis descriptionem ex Geographià PTOLEMÆI Lib. VII. cap. 5. manu sua descripsit, ac Indicem quoque Tabularum operis eiusdem, ex Lib. VII. Cap. 2: præterea denotationem adiecit longitudinis & latitudinis partium quæ in singulis Tabulis ad Occidentem Orientem Septentrionem & Austrum maxime sunt; & id quidem nullibi Ptolemæi indicio facto.

Cod.

Cod. CCCLXXXVI. membran. in 4. Sæc. XII. — P.

PLUTARCHI Vitæ parallelæ XII. insunt quarum textus lectiones Codicis Vulcobiani a Duvallio allatas præsertim habet.

Cod. CCCLXXXVII. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

APPIANI Alexandrini de Bello Punico, de Bello Syriaco, de Bello Parthico, de Bello Mithridatico, de Bellis Civilibus Libri V. de Bello Illyrico.

VARIAS, quas codex hic offert, lectiones Io. Paullus Blessingius Ulmensis an. 1782. accurate excerpsit, atque ad virum eruditissimum ac de litteris Græcis egregie meritum Ioannem Schweighæuserum misit; hic vero in editione Appiani Argentoratensi an. 1785. easdem exhibuit, & codicem eiusdem familiæ cum Augustano esse demonstravit. In libro de rebus Punicis, ad Caput LVI. lin. 56. editionis illius, quo loco ingens textus defectus reperiri solet, librarius interruptionis indicium posuit, ac de archetypo in margine adscripsit *Hic erat fenestra*, *&* *aliquid deficit*. Scriptus liber fuit anno Æræ Vulgaris 1442. manu Gedeonis cuiusdam, qui hanc annotationem adiecit *Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ τοῦ Γεδεὼν πόνος, ἔτους ,ς τ μ θ΄. ἰνδ. δ΄ μηνὶ δεκεμβρίῳ ιθ΄.*

Hunc ipsum codicem Lazaro Bonamico Bassianensi, viro elegantiori litteratura clarissimo, anno 1547. mutuo datum fuisse, ex bibliothecæ monumentis apparet.

Cod.

Cod. CCCLXXXVIII. membran. in fol. Sæc. XV. — P.

PTOLEMÆI Geographiam in codice hoc splendidissimo, Bessarionis iussu, descripsit Ioannes Rhosus, cuius characterem in eo agnosco, quamvis nullum rei indicium ipse fecerit: fortasse vero eodem archetypo usus est, de quo codex Cæsareus Vindobonensis, & ipse lucnlentissimus, anno 1454. manu Ioannis Scutariotæ Thessali manavit. Certe lectionem eandem uterque habet in locis fere omnibus a Kollario, qui codicem Vindobonensem fuse refert, enotatis (*Supplem. ad Lambecium p.* 568.); cum Coislinjano autem, cuius lectionem Montfauconius uberrime demonstrat (*Bibl. Coislin. p.* 611.), non multum facit, neque scholia ulla continet. A Ioanne Regiomontano Marcianum recensitum fuisse Michael Lazari putabat (*Osservazioni sopra un' antica Iscrizione, T. IX. Opusc. Caloger. p.* 233.): at nullo id argumento apparet. De lectionis varietate quoad Petri Bertii editionem Amstelodamensem anni 1618. specimen in Indice codicum Marcianorum impresso exhibitum est. Nemini tamen dubium esse potest quin adiumenta codex præbeat ad operis emendationem; quod in editionibus male admodum habitum esse, ac vitiis præsertim quoad numeros laborare, post Salmasium, Paullum Merulam, Christophorum Cellarium, aliosque, Gosselinus conqueritur in libro inscripto *Geographie des Grecs analysée &c. Paris* 1790. *pag.* 125.). Tabulæ XXVII. Agathodæmonis Alexandrini Mechanici accedunt libro octavo interpositæ; quæ, non minus ac Vindobonenses, a Nesselio (*P. V. p.* 3.) & Kollario l. c. indicatæ, artificii elegantia colorumque varietate ac vi se commendant, atque auro plurimum nitent.

Ad

Ad initium est effigies integra Ptolemæi habitu regio indnti, corona aurea capiti imposita, quasi unius ex Ægypti regibus nominis eiusdem; instrumentis astronomicis adiectis, ædificiisque pro sæculi genio adpictis. Picturam ærea tabula exprimi curavit, totaque folii magnitudine servata exhibuit Georgius Martinus Raidelius in Commentatione de Claudii Ptolemæi Geographia eiusque codicibus, Norimbergæ an. 1737. in 4. impressa (*p.* 10.). Epigramma Græcum cum versione Latina, sub effigie litteris mainsculis aureisque positum, idem quoque dedit; cuius initium Οἶδ' ὅτι θνητὸς ἔφυν &c. Est vero carmen pervulgatum in antiquis Anthologiæ editionibus (*Lib. I. Cap.* 46.) in Analectis Brunckii (*T. II. p.* 66.) & in nova Anthologiæ editione quæ Friderici Iacobs cura atque opera eximia fit (*T. II. p.* 65.); & cum varietate lectionis, qua in codice hoc est, post Raidelium, in Indice Codicum Marcianorum p. 185, ubi etiam Latina versio est adiecta, & in Catalogo codicum Laurentianorum a Bandinio cum alia interpretatione Latina (*T. I. p.* 489.) est repræsentatum.

Codicem sæculo XII. vel XIII. Raidelius adiudicavit (*p.* 12.): male id tamen fecit. Præterquam enim quod Bessarionis insignia manu eadem, qua cetera ornamenta, depicta opus sæculi XV. suadent; Nicolai etiam Perotti, qui Bessarioni aderat, epistola inedita ad Iacobum Constantium Fanensem, cum opusculis eius nonnullis manuscriptis in bibliotheca Cœnobii Patavini Sanctæ Iustinæ, rem mihi compertam fecit. Sunt in ea Perotti verba: *Nuper iussu Principis nostri* (Bessarionis) *Epigramma Ptolemæi Latinum feci, quod ille in eius Geographia, quam nuper omnium, quas unquam viderim, & pulcherrimam & pretiosissimam fecit, supra Ptolemæi imaginem iussit inscribi*. En itaque auctor versionis Latinæ epigrammatis, quod a Iano Pannonio aliisque est itidem versum.

Car-

Carmina heroica septem in Geographiam Ptolemæi, quorum initium Ἐν γραμμαῖς τὸν κόσμον &c. ultimo folio accedunt; eaque in Raidelii Commentatione p. 12. ac in Notitia codicis Vindobonensis, qui ea quoque in fine continet, a Kollario scripta, patent (*Lib. cit. p.* 374.).

Cod. CCCLXXXIX. chartac. in 8. Sæc. XV. — P.

HERODIANI Historiarum Libri VIII.

VARIAS lectiones, quæ ad libros quatuor priores pertinent, in Indice editas, libellis quinque ab an. 1776. ad 1780. Stolbergæ impressis, Fridericus Andreas Strothius recte ad examen revocavit: eas vero cum operis totius reliquis, ab Antonio Zannetio acceptis, Theophilus Guillelmus Irmischius in nova Herodiani editione Lipsiæ an. 1789. incepta, neque adhuc absoluta, protulit. Cum codice Vindobonensi hunc magnopere convenire, docti viri qui in Herodiano versati sunt, equidem cognovere: Fridericus autem Christianus Wolfius, acris ingenii vir, in præfatione ad Herodianum an. 1792. Halis impressum p. LXIX. statuit, *quum Vindobonensis Codex prope omnia Veneti habeat, & plura præterea nova & a vulgato textu diversa; Venetum alterius fundum esse, alterum autem, Vindobonensem, exscriptum ex illius exemplo aliquo, iterum alicuius manu interpolato.* At vero codices hos duos vel ab uno eodemque exemplari descriptos fuisse, vel alterum ex altero proxime manasse, perpetuus eorum lectionis consensus mihi suadet. Neque enim ea qua par erat fide ac diligentia lectiones ab Indicis auctoribus excerptæ sunt, neque differentiæ omnes librorum quatuor priorum, Henrici Ste-

phani

phani editione collata, exhibitæ. Speciminis loco hæ sunto, in codice quoque Vindobonensi exstantes, ex collatione Aloysii Emerici Baronis de Locella V. C. a Strothio in Bibliotheca Philologica Lipsiensi T. I. p. 160. vel ab Irmischio suis locis allatæ.

Pag. 1. l. 23. edit. Henr. Steph. καὶ deest: p. 2. l. 11. δυνάστας: p. 2. l. 29. Κόμμοδόν τε: p. 3. l. 9. τῶν ἐκείνου χειρῶν ἡ φορά: p. 3. l. 21. ἔτι δὲ ὤν: p. 30. l. 30. πρὸς σωτηρίας: p. 4. l. 27. ἐρῷ δὲ: p. 4. l. 29. κινούμενον: p. 29. l. 41. ἐπιδεόντες δὲ: p. 31. l. 5. δοκοῦντα: p. 31. l. 10. πατρῴων ἔτι περιλειπόμενος φίλων: p. 31. l. 41. ἀνάγνωσθη. οὕτως.

Cod. CCCXC. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

HERODIANI Historiarum Libri VIII.

TEXTUS indolis eiusdem cum codice superiore est, lectione vitiosa interdum iniecta, vel probabili lectione, quam editores Herodiani præcipui iam novere. In locis maxime scrupulosis nihil opis codex affert, de veteri exemplo ad initium labefactato & ipse sumptus.

ZOSIMI Comitis Historiarum Libri VI. Licet eadem plerumque lectione sit cum codicibus Leunclaviano & Palatino, alicubi tamen ea ratione differt, quæ Henrico Stephano & Sylburgio placebat. Sic p. 4. l. 8. edit. Rietemeieri pro συμβαίνειν est ἐκβαίνειν, & l. 12. pro ἀσθενῶν est ἀσθενῶν ut Stephano: p. 42. l. 16. pro καὶ οἱ est καὶ, ut Sylburgio. Sigonius, cum anno 1555. litteras humaniores Venetiis profite-

teretur, codicem mutuo accepit, quemadmodum ex bibliothecæ monumentis constat: non ex eo tamen librum Zosimi septimum superesse cognoscere potuit, cum defectus aliorum codicum nihilo minores in hoc sint. Fortasse tamen Sigonium non habet auctorem Iudicium de Historicis qui res Romanas scripserunt, sub eius nomine Venetiis anno 1627. typis editum, in quo pag. 15. hæc sunt: *Zosimus Gazæus, seu Ascalonita, Græce septem libris, quorum ultimus integer, cum pleraque alia in ceteris desint, Historiam Romanam temporum suorum, seu a Constantino ad sua tempora conscripsit.*

Cod. CCCXCI. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Philostrati Senioris Vitæ Sophistarum & Vita Apollonii Tyanensis.

Cebetis Tabula. Hæc in fine supplementum habet a Ludovico Odaxio primum Latine adiectum, postea a Iacobo Gronovio in editione Amstelodamensi an. 1689. Græce prolatum; neque nisi levissima differentia duobus in locis eius est: nimirum pro *ἀγαθὸν μηδὲν*, cod. *ἀγαθὸν μηθὲν*, & pro *τὰ αὐτὰ δύνανται*, cod. *τὰ αὐτὰ δύναται*.

In textu varietas lectionis observatione digna vix, ac ne vix quidem occurrit, quam vel editiones veteres non obiiciant, vel Gronovius ex tribus codicibus Regiis Parisiensibus non enotaverit. Video tamen ad pag. 9. lin. 1. edit. 1689. pro *ἐξηγήσεως ταύτης*, in codice esse *ἐξηγήσεως ἔχει ταύτης*: quod nullibi me videre memini.

Ho-

Horapollinis Hieroglyphica, quæ lectionem eandem cum Aldino textu an. 1505. præ se ferunt, neque plus minusve, quam in eo, mutila sunt.

Cod. CCCXCII. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

Philostrati Vitæ Sophistarum, Vita Apollonii Tyanensis, Heroica, & Imagines.

Quoad Vitas Sophistarum, etsi prima fronte exemplar e superiore sumptum videatur, cum procemium paullo post medietatem ad eundem modum in utroque deficiat; res tamen se aliter habet. Illud vitiosis lectionibus scatet: hoc non item. Ad locum insigniter corruptum in Vita Philisci sic est Ἑορδαῖοι Μακεδόνες τῆς οἰκείας λειτουργίας τὸν Φιλίσκον, ὡς δὴ ὕπαρχον αὐτοῖς ἐπὶ πάντας τὰς ἀπὸ μητέρων ἐφίεσαν. τῆς δίκης τοίνυν γενομένης &c. Hanc lectionem, quæ tamen nec ipsa locum restituit, Olearius minime novit (*p. 622.*), uti nec alias, quæ passim occurrunt.

Imagines Philostrati senioris tantummodo sunt; quarum duæ extremæ sunt *Antigone* & *Isocrates in Olympia*, segmentum scilicet e Sophistarum Vitis Lib. I. n. 17. Non aliter est in codice DXIV, quocum hic maxime convenit.

Porphyrii Libri IV. de Abstinentia ab esu animalium. Textus cum codice Laurentiano, quem Petrus Victorius in editione Florentina an. 1548. expressit, tantopere convenit, ut alter ex altero, vel uterque ex uno eodemque tertio sumptus fuisse videatur. Notæ quoque rerum, quæ in textu sunt,

in margine accedunt; quemadmodum in codice eo esse Bandinius tradit Catal. T. III. p. 194.

Nullus dubito, quin Marcianum hunc Ioannes Bernardus Felicianus adhibuerit pro Latina interpretatione, quam an. 1547. Venetiis edidit; cum ante annum is mutuo eundem accepisset, rei annotatione in bibliothecæ tabulis facta.

Cod. CCCXCIII. chartac. in 4. Sæc. XIV. – V.

Diogenis Laertii libros de Vitis dogmatibus & moribus Philosophorum an. 1533. Basileæ impressos cum codice hoc quam diligentissime potuit se contulisse, atque inde eos non parum emendasse, Henricus Stephanus in epistola nuncupatoria Maximi Tyrii an. 1557. impressi declarat. Sane quidem biennio ante, cum bibliothecam Venetam D. Marci vir ille summus inviseret, quod etiam ex allatis a Maittaire (*Histor. Stephan. p. 226.*) perspectum est, ad menses duos codicem ei mutuo datum fuisse, bibliothecæ ipsius monumenta ita testantur: 1555. *Die* 20. *Iunii D. Henricus Stephanus mandato Dominorum Reformatorum habuit duos libros Græcos in papyro, dictos unum Alexandrum Aphrodisæum & Aristotelis Problemata cum coperta rubra signatum* 2. *f. n.* 47. *alterum Diogenem Laertium de vita Philosophorum cum coperta nigra signatum* 5. 6. *n.* 284. *& deposuit duas cuppas argenteas in suis capsis, & etiam scutos vigintiquinque exteros. Ad hoc D. Michael Angelus Bagionus mercator Florentinus habitans Venetiis & de ipso Ser Ioannes Antonius Garophalus meus convicaneus mihi fidem fecerunt & promiserunt ambo pro supradicto D. Henrico. Die* 13. *Augusti restituit libros & rehabuit deposita.*

Fa-

Factum itaque est, ut huius quoque ope Diogenem multo quam antea emendatiorem an. 1570. Henricus ediderit.

Specimen quoque lectionis huiusce codicis Carolus Nürnbergerus Baruthinus, doctus vir, dedit in Libro decimo Laertii an. 1791. Norimbergæ impresso; in quo præsertim Epicuri epistola ad Herodotum quomodo se habeat indicavit.

Qui in Indice sequitur, codex eiusdem cum hoc familiæ est, at librarii oscitantia mendis refertus.

Cod. CCCXCV. membran. in fol.
Sæc. XI. — P.

Dionis Cassii Historiarum Romanarum Fragmenta quædam, lectionesque earum multas & novas cum an. 1798, Bassani, typis Remondinianis, ex hoc ipso codice primum in lucem proferrem, hæc præsertim ad eius pretium commonstrandum dicenda mihi esse in præfatione putavi:

„ Est codex, ut quæ universim de eo primum cognoscenda sunt dicam, antiquitate præstans, utpote sæculo undecimo exaratus. A libro XLIV, post medietatem incipit iis verbis *ἀνοήσαντα κομίσας* &c. quæ in editione Reimari p. 404. l. 86. sunt: desinit in libro LX, iis verbis *καὶ ὁπότε λόγος τις ἐν τῷ δήμῳ* p. 965. l. 93. editionis. Non attamen textus ab initio ad finem sine abruptione procedit: immo vero nedum foliis integris, sed etiam quaternionibus nonnullis iamdiu deminutus codex est. Libri solo titulo *Ῥωμαϊκῶν* inscripti sunt, sine *ἱστοριῶν*; quemadmodum a Suida in *Ὡς ἐπίπαν* afferuntur: at in fine adscriptum est *Τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας* &c. Signa critica quædam accedunt: asteriscus ad loca notabilia nonnulla, diple ad Scriptorum veterum testimonia &

Orationes atque Conciones versuum singulorum initio, diple cum obelo ad initia sectionum in his denotanda. Lemmata, Consulum enotationes, annorumque supputationes libris singulis præfixæ, ut in editione Roberti Stephani se habent. Textus codici Mediceo antiquiori, qui sæculo decimo adiudicatur, maxime hæret, ac unius eiusdemque cum eo familiæ omnino est: quod variæ lectiones a Gronovio ex eo sumptæ, & a Reimaro vulgatæ aperte declarant. Ubi vero Mediceus abrumpitur, medio scilicet libro L, cum Vaticano, qui ad librum LIV procedit, a Reimaro littera *a* notato, magnopere facit. Attamen lectiones quæ nondum innotuere passim occurrunt, in utriusque codicis illius collatione fortasse ob incuriam ex parte non animadversæ; quæ & se bonitate commendant, & librarii, licet non usquequaque accurati, fidem ac diligentiam produnt. Illud vero singulare pretium eius est, quod liber LV, qui inter corruptissimos locum tenet, atque cum quinque proxime sequentibus, tum ab aliis, tum a Ioanne Xiphilino contractus fuit, etsi non integer exstet, ipsomet etiam codice hac & illac mutilato; fragmenta tamen insignia duo de rebus Romanorum Augusto Imp. gestis, nonnullisque etiam adhuc incognitis, nunc primum offert, quæ lacunas & in ipsa Reimari editione conspicuas magna ex parte implent. Eadem ita se habere quemadmodum ab ipsa Dionis manu prodierant, non equidem ego affirmate contenderim; cum textum quoque hunc manu scriptum contractionem ignoti cuiusdam, qui Xiphilinum mea sententia antecessit, a libro LV. ad LX. subiisse, statuendum plane videatur; Xiphilinus namque alia servavit, alia in Eclogis Legationum, in Excerptis Constantini Porphyrogeniti iussu confectis, & Ioannis Zonaræ Historia reperiuntur, quæ a codice, etiam ubi chartæ non deficiunt, omnino absunt. Dionis tamen in opere iure meritoque ea omnia locum habere suum, nemo qui rerum huiusmodi

modi expers ac ignarus minime sit, inficiari plane potest".

Hæc tum quæ dicerem habebam, cum ex codice, a nemine qui Dionem typis dederit inspecto, neque pro merito suo unquam cognito, ob novam operis editionem, quam Abrahamum Iacobum Penzelium parare noveram, quicquid boni is affert sedulo haurirem atque emitterem. Operam autem meam viris eiuscemodi rerum apprime gnaris probatam non sine voluptate postea vidi; ac præsertim a Simone Chardon la Rochette in *Magasin Encyclopedique An. IV.* 1798. *T. I. p.* 89. 304. 499. & Henrico Carolo Abr. Eichstaedt in Diario Litterario Ienensi inscripto *Allgemeine Literatur-Zeitung* an. 1800. n. 50. pag. 398. Addere modo lubet, ad Reimari dissertationem de Dionis editionibus aliquatenus locupletandam, particulas Historiarum eius duas, ex codicibus utique manu scriptis, sæculo XV Latine redditas, typis impressas exstare; quæ nonnullius ad textum Græcum recensendum utilitatis esse possunt. Altera est Cæsaris Oratio ad milites ex libro XXXVIII. (*T. I. p.* 178. *edit.*) a Lauro Qirino Patricio Veneto Latine reddita, nonnisi tamen ex media circiter parte; quam iuxta codicem bibliothecæ Malatestianæ Cæsenatensis Frater Iosephus Maria Mucciolus edidit in Catalogo Codd. MSS. illius bibliothecæ, eadem in urbe anno 1784. impresso (*T. II. p.* 234.); emendatiorem autem codex alius Marcianus habet. Altera est: *Nervæ Cocceii & Ulpii Traiani Vitæ ex Dionis reliquiis* (a Xiphilino servatis) Bonifacio Bembo Brixiensi interprete; & hæ quidem Herodiano ex versione Angeli Politiani in editione Romana anni 1493. adiectæ sunt. Non tamen dissimulaverim, quod libellum easdem continentem, de Xiphilini Epitome libri LXVIII, Dionis facile sumptum, ut Iacobus Gronovius inspexit, *pro thesauro carbones vidisse* ad Magliabechium scripsit, addiditque: *Neque enim iste Bembus sermone continuo & per cohærentem seriem eas deduxit, sed fragmen-*

ta quædam Græca latine vertit, vix implens sex paginas (*Claror. Belgar. Epist. ad Magliab. T. II. p.* 198.). Francisco Sansovino (*Venezia descritta p.* 243. *ed.* 1581.) si fides, Dionem sæculo eodem Latine reddiderat Andreas Iulianus Patricius Venetus, Oratione funebri pro Manuele Chrysolora scriptisque aliis clarus: vel tamen periit labor eius, vel certe me in eum iamdiu inquirentem fugiit.

Quod, si fieri potuisset, lubentissime curassem ego, ut Fragmenta Variæque Dionis Lectionis eadem forma, eodemque splendore, quo Reimari editio est, typis nostratibus in lucem proferrentur; Parisiis anno superiore typis I. I. Delance factum fuisse cum voluptate intelligo, viro eruditione iuxta ac humanitate præstantissimo Simone Chardon-La-Rochette indice in *Magasin Encyclopédique An. VI. T. VI. p.* 287.

Cod. CCCXCVI. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

DIONIS CASSII libri tot ac tales omnino insunt, quot qualesque ad fidem codicis Regii Parisiensis, eiusdem cum hoc ipso familiæ, a Roberto Stephano an. 1548. primum vulgati sunt. At indiligens nostro huic librarius obtigit: quod vel fragmentum libri quinquagesimi declarat, ex eodem, vitiosis etiam lectionibus exhibitis, a Lazaro Bayfio editum in opere de re navali an. 1536. Parisiis impresso, & an. 1549. ibidem recuso (*p.* 61.). *Dionis scripta, quæ exstant Venetiis, legi per otium; qui mihi visus est multam historiæ, nullam œconomiæ rationem habuisse*, scribit Bayfius (*p.* 68.); quem an. 1530. & sequenti legatum pro Rege Galliarum Venetiis egisse, tum aliunde, tum ex epistolis Petri Bembi Cardinalis Latinis, eo tempore scriptis, novimus.

Cod.

Cod. CCCXCVII. membran. in 4.
Sæc. XV.—V.
manu Michaelis Apostolii.

THEOPHYLACTI SIMOCATTÆ Historiarum Libri VIII. præfixo Dialogo Philosophiæ & Historiæ.

OPUS Procopio per errorem in codice adscriptum editioni Parisiensi Caroli Hannibalis Fabroti plane respondet: eadem quoque lacuna comparet in Monodia super iis quæ Mauritio Imp. contigerant, Lib. VIII. Cap. 12.

ASCLEPII Tralliani Commentarius in Arithmeticam Nicomachi.

Auctor prologum in commentarium suum ineditum in Arithmeticam Nicomachi iisdem verbis exorditur, quibus Ioannis Philoponi commentarius in opus idem, in codice Marciano CCCXVI. exaratus, incipit: *Πλατωνικὸς ὢν ὁ πατὴρ τοῦ βιβλίου* &c. At eius initium in librum primum est *Ἐπειδὴ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας* &c. Des. *καὶ τοῦτο τοῦ ἐπιτεταγμένου*: in librum secundum initium *Ἐνταῦθα μέλλει εἰπεῖν ὅτι ἡ ἰσότης στοιχεῖόν ἐστι* &c. des. *καὶ πρώτων συμφωνιῶν ὑπάρχει. τοσαῦτα τοίνυν ἀρκείτω πρὸς εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν.*

Cod. CCCXCVIII. chartac. in 8. Sæc. XIV. — P. scriptus manu Michaelis Pancratii.

Procopii Historiarum Libri IV. de bello Persico & de bello Vandalico.

Variæ lectiones, quæ se bonitate commendant, passim occurrunt. Absque ullo defectus indicio, id totum abest, quod in editione Parisiensi anni 1662. exstat a pag. 114. l. 33. *ὁ μὲν τῶν Ἀπαμέων δῆμος* &c. ad pag. 124. l. 10. *Ὕστερον δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς* &c. At lacunam in editione eadem T. I. p. 18. l. 41. relictam codex his verbis supplet; quibus similia Theophanes & Cedrenus habent: *Καβάδης δὲ λαθὼν ἅπαντας ξὺν τῷ Σεόσῃ, εἰς Οὔννους τοὺς Ἐφθαλίτας ἀφίκετο, καὶ αὐτῷ τὴν παῖδα γυναῖκα ὁ βασιλεὺς γαμετὴν δίδωσιν· ὅτω στράτευμα λόγου πολλοῦ ἄξιον, ἅτε κηδεστῆς, ἐπὶ Πέρσας ξυνέπεμψεν. τούτῳ τῷ στρατῷ Πέρσαι ὑπαντιάζειν οὐδαμῇ ἤθελον* &c.

In fine est *Τὸ παρὸν βιβλίον ὑπάρχει ἐκ τῆς ἀθλίας Μεγαλοπόλεως, πιπρασκόμενον δὲ ἐν τῇ Ὀρεστιάδῃ, ὠνηθὲν παρὰ κυρίου Ἀλεξίου Φραντζῆ τοῦ Σεβαστοπούλου. εὐτυχὼν δὲ καὶ αὐτὸς τὸ τοιοῦτον ἐν αὐτῇ ἀδαίμονι χώρᾳ, ἀνέγνων αὐτό, ἐν μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιδʹ, ἰνδ. γʹ. τοῦ ,ς ϡ ξ γʹ ἔτους, μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως χρόνον καὶ μῆνας ὀκτώ. Δημήτριος Λάσκαρις.* *Liber hic ex infelici Megalopoli deportatus, venditus in Orestiade, emptus est a Domino Alexio Phranza Sebastopulo. In eundem cum incidissem, legi & ego in felici ipsa regione, mense Ianuario, die XIV, Indictione III. anni 6963.* (Ær. Vulg. 1455.) *post captam Constantinopolim annum & menses octo. Demetrius Lascaris.*

Cod. CCCXCIX. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

IOANNIS ZONARAE Annales.

TEXTUS cum codice Reip. Parisiensis DCV, a Cangio allato, potissimum convenit, tum quoad operis in libros duos distributionem, tum quoad prologum, qui nonnisi ad verba *τὴν γεύσιν* p. 1. l. 13. edit. Paris. pervenit, tum vero etiam quoad libri primi initium *Θεὸς ἐστι μὲν ἀκενδεὴς φύσις* &c. p. 2. l. 8. edit. Erroribus equidem scatet, at variis etiam lectionibus, quæ probari possunt, abundat. In ipso prologi initio pro *Εὐσόχως ἄν τις εἴποι* est *Νουνεχῶς ἄν τις εἴποι*. Argumenta in margine passim obvia nec ipsa eadem sunt cum editis a Wolfio & Cangio. Duo, qui sequuntur Codices in Indice impresso enotati, eandem textus rationem, eundemque distributionis modum habent. In fine est *Ἐπληρώθη ἡ παροῦσα βίβλος διὰ χειρὸς Γεωργίου ἱερέως ἁμαρτωλοῦ τοῦ Βαστραλήτου, κατὰ μῆνα Ἰούνιον, τῆς ιγʹ. ἰνδ. ἐν ἔτει ,ϛϡκηʹ.* *Completus est præsens liber manu Georgii sacerdotis peccatoris Bastraleti, mense Iunio, Indictione 13. anno 6928.* (Ær. Vulg. 1420.).

Cod.

Cod. CCCCII. chartac. in 8. Sæc. XIII. — V.

MICHAELIS GLYCAE Annales.

HUNC unum titulum habent Χρονικὴ σύντομος ἐπισύναξις; sed annotatio eiuscemodi initio manu sæculi XVI. adscripta est αὕτη ἡ βίβλος συνετέθη παρὰ τοῦ ῥητορικωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Συκιδιώτου. *Compositus est liber hic a summo Rhetore ac Philosopho Domino Michaele Sycidiota.* Textus potius cum codice Fontisebraldensi, a Labbæo allato, convenit, quam cum ipsa Labbæi editione: Leunclavii versionem idem sæpe confirmat, non tamen lacunas relictas implet. Initium fit, non cum Labbæo, Βραχέα ἀναλαβὼν ἐγχαράττω σοι τοῦτο τὸ γράμμα; sed Βραχυσύλλαβον ἐγχαράττω σοι καὶ τοῦτο τὸ γράμμα, quemadmodum Leunclavium legisse apparet. Angeli, homines, animalia, arbores, & alia, ad verborum explicationem, in margine depicta sunt.

Georgium Apostolium codicem Bardæ Tromarchopulo scripsisse, ex his in fine additis colligere licet: Κύριε βοήθει τῷ σῷ δούλῳ Βάρδᾳ τῷ Τρομαρχοπούλῳ.... ἅμα δὲ τῷ γράψαντι Γεωργίῳ ἱερεῖ τάχα τῷ Ἀποστόλῃ &c. Etsi vero scriptionis annus desit, ad sæculum tamen XIII. eam esse referendam ipsa codicis inspectio suadet; ac id quoque annotatio hæc, manu eadem, qua codex totus, adiecta, quodammodo confirmat: Μηνὶ Ἰαννουαρίῳ ια', τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐγγεννήθη ἡ θυγάτηρ κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Λαζάρου, ἔτους ςψϟη'. ἰνδ. γ'. ἡμέρᾳ τετάρτῃ. *Mense Ianuario, die XI. in festo Sancti Patris nostri Theodosii Cœnobiarchæ, nata est filia Domini Ioannis Lazari, anno 6798.* (Ær. Vulg. 1290.) *Indictione tertia, feria quarta.*

Vel

Vel unus itaque codex hic, Henrico Stephano anno 1555. apud nos degenti mutuo datus, ostendit hos Annales, ex fide codicum plurium adiudicatos, opus esse sæculo XV antiquius; quo tamen scriptorem illum vixisse Allatius, Lamius, Oudinus perperam contendunt; multoque probabiliorem esse Christ. Guillelmi Francisci Walchii sententiam, qui potius ad sæculum XII. eum refert in singulari Commentatione de Glycæ ætate, inter alias Societatis Gottingensis impressa T. V. p. 18. Neque sententiæ huic officiunt epistolæ tres ad Constantinum Palæologum Glycæ, si quidem auctor is est, adscriptæ, aliisque Ioannis Zonaræ, & fortassis etiam aliorum, immixtæ, in codicibus Parisiensi, Vindobonensi, Mosquensi, Taurinensi, & Nanlano; quasi vero, quod omnes qui de Glycæ ætate disputant pro certo habent, Palæologus ille sit, qui anno 1453, cum Constantinopolis a Turcis caperetur, Imperatorem agebat; atque adeo Glycam ei coævum agnoscere oporteat. Palæologus siquidem, ad quem Epistolæ eæ sunt, Sebasti tantummodo titulo gaudebat; quemadmodum ex inscriptione patet. At vero Constantinum alium Palæologum Andronici senioris anno 1282. imperium adepti filium Sebastocratorem Cangius obiicit in Familiis Byzantinis p. 234, ad quem, vel ad alium quendam eiusdem nominis & familiæ non satis notum Epistolæ ipsæ incerti auctoris spectare possunt.

Cod.

Cod. CCCCIV. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

GEORGII PACHYMERAE Historiæ Libri XII. priores.

CODEX magis cum eo qui Leonis Allatii fuit, a Possino adhibito, quam cum aliis, facit. Pachymeræ ipsius, ac Theodori Lascaris iunioris, Michaelis & Andronici Palæologorum Impp. imagines pictura lineari expressæ insunt, quales Wolfius in editione Basileensi an. 1562. Historiarum Nicephori Gregoræ ex codice Augustano repræsentavit.

Ad Cod. CCCCV. membran. in fol. Sæc. XV. — P.

NICEPHORI GREGORÆ Historiarum libri XI. priores editi, cum quoad lectionem, tum quoad lacunas, eadem ratione se habent cum editione Basileensi an. 1562, Hieronymo Wolfio curante, facta. Sermones, seu Libri sex inediti, qui sequuntur, numeris XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. notati, ex Indice typis edito innotescunt. Codicem manu *Michaelis Apostolii* exaratum esse character eius, mihi probe cognitus, ostendit.

Cod.

Cod. CCCCVI. chartac. in 8.
Sæc. XV. — V.

CODEX totus in iis quæ GEORGIUS GEMISTUS PLETHO ex antiquis auctoribus decerpsit, vel de suo scripsit, manu eius propria est exaratus; idque ex annotatione huiusmodi, quam Bessarionis manu esse Indicis impressi auctores perperam dixerunt, pagina 140. ad Compendium Zoroastreorum & Platonicorum dogmatum posita, constat: Αὐτοχειρὶ καὶ τὸ παῦ γέγραφεν ὁ μέγιστος καὶ ὁ σοφώτατος. Stat itaque quoad Plethonis autographum Indicis hac in re auctoritas, secus atque Cl. Villoisonio, quem annotatio ea fugiit, videbatur (*Anecdot. T. II. p.* 244.). Et Bessario quidem ut præceptoris sui, viri doctissimi, autographa conquireret & acquireret, par omnino erat. Codex vero, cuius Allatius meminit in Diatriba de Georgiis p. 386, hæc habet:

GEORGII GEMISTI PLETHONIS De iis quæ post pugnam ad Mantineam apud Græcos gesta sunt, ex DIODORO Siculo & PLUTARCHO, Libri duo. Prioris titulus Ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Πλουτάρχου, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἐν κεφαλαίοις διάληψις. Posterioris Ἐκ τῶν Διοδώρου παρασημειώσεις. Auctoris nomen aliena manu impositum sic est Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ Πλήθωνος. Edidit primum Aldus cum Herodiano & aliis Venetiis anno 1503. deinde Ioachimus Camerarius Basileæ anno 1541, ac demum cum emendationibus & notis Henricus Godofredus Reichardus Lipsiæ anno 1770. Lectionem a postremo editore emendatam codex nonnunquam confirmat: adhuc tamen novæ & certissimæ fidei recensioni is locum præbet.

Eius-

EIUSDEM Excerpta ex APPIANO Alex. de Regibus Macedonicis qui in Syria rerum potiti sunt. Inc. Ἀλέξανδρος μὲν βασιλεὺς ἦν &c. Hæc Cl. Schweighæusero profuere in editione Appiani Lipsiensi an. 1785. ex codicibus Vindobonensibus duobus & Monachiensi uno: exstant vero eadem in bibliotheca Parisiensi & aliis, cum Excerptis reliquis hoc ipso codice contentis; quæ & in aliorum scriptorum novis editionibus consulere, Schweigheuseri exemplo, operæ pretium esse potest.

EIUSDEM Excerpta ex STRABONE. Εἰλημμένα ἐκ τῶν τε Στράβωνος. Inc. Ἡ χώρα πλὴν ὅση ποταμόκλυστός ἐστιν &c. Thessaliæ Chorographiam ex libro Strabonis nono sumptam continent, eodem initio quo apud Allatium ea erat, in Symmictis ab ipso edendis relata. At nonnulla ad initium desunt, ut ex codice CCCLXXIX. deprehendo, de quo cum scripsi, quo loco Excerpta hæc habenda sint, denotavi.

EIUSDEM Excerpta ex Historia Plantarum THEOPHRASTI. Inc. Τῆς γῆς ἡ μὲν πίειρα, ἡ δὲ λεπτόγεως &c.

EIUSDEM Excerpta ex ARISTOTELIS Historia Animalium. Inc. Τῶν ζώων τὰ μὲν χερσαῖά ἐστι &c.

EIUSDEM Excerpta ex DIODORO Siculo de Assyriorum & Medorum Imperio. Inc. Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον &c. Ut apud Kollarium Supplement. ad Lambecium Lib. I. p. 498.

EIUSDEM (uti videtur) De veteri Græcorum militia Annotatio. Sine titulo inc. Τῶν στρατιωτῶν οἱ μὲν πεζοί, οἱ δὲ ἱππεῖς &c. In fine deficit.

E-

Eiusdem Excerpta duo ex libro primo Antiquitatum Romanarum Dionysii Halicarnassensis de Troianorum origine, & de simulacris Deorum ab Ænea in Italiam deportatis. Inc. Ο'τι δὲ καὶ τῶν Τρώων ἔθνος &c.

Eiusdem Excerptum de Xenophontis Memorabilium Socratis Dictorum Libro II. Cap. 2. Inc. Καὶ Πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς &c.

Pythagorica Carmina aurea. Post undequadragesimum duo insunt Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο &c. Ε'υ μάλα ποιπνύειν &c. de quibus ad Codicem CLXXXIX. dixi. Et hæc quoque Gemisti manu, uti carmina cetera, loco suo scripta sunt.

Georgii Gemisti Plethonis De Saracenorum post Heraclium felici progressu. Inc. Μωαμὲτ ὁ Α'ράβων ἀρχων τε ἤ νομοθέτης &c. Deest auctoris nomen, at scripsit manu sua Gemistus; cui hanc scriptiunculam codex Bavaricus tribuit apud Allatium De Georgiis p. 386.

Orphei Hymni XIV. Ad Musæum, in Iovem, in Iunonem, in Neptunum, in Dianam, in Apollinem, in Vulcanum, in Bacchum λικνίτην, in Minervam, in Titanas, in Astra, in Solem, in Lunam, in Somnium. Eædem lectiones insunt, quas ex codice Augustano cum Compendio dogmatum Zoroastri & Platonis a Gemisto conscripto Valentinus Hermannus Thryllitius edidit Vitebergæ anno 1719. in 4. Carmina novem de Iove accedunt, inscripta Ο'ρφικὴ εἰς Δία θεολογία, ex Apuleio inter Fragmenta Orphei relata n.° VI editionis Gesnerianæ.

Procli Hymni. Qui quatuor in editionibus sunt, iidem in codice quinque apparent; sine auctoris nomine, sine in-

te-

tegris etiam versibus, at eum variis lectionibus nonnullis notatione dignis.

Primus εἰς Λυκίην Ἀφροδίτην inc. Ὑμνέομεν Λυκίων βασιληΐδα &c. Versus in editionibus tertiusdecimus deest.

Secundus in codice inscriptus Ὕμνος κοινὸς inc. Κλῦτε θεοὶ σοφίης &c. orditur scilicet a versu duodevigesimo Hymni in Musas iuxta editiones, & eum ultimo desinit. Iisdem versibus confectum Hymnum velut ineditum Gilbertus Wackefield protulit in Sylva Critica Cantabrigiæ an. 1793. impressa in 8. Versu 19. in editionibus Analectorum a Brunckio, & Anthologiæ a Iacobs est πῦρ, in cod. φῶς. Vers. 20. Ed. ἀθανάτοις, Cod. ἀθανάτων. Vers. 24. γνώω, Cod. γνόιην.

Tertius in codice inscriptus εἰς τὰς Μούσας inc. Ὑμνέομεν μερόπων ἀγλαγώγιον &c. Idem cum editionibus initium habet, & cum versu in iis ultimo desinit.

Quartus εἰς Ἀφροδίτην inc. Ὑμνέομεν σειρὴν πολυώνυμον &c. ut in editionibus, ac similiter desinit. Versu 10. Ed. ἐγγαμίων, Cod. οὐ γαμίων. V. 11. Ed. ὀπιπτεύουσι, Cod. ἐπιπτεύουσι. V. 12. Ed. τεύχωσι δυσπαθίων, Cod. τεύξωσι δυσπαθίων. V. 16. Ed. ἀενάου πέμπειν, Cod. ἀενάοιο πέλειν. V. 18. Ed. ἀδαμάστους, Cod. ἀδαμάστων.

Quintus εἰς ἥλιον caret primo versu ex editis, & incipit a secundo Κλῦθι, φάους ταμία &c. Desunt versus in editionibus 5. 16. 17. 21. 22. 23. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 48. 49. 50. V. 6. Ed. καὶ, Cod. ὅς. V. 8. Ed. αἰθαλίας σέο πυρσοὺς, Cod. αἰθαλέης σέο πυρσοὶ.

Hymni duo præterea insunt: alter ante Procli primum, in-

inscriptus Ὕμνος κοινὸς, inc. Χαῖρε, θεὰ μῆτερ, πολυώνυμε, καλλιγένεθλε &c. alter post eiusdem ultimum, inscriptus εἰς Ἀθηνᾶν, inc. Κλῦθί μοι, αἰγιόχοιο Διὸς τέκος, ἢ γενετῆρος &c.

Sunt hi primum ex codice Matritensi vulgati anno 1769. ab Iriarte in Catalogo Codicum MSS. bibliothecæ illius p. 88. denuo autem a T. C. Tychsenio editi an. 1786. in Bibliotheca antiquæ Litteraturæ Germanica Gottingæ impressa (*T. I. p.* 46.) commentario adiecto (*T. II, p.* 10.), quibus in editionibus inscriptionem ferunt Ἑκάτης καὶ Ἰανῷ & εἰς Ἀθηνᾶν πολύμητιν, estque Proclus eorundem auctor ab editoribus plane habitus. Prior non habet versu primo, ut in editionibus, θεῶν, sed θεὰ μῆτερ, tribus autem versibus postremis caret. In posteriore desunt versus editi 4. 6. 9. 10. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. Versu 8. Ed. θεήμαχα, Cod. θεώμαχα. V. 36. Ed. αὖ ἐρύσει, Cod. αὖ ἐρύῃ. Versus 51. & 52. sunt in unum ita coniuncti Κέκλυθι, κέκλυθι, καί μοι μείλιχον ἦας ὑπόσχεις. Codex Marcianus emendationes Tychsenii ut plurimum confirmat, eidemque respondere Harleianus videtur, ex quo Thomas Taylor hymnum hunc in Minervam velut ineditum dedit in libro inscripto *A. Dissertation on the Eleusinian and Bacchic Mysteries*, an. 1791. Amstelodami in 8. impresso. „ Sed in codice Harleiano quædam, ob negligentiam librarii „ legi non poterant, & plures desunt versus, qui prostant „ in codice Matritensi, ita ut versus quidam videantur a „ Proclo non profecti esse, sed a serioribus inserti “, inquit Cl. Harlesius in Introductione in Historiam Linguæ Græcæ T. II. P. II. p. 376. ed. Altenburgi 1795.

Georgii Gemisti Plethonis Capita quædam Musica. Inc. Φωνῆς αὔξησις, ἡ ἐπὶ τὸ βαρύτερον μεταβολή &c. In Bibliotheca Bavarica esse Allatius tradidit in Diatriba de Georgiis p. 386. Ex Aristoxeno & Aristide Quintiliano nonnulla de-

libata ad litteram sunt; at in margine ad initium manus aliena Πληθώνιου scripsit.

Eiusdem Compendium Zoroastreorum & Platonicorum dogmatum. Inc. Ἐκεῖνα μάλιστ' αὖ &c. Ex codice Augustano Valentinus Hermannus Thryllitius edidit Vitebergæ an. 1719. & Fabricius Bibl. Gr. T. XIV. p. 137. repræsentavit; uterque segmento adiecto, quod ad Gemisti scriptum aliud pertinere videtur: nimirum desinit Compendium, quemadmodum & in alio codice Vindobonensi (*Lambec. Lib. VII. p. 370.*), in ea verba καὶ φρόνιμος τῷ ὄντι ἔσεσθαι, quæ apud Fabricium pag. 140. lin. 13. sunt. Exstat quidem & in codice hoc segmentum illud Compendio immixtum, sed veluti extra locum suum. Additamentum ineditum initio opusculi in margine ad instar scholii Gemistus posuit, quod inc. Τῶν Ὀλυμπίων θεῶν &c. Hactenus codex Gemisti manu est exaratus.

Leonardi Arretini De Republica Florentina. Inc. Ἐπειδὴ ἐπιθυμεῖς εἰδέναι &c. Ex codice Laurentiano ad Georgium Amirucium Constantinopolitanum opellam ab Arretino scriptam fuisse patet (*Bandini Catal. T. II. p. 606.*). Græce, cum interpretatione Latina sua Allatius edere constituerat in tertio Συμμίκτων volumine. Philibertus quoque de la Mare cum versione Latina Io. Baptistæ Lantini Senatoris Divionensis proferre volebat (*Niceron Memoires T. XXV. p. 292.*). Tandem ante paucos annos, absque ulla nota Græce ac Latine in 8. typis prodiit: & Græcus quidem textus ex bibliotheca Laurentiana sumptus est, versio autem a Benedicto Moneta Florentino, Iurisconsulto præstanti, absque nomine suo, adiecta; neque, nisi post eius obitum, libellus vulgatus fuit.

Cod.

Cod. CCCCVII. chartac. in 4. Sæc. XIII. — V.

ANONYMI Compendium Chronicum ab Adam usque ad captam a Latinis Constantinopolim. Tit. Σύνοψις χρονικὴ ἀπὸ Ἀδὰμ τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα, καὶ καταῦσα μέχρι καὶ τῶν κατὰ καιροὺς ἀρχόντων τῶν τε κριτῶν καὶ τῶν βασιλέων, τῶν τε Περσῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, ἕως καὶ τῶν τῆς παλαιοτέρας Ῥώμης Καισάρων, καὶ τῶν τῆς νεωτέρας βασιλέων, δηλοποιοῦσα, τίνες τε ἦσαν καὶ πόσον ἕκαστος χρόνον τὰ τῆς βασιλείας διῴκησε, καὶ τίς τινα ἔσχε διάδοχον. Procemium inc. Τῆς παρούσης πραγματείας ἴσως ἄν τις ἡμῶν αἰτιάσαιτο. Compendium inc. Ἀδὰμ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐτῶν διακοσίων τριάκοντα ἐγέννησε τὸν Κάϊν &c.

Opus in tres veluti partes distributum est. Prima ab Adamo ad Constantinum Magnum, annorum rerumque serie ex antiquis vulgatisque Chronicis summatim deducta: secunda a Constantino ad Nicephorum Botaniatem, & ipsa brevis, Ioannis Zonaræ & Michaelis Glycæ, uti quidem deprehendo, narrationibus, ac interdum etiam verbis mutuatis: tertia ab Alexio Comneno ad receptam an. 1260. a Michaele Palæologo Constantinopolim; & hæc quidem satis fuso calamo est pertractata, multis ex Nicetа Choniate ac Georgio Acropolita, nec raro quoque ad litteram, absque ullo indicio sumptis, & maiori fide, quam in editione Parisiensi, repræsentatis. Ab uno eodemque auctore compilationem totam prodiisse procemium declarat: qui de origine atque indole Turcarum, Patzinacum, Uziorum, Agarenorum, Saracenorum Iberorumque excerpta seorsim adiecit, in Compendio Historiarum Cedreni & alibi a me lecta.

Codicem sæculi XIII. annis ducentis recentiorem Indicis auctores fecere, ea fortasse de caussa, quod a Ioanne Ar-

gyropulo, claro illo litterarum Græcarum in Italia instauratore, ex annotatione ad initium posita, exaratum putaverint. At vero antiquioris alius, qui nomine eodem appellabatur, opus fuerit oportet.

Theodorum Scutariotam Levitam Cyzicenum, qui, ut annotatio alia declarat, codicem possedit, & ipsum sæculo XIII. vixisse, ex allatis a Fabricio B. G. T. VI. p. 419. compertum fit.

Sunt vero annotationes duæ

Ἡ βίβλος ἥδε πέφυκεν Ἀλεξίου τοῦ Πανυπερσεβάστου, χειρὶ γραφεῖσα Ἰωάννου τοῦ Ἀργυροπούλου.

Ἡ βίβλος ἥδε Κυζίκου Θεοδώρου Σκουταριώτου, ἐκ φυλῆς κατηγμένου.

Cod. CCCCVIII. chartac. in 4.
Sæc. XIV. — V.

POEMA historicum de Constantinopoli anno 1204. a Latinis capta. Titulus est:

Ἡ βασιλὶς τῶν πόλεων πῶς Ἰταλοῖς ἑάλω,
Καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ὕστερον πῶς ἀπεδόθη πάλιν,
Ἐγράφη κατ' ἀκρίβειαν. εἰ σὺ δὲ βούλει, μάθοις.

Initium

Οἱ τὴν Κωνσταντινούπολιν κρατήσαντες Λατῖνοι
Νόμῳ πολέμου ληστρικῶς τοπάρχαι σὺν τοῖς κόντοις
Ἄνδρες γενναῖοι γίγαντες, ὑπῆρχον οὗτοι πάντες.
Πρῶτος Ἔρρικος Δάνδουλος ὁ δοὺξ τῶν Βενετικῶν &c.

Orditur ab obitu Manuelis Comneni Imp. an. 1180, desinit in expulsione Ioannis Vecci Patriarchæ CP. an. 1282: est vero Nicetæ Acominati, quem anonymus auctor nominatim affert, ac Georgii Acropolitæ historiis maxime concors.

cors. Opus esse anni 6900 Æræ Græcorum, & 1392. Æræ Vulgaris, centesimi ac tricesimi primi post Constantinopolim a Michaele Comneno Palæologo anno 1261 recuperatam, hi postremi versus produnt:

Ἔχουσι μέχρι σήμερον οὗτοι Παλαιολόγοι,
Θεοῦ συνάρσει καὶ βουλῇ, καλῶς τὴν βασιλείαν,
Κατὰ τὸ νῦν ἱστάμενον ἔτος τὸ μετὰ κόσμου
Ἑξακισχίλιον αὐτὸ σὺν τοῖς ἐννακοσίοις,
Τὸ φέρον καὶ τὴν ἰνδικτον πέντε καὶ δεκαπαίαν,
Μεμετρημένους ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς σὺν τούτοις
Ἕνα πρὸς τοῖς τριάκοντα. Χριστὸς δ' ἐπιβραβεύσοι
Τούτους καὶ νίκας κατ' ἐχθρῶν ἐν χρόνοις μακροτάτοις.

Tenent ad hanc diem Palæologi isti,
Dei auxilio ac providentia, optime imperium,
Currente anno a creatione mundi
Sex millesimo atque nongentesimo,
Sub Indictione decima quinta,
Emensos annos centum cum iis
Unum atque triginta. Christus autem eos regat
Et inimicos in longissima tempora superare concedat.

Omnino differt poema hoc ab alio de Bellis Francorum Hierosolymitanis & Constantinopoli expugnata, in codice Parisiensi 2898. scripto; ex quo Meursius & Cangius in Glossariis, Boivinus ad Nicephorum Gregoram p. 753. 761. 762. & Sinnerus in Catalogo Codd. MSS. Bernensium T. II. p. 339. fragmenta afferunt; licet aliter Villoisonius in Anecdotis putaverit T. II. p. 249. ubi Ῥωμαίους Græcos denotari, non Romanos, ut in Indice dictum est, recte animadvertit. Sequitur eiusdem fortasse auctoris

ALEXANDRI MAGNI Historia poemate comprehensa. Titulus:

Ἐξήγησις ἱστορικὴ κατὰ λεπτὸν ἰοῦσα,

Τὴν γέννησιν, ἀνατροφὴν, καὶ πράξεις Ἀλεξάνδρου,
Μέγιστα κατορθώματα, καὶ τελευτὴν τὴν τούτου,
Παρ' Αἰγυπτίων ἐκ πάλαι καλῶς παραδοθεῖσα.

Initium

Ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος
Ὁ γίγας, ὁ περίφημος, ὁ συνετὸς ἐν λόγοις &c.

Haud breve opus, ex narratione, quæ Callistheni tribui consuevit, potissimum sumptum, ad annum Græcorum *6896*, Æræ Vulgaris 1388, est referendum, ex hisce versibus in fine positis:

Ἐγράφη δὲ πρὸς ἔτεσι τοῖς ἑξακισχιλίοις
Ἓξ σὺν τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τοῖς ὀκτακοσίοις,
Ἰνδικτιῶνος ἐν αὐτοῖς τρεχούσης ἑνδεκάτης.

Aliud hoc ipso de argumento poema, versibus itidem politicis conscriptum, Venetiis anno *1620*. impressum est, ac deinceps recusum; idem fortasse quod in editione Veneta anni *1529*. Demetrium Zenum auctorem præ se fert.

Versus politici poemati priori accedunt, quorum hæc argumenta. Ad inveniendum Pascha. De Amicitia Pyladis ac Orestis. De Orione Actæone & Virgine. De Amos Propheta.

Posteriori hæc adiecta sunt, omnia versibus iisdem: Donatio Constantini Magni Silvestro Papæ. De Ternobo electo Patriarcha CP. Septem miracula mundi. Historia Susannæ ex Daniele.

Pag. 148. Pselli Canon exstat contra Iacobum quendam Monachum ἀπὸ τῆς μονῆς τοῦ Συγκέλλου, cuius acrostichis est Μέθυσον Ἰάκωβον ἀρίθμως ᾄδω Κώνστας.

Annotationes Chronicæ accedunt pagg. 145. & *146*, de capta an. 1204. a Latinis Constantinopoli, de eadem an. *1261*. a Michaele Palæologo recepta, eiusque gentilibus usque

que ad an. 1391. retenta, nec non de rebus Byzantinis aliis; quas fere omnes ex Niceta Choniate, Georgio Acropolita, Ioanne Cantacuzeno, Nicephoro Gregora, aliisque cognoscere licet.

Cod. CCCCIX. chartac. in 4. Saec. XIII. — P.

Heliodori Æthiopicorum Libri X.

Codex eiusdem familiæ esse videtur cum alio Guillelmi Xylandri cura collato; cuius variæ lectiones in editione Commelini anni 1611. apparent. Rem diiudicare facile fuisset, si nova Heliodori editio, quam Ioannes Philippus Siebenkees Norimbergensis parabat, facta fuisset; is namque an. 1783. codices Heliodori omnes Marcianos pro suo libito contulerat: at immatura morte obiit an. 1796. optimæ spei iuvenis, cum philosophiam in gymnasio Altorfino profiteretur. Supersunt attamen Variæ Lectiones ex codicibus Marcianis ac Vaticanis ab eo sumptæ (*Goezius Præf. in Anecdot. Siebenk. p. XXV.*).

Achillis Tatii De Amoribus Clitophontis & Leucippes Libri VIII. postremo in fine mutilo.

Lectiones variæ non se se in conspectum dant, quas, præsertim ex codicibus Anglicano & Palatino, Salmasius in editione Lugduni Batavorum an. 1640. non vulgaverit. Aliæ quædam ex codicibus Florentino & Romano ab eodem, vel ex Bavarico a Bodenio in editione Lipsiensi an. 1776. depromptæ sunt.

Ad Cod. CCCCX. membran. in 4.
Sæc. XIII.—V.

Hunc Heliodori Æthiopicorum codicem ad sæculum XII, vel XIII. retulit Iacobus Philippus Dorvillius; qui an. 1729., eo inspecto, cum Philippi cuiusdam disputatiunculam de hac ipsa fabula in fine adiectam reperisset, initium exscripsit, ac postea edidit anno 1736. in Miscellaneis Observationibus Amstelodamensibus Vol. VII. p. 376. Inscriptio & initium ita se habent: *Τῆς Χαρικλείας ἑρμηνεία τῆς σώφρονος, ἐκ φωνῆς Φιλίππου τοῦ φιλοσόφου. Ἐξιόντι μοί ποτε τὴν πύλην Ῥηγίου* &c. Licet in fine ea deficiat, satis tamen apparet auctorem eo spectare, ut morum institutionem quandam per allegorias fabula tota comprehensam detegat. Codici Palatino, quem Commelinus adducit, hic persæpe accedit: lectiones etiam nondum vulgatas præbet, quarum nonnullas ad Cod. DCVII. Marcianum proferam.

Cod. CCCCXI. chartac. in fol.
Sæc. XV.—V.

Heliodori Æthiopica insunt satis accurate conscripta, variisque lectionibus necdum editis conspersa: harum quoque specimen ad Cod. DCVII. Marcianum exhibebo.

Cod.

Cod. CCCCXII. membran. in 8. Sæc. XIV. — V.

SUB *Theodori Prodromi* nomine continetur poema iambicis versibus conseriptum de amoribus Drosillæ & Chariclis, hoc titulo atque initio, unius eiusdemque characteris, quo liber totus est exaratus: *Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου τὰ κατὰ Δροσίλλαν καὶ Χαρικλέα. Νῦν τοῦ φεραυγοῦς ἀστεράρχου. φωσφόρου* &c. Attamen NICETÆ EUGENIANO poema hoc de amoribus Drosillæ & Charielis tribuendum esse, non tam suadet codex Reip. Parisiensis n. 2908. sæculi XVI, quam demonstrat Nicetæ ipsius testimonium in epistola a Bandinio ex codice Laurentiano relata (*Catal. T. II. p.* 77.). Novem libris illud constat, quorum septem tantummodo, nec iidem integri, in codice Parisiensi exstant; in quo versus ultimus est *Τὸν φλοιὸν ἐντέθεικα καὶ δέδωκέ μοι*, quemadmodum a Villoisonio accepi. Fragmenta ex eo vir eruditissimus affert in animadversionibus ad Longum, ac præsertim p. 9. hæc habet: *Nicetas Eugenianus præcipue Theodorum Prodromum imitatus, totas praterea Anacreontis ᾠδὰς, & prolixiora Theocriti, Moschi, Bionis, Musæi, Euripidis, eroticorum Epigrammatistarum, & scriptorum qui fabulas amatorias condidere, ut Longi, Heliodori* &c. *loca non tam expressit, quam ad verbum descripsit, seu potius pervertit, Græculus loquax & inepte verbosus, quem luce, quam hactenus non vidit, minus dignum censeo; cuiusque opus, quod obiter notandum, falso in Codice* 412. *D. Marci bibliothecæ p.* 199. *Catalogi MSS. Græcorum, Theodori Prodromi nomen præfert*. Neque alium, quam Nicetam, auctorem in Anecdotis Græcis is postea agnovit (*T. II. p.* 242.). At vero etiamsi poeticæ elegantiæ expers opus omnino sit; loca tamen inserta poetarum & Ana-

ere-

ereontis præsertim, cuius exemplaria vetera longe rarissima sunt, ut cum emolumento idem versari possit prorsus efficiunt.

Exemplar de hoc ipso codice, locis nonnullis mutilo, in quibus Parisiensis integer est, a me sumptum, an. 1797. Lutetiam Parisiorum ad V. C. Simonem Chardon la Rochette, ut voti compotem eum facerem, misi.

Cod. CCCCXIII. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

PAUSANIAE Descriptio Græciæ.

TEXTUS mendis haud parum conspersus nihilo meliorem Aldina lectionem obiicere solet: si quando tamen ab ea discedit, cum codice Mosquensi convenit, cuius varietatem Facius exhibet in editione Lipsiensi an. 1795. & seq. Eorum quæ textus habet notationes, a vulgatis diversæ, in margine adiectæ sunt; iisque Bessario nonnulla ex Suida, uti deprehendo, aliisque sumpta inseruit.

De Pausania a Nicolao Leonico Thomæo viro doctissimo perlecto hæc ad initium sunt: *Ad 1493. die XVII. Novembris Leon. Tho. Pausaniam totum perlegerat.* Nondum autem typis tunc Pausanias prodierat.

SIMPLICII Commentarius in libros Aristotelis de Anima accedit.

Cod.

Cod. CCCCXIV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

Polyaeni Strategematum Libri VIII.

Opus, ut in editionibus, itidem in codice hoc mutilum est; neque supplementa habet a Paulo de Fermat post Diophantum vulgata. Lectiones a Masvicii textu variæ identidem sunt, at ex codice Cantabrigiensi, multoque frequentius ex Florentino ab editore illo allatæ. In numero quoque dierum enotando, quibus magna mysteria Athenis celebrabantur, quicquam plus codicibus aliis hunc non habere, iam prodidit Baro de Sainte-Croix, a Villoisonio admonitus, pag. 539. operis inscripti *Mémoires pour servir à l' histoire de la Religion secrete des anciens peuples*, *Paris* 1784.

Accedunt, duobus tantummodo verbis *Quædam Historica* in Indice typis edito denotata, sequentia

De Mirabilibus Aquarum. Tit. *Κρῆναι, καὶ λίμναι, καὶ πηγαὶ, καὶ ποταμοὶ, ὅσοι θαυμάσιά τινα ἐν αὐτοῖς ἔχουσιν.* Init. *Κρήνη ἐν Ποτνίαις* &c. Sylloge hæc eadem, sine auctoris itidem nomine exstat & in codice Laurentiano, a Bandinio relato (*Catalog. T. II. p.* 290.). *Sotionem* auctorem fecit Henricus Stephanus, a quo post Aristotelis ac Theophrasti scripta quædam, ex codice illo, Holstenio si fides, anno 1557 primum edita est hoc titulo, eodem scilicet, quo Sotionis opus indicat Photius Cod. 189. *ἐκ τῶν Σωτίωνος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν, καὶ κρηνῶν, καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων*, inter Aristotelis opera a Sylburgio deinde repræsentata. At vero a *Phlegonte Tralliano* tum syllogem hanc, tum etiam quæ sequuntur prodiisse Holstenius putat in Catalogo Codd. MSS. bibliothecæ Laurentianæ apud Lilienthal

(*Se-*

(*Selecta Litter. T. I. p.* 104.) & in Annotatione apud Heeren (*Biblioth. de qua infra*), qui ad eius sententiam accedit. Quibus argumentis id fecerint, ipsi viderint. In editione Stephani vitia esse codex demonstrat pag. 138. l. 20. pag. 139. l. 15. & pag. 140. l. 2. περὶ Θήβας, περὶ Σκότουσαν, περὶ Μαγνησίαν, quibus locis codex παρὰ semper habet.

DE NILI INCREMENTO. Inc. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος &c. Hoc etiam opusculum Henricus Stephanus eo, quo dixi, loco protulit, Herodoto a Iungermanno Gronovio & Wesselingio postea adiectum. Ad hanc ipsam opellam, ipsumque Marcianum codicem respexit Menagius in annotationibus ad Laertii Thaletem Lib. I. Sect. 37. scribens: *Vetus scriptor anonymus, forte Phlegon Trallianus in Tractatu* περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως, *qui manuscriptus servatur in bibliotheca Veneta, & cuius exemplum mecum communicavit Mericus Bigotius, eiusdem & ipse meminit his verbis* Θαλῆς ὁ Μιλήσιος &c.

DE MULIERIBUS bellica virtute illustribus. Tit. Γυναῖκες ἐν πολεμικοῖς συνεταὶ καὶ ἀνδρεῖαι. Inc. Σεμίραμις θυγατὴρ μὲν &c.

Quænam DOMUS mulierum caussa eversæ sint. Tit. Τίνες οἶκοι ἀνάστατοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο. Inc. Ο' μὲν Ἡ'ρακλέους &c.

Quinam FRATRES mutuo se amore complexi fuerint. Tit. Τίνες φιλάδελφοι. Inc. Α'γαμέμνων καὶ Μενέλαος &c.

Quinam AMICI mutua se caritate dilexerint. Tit. Τίνες φιλεταῖροι. Inc. Θησεὺς καὶ Πειρίθοος &c.

Farrago hæc tota, quatuor postremis sub titulis relata, de antiquorum scriptis excerpta, ad fidem codicis Escuria-

len-

lensis & apographi Holsteniani ex codice Laurentiano sumpti, ab A. H. L. Heeren edita, cum annotationibus selecta eruditione refertis, est in Bibliotheca antiquæ Litteraturæ Germanica T. VI, & VII, Gottingæ 1789. 1790. Codicis Marciani lectio propius ad Escurialensem accedit, neque nova se differentia commendat. Opusculo de Amicis ultimo fragmentum insigne velut e *Sosibii* Daphnide sumptum inest; at quale Casaubonus in alio codice repperit, ex quo cum emendationibus in commentario Athenæi primum edidit. Idem ad *Sosithei* Lytiersam pertinere satis probasse videtur, qui emendatius dedit, Henr. Car. Abrahamus Eichstaedt in libello de Dramate Græcorum Comico-Satyrico, an. 1793. Lipsiæ impresso.

De scriptione codicis hæc pag. 132. exstant Μιχαῆλος Ἀποςόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος πενίᾳ συζῶν μισθῷ ἐν Κρήτῃ καὶ τόδε τὸ βιβλίον ἐξέγραψεν. *Michael Apostoles Byzantinus post captivitatem patriæ suæ vitam in paupertate ducens Cretæ mercede & hunc librum descripsit*. De Michaele Apostolio doctrina claro ad Cod. CCLXVIII. scripsi.

Cod. CCCCXV. membran. in 4.
Sæc. XV. — V.

Isocratis ad Nicoclem de Regno, Nicocles, Panegyricus ad Athenienses, ad Demonicum, Helenæ Laudatio, Evagoras, Busiris, Contra Sophistas, Plataica, Areopagitica, Philippica, De Pace, Archidamus, Panathenaica, De Permutatione, contra Lochiten, Amartyros, de Bigis, Æginetica, Trapezitica, Contra Callimachum.

Textus ad Aldinam editionem an. 1513. proxime accedit: vitiis

vitiis scripturæ est passim fœdatus, attamen lectiones vel nunquam vulgatas, vel in codicibus manuscriptis rarissime obvias etiam offert. Selectas quasdam ex Panathenaico subiicio

Ed. Augerii, Paris. 1782. T. II.	*Cod. MS.*
Pag. 458. l. 1. οἱ κινδυνεύσαντες	οἱ συγκινδυνεύσαντες
—— 460. l. 6. ἄνδρας	ἄνδρας κυρίους
—— 468. l. 6. μεῖζον ἁμάρτημα	μείζονα ἁμαρτήματα
—— 488. l. 2. παραγενομένους	περιγενομένους
—— 490. l. 24. ἄρξουσιν	ἄρξωσιν
—— 492. l. 16. τοῖς μέν τοι	τοῖς δὲ
—— 500. l. 3. τοῦτο	τοῦτό τε
—— 512. l. 11. ἁπάσας	deest
—— —— l. 15. ἀξίους	ἀξίως
—— —— l. 22. ὅ, τι βούλεται	τοῦ ὅ, τι βούλεται
—— 520. l. 17. ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοικήσουσι, καὶ ὅπως	ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοική-σαντες
—— 558. l. 15. ὄχλον	λόγον
—— 572. l. 15. λαβεῖν συνηθείας, εὖ τε τοῖς πᾶσι	λαθεῖν συνηθείας, εὖ μὲν τοῖς πᾶσι
—— 584. l. 24. ἐξορμήσας	ὁρμήσας
—— 586. l. 1. μεταμελείας	μεταβολάς
—— —— l. 13. ἐπιδείξεσιν	ἀποδείξεσιν
—— 592. l. 3. διαλεγόμενος	διαλεγόμενον
—— 594. l. 4. περὶ	καὶ περὶ
—— 600. l. 8. θαυμάζοντας	καὶ θαυμάζοντας
—— 602. l. 13. αὐτοί τε	αὐτοὶ δὲ
—— 606. l. 3. ὅτε σφαγάς	ὅτε σφαγὰς, ὅτε φυγας
—— 608. l. 1. ἀμφοτέρας	τὰς πόλεις ἀμφοτέρας
—— 612. l. 9. τελευτῇ	τρία ἔτη

Ad pag. 488. l. 2. *περιγενομένους* legendum censet etiam Carolus Segaar in Specimine Observationum Criticarum in Isocra-

eratem (*Act. Litter. Traiectin. T. I. p. 94.*) . Re quidem vera ad Isocratem expoliendum ex codicibus manuscriptis subsidia adhuc suppetunt.

Tractatus Dionysii Halicarnassei de Verborum Compositione Epitome accedit.

Cod. CCCCXVI. membran. in fol. Saec. XI. — P.

Demosthenis Orationes omnes & Epistolae.

Codicem hunc tanquam *optimum* Index ipse Bessarionis, in bibliotheca Marciana superstes, iam ostentat. Facies eius antiquitatem eandem obiicit, qua est codex olim Marcianus CXXV Panariorum Sancti Epiphanii, saeculo XI exaratus, cuius characterem inter specimina ad initium posita Index impressus exhibet: at indicium vetustatis aliud in hoc accedit ex iota semper adscripto, nunquam subscripto. Mirifice idem respondet codici Bavarico saeculi circiter XIII, qui Reiskio in editione Demosthenis usui magno fuit; atque adeo quae post scriptam ab eo epistolam ad Oefelium T. V. p. 812. Animadversionum in Auctores Graecos, in praefatione ad Demosthenem p. LXX. & seq. consideratius de illo tradidit, in hunc quoque recte cadunt. *Reperi*, scripserat Reiskius ad Oefelium, *in codice Bavarico quamplurimas elegantissimas verissimasque lectiones, & non semel integros versus, quibus vulgati libri carent.... Multae ei insunt notae, unde colligatur ex antiquo & bonae notae libro derivatum eum esse. Primum collatus est ab eadem, quae exaravit, manu cum vetustioribus codicibus. Crebrae enim variantes lectiones, cum inter versus super ipsis vocabulis, tum in margine annotatae sunt.* Postmodum vero in praefatione ad Demosthenem:

nem: *Codex non est optimus, sed neque de pessimis. Lectionem plerumque Aldinam præfert: sed hoc in illo est egregium, quod refertus est varietate lectionum super versus & in marginibus scripta, spissius initio, rarius circa finem. Qua in varietate haud raro lectiones reperi nullo alio in codice a me deprehensas, easque non contemnendas. In una præsertim Oratione, non succurrit nunc qua, hic codex ab aliis omnibus discedit mirificum in modum: plenior est, testimonia dat integra, quæ nostris vulgaribus libris desunt; ut plane ex alio fonte manasse videatur hæc Oratio, quam vulgares editiones. Quæ res perquam mihi mira accidit, ut nequeam intelligere unde sic evenerit.* Huiusmodi cum differentia nulla mihi Oratio in codice isto occurrit: non attamen Orationes omnes a capite ad calcem contuli.

Ingens variarum lectionum copia ex codice Bavarico a Reiskio allata nostri etiam indoles quænam sit, prorsus ostendit: huius autem pretium integritas atque egregia ubique conservatio præ illo auget; quem in Orationibus publicis privatisque non parum deficere, & in duabus pro Corona & de falsa Legatione maxime detritum, propemodum laceratum, & obscuratum esse, Reiskius testatus est.

Orationes hoc ordine sunt: Ὀλυνθιακοὶ, Φιλιππικοὶ, *συμβουλευτικοὶ, δημόσιοι, ἐπιτροπικοὶ, παραγραφικοὶ, ἰδιωτικοὶ*: procemia & epistolæ accedunt. Idem propemodum ordo in editione Aldina & in Parisiensi an. 1570. apparet. Quod vero peculiare codex Bavaricus habet, ut Oratio contra Androtionem, *τῶν δημοσίων* prima, inter Orationem de fœdere cum Alexandro & Orationem pro Corona medium locum teneat, idem quoque in codice hoc est.

Quoad Orationes fere omnes, privatis exceptis, rarum vetustatis indicium, in codicibus tamen etiam recentioribus nonnullis repræsentatum, inest; in fine scilicet singularum adscriptus est *τῶν στίχων*, seu commatum numerus; quem ad codicis

dicis Bavarici fidem Reiskius nonnunquam vulgavit, Augustani quoque unius auctoritate alicubi adducta: qua de στιχομετρίᾳ, in Demosthene etiam exscribendo, ex D. Hieronymi testimonio, ab antiquis servata, egregie post alios disseruit Frater Gabriel Fabricy O. P. in Diatriba qua bibliographiae antiquariae & sacrae critices capita aliqua illustravit Sect. VI. Olynthiacae Orationes, Philippicae, suasoriae, ac publicae fere omnes in capita, alphabeti litteris enotata, atque in paragraphos distributae sunt; quemadmodum & de Bavarico codice Reiskius indicium fecit.

Signa praeterea critica ad versuum, seu linearum initium per codicem totum passim addita sunt; exigui ea tamen, vel nullius fere usus habita. Sic in Oratione Midiana Leges, Testimonia, & aliena a Demosthenis verbis omnia, diple, uti fieri consuevit, distincta sunt. Obelus, quo quae improbanda vel emendanda essent grammatici denotabant, ad loca textus Reiskiani sequentia appingitur: pag. 526. a lin. 12. ad pag. 527. lin. 22: pag. 542. a l. 12. ad l. 14: pag. 542. a l. 27. ad pag. 544. l. 5: pag. 546. a l. 7. ad l. 9: pag. 558. a l. 15. ad l. 20: pag. 561. l. 3. ad pag. 562. l. 18: pag. 576. a l. 15. ad l. 29: pag. 578. a l. 10. ad l. 23: pag. 580. l. 11. ad pag. 581. l. 14. Diple recta obelo coniuncta, de cuius significatione non bene constat, his editionis locis adiicitur: pag. 546. a l. 6. ad l. 7: pag. 558. a l. 11. ad l. 15: pag. 575. a l. 23. ad p. 576. l. 14. LIBANII Argumenta Orationibus praemissa sunt.

SCHOLIA accedunt duplicis generis: alia vetustiora, ex ULPIANO persaepe sumpta, manu eadem cum textu exarata: alia recentiori charactere adiecta. Olynthiacae, Philippicae, suasoriae, de Corona, & de falsa Legatione iis copiose instructae sunt: reliquae vix Scholiorum quidquam aspersum habent. Sunt vero Scholia fere omnia vulgata, vel ex codicibus Parisiensibus in editione Morellii ac Lambini an. 1570, vel ex Augustano in Francofurtensi an. 1604, vel ex Au-

gustano eodem & Bavarico a Reiskio, qui iam edita in codicibus iis emendatiora, ut in nostro etiam sunt, invenit. Inedita quæ restant evulgare haud operæ pretium est.

Lysiæ Orationem funebrem in auxiliatores Corinthiorum, manu sæc. XIII. in fine adiectam, locis nonnullis emaculavit Muretus, codicis huius ope, Variarum Lectionum Lib. XVII. Cap. II. Patuit vero bibliotheca Marciana Mureto quo præsertim tempore humanas litteras apud nos publico stipendio profitebatur, ab anno scilicet 1554. ad an. 1558; quo intervallo litteris excolendis eum mirifice addictum Petrus Lazerius in Diatriba de eius vita & scriptis demonstrat (*n. 7.*).

Ad Cod. CCCCXVII. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

Variæ lectiones, ex hoc ipso codice, qui Demosthenis Orationes quinquaginta continet, sumptæ, in margine exemplaris editionis Aldinæ, in bibliotheca Bodleiana Oxoniensi asservati, adscriptæ sunt; & quidem Petri Pithœi manu, Taylorio teste, qui omnes illas exhibuit, deinde a Reiskio repræsentatas; codice sub uno *Veneti* titulo semper denotato. Rem dignoscere mihi licuit cum ex allata ab iis varietate, tum ex verbis illis ἐκ διαβολῆς τῦ ἀνάδικα &c. in fine argumenti Anonymi in Orationem de falsa Legatione; quibus ταῦτα εἰσὶ ἐν παλαιῷ τῦ ἁγίε Μάρκε in libro Bodleiano adiicitur (*Reiske Orator. T. VIII. p. 699.*). Ante ea tamen verba signum quoddam codex Marcianus habet, ex quo delenda ea esse colligere oportet.

Scholiis Orationes nonnullæ instructæ sunt, at iis quidem fere omnibus inter Parisiensia, vel Bavarica vulgatis.

De-

Demosthenis Vita praemissa est, quam ex codice Regio Parisiensi acceptam Reiskius edidit T. IV. p. 152. Orator. Graecor.

Ad Cod. CCCCXVIII. membran. in 4. Saec. XI. — P.

Demosthenis Orationes XXXII. insunt, quarum textus ut in codice CCCCXVI. & Bavarico se habet, ac potiores lectiones in margine eorum adscriptas itidem continet. Versuum numerus Orationibus fere singulis accedit.

Ad Cod. CCCCXIX. chartac. in 4. Saec. XV. — V. olim Manuelis Balsamopuli τȣ̃ ἄρχοντος in Thessalonica.

Aristidis Panathenaicae Orationi praefixum Prolegomenon, quod in Indice typis edito veluti duplo maius Aldino an. 1513. impresso Zannetius & Bongiovannius denotarunt, non aliud est, quam Sopatri Apameensis in editione Iebbii ad initium positum: ordine tamen inverso cum librarius scripserit, & scholion primum in ipsam Orationem inseruerit, Indicis auctoribus fraudem id fecit. Orationis illius textus eandem lectionem ut plurimum habet cum codice Baroecciano n. 3. a Iebbio adhibito. In reliquis varietates nullas deprehendi, de quibus ex codicibus aliis non constet.

Scholia in Panathenaicam Orationem alia ab editis sunt;

 mul-

multo iis copiosiora, & magna etiam ex parte in codice CCCCXXIV. adscripta. Oratio pro Miltiade, & aliæ quæ sequuntur octo, Scholiis itidem instructæ sunt; vulgatis iis quidem, at emendatioribus, & alicubi locupletioribus.

ARISTIDIS Orationem adversus Leptinem, absque ulla inscriptione extremo loco scriptam, cujus initium Εἴπερ τις τῶν πάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι &c. finis vero deest, ex hoc uno codice edidi ego Venetiis an. 1785. in 8. cum Libanii Declamatione pro Socrate, & Aristoxeni Rhythmicorum Elementorum Fragmentis. Id, si non cum laude, saltem absque reprehensione me fecisse puto: quamquam nec viri egregie eruditi defuerint quibus opera mea valde probata sit, auctores præsertim Annalium Helmstadiensium Litterariorum Mens. August. 1785. p. 120, Bibliothecæ Criticæ Amstelodamensis Vol. III. P. II. p. 132. & Diarii *des Sçavans* Mart. 1786. p. 136. Hanc ipsam Orationem, textu editionis meæ repræsentato, levibusque tantummodo differentiis injectis, de lectione codicis Veneti exhibenda sollicitus, Orationi Demosthenis Leptineæ, a se luculentissime illustratæ, Halis an. 1789. impressæ, vir Græcis litteris egregie instructus Fridericus Augustus Wolfius adjecit. Rem equidem admodum probabilem is fecit, cum qua ratione Orator summus ac Sophista magnus, si non maximus, eadem in caussa versati sint, uno sub aspectu posuerit: at Aristideam lucubrationem multo minori, quam par sit, laude dignam habuisse visus est (*Critical Review, dans l' Esprit des Journaux, Mars* 1791. p. 132).

Cod. CCCCXXI. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

Dionis Chrysostomi Orationes octoginta.

Bessarionis iussu descriptæ sunt, cum Scholiis nonnullis, quorum pars exigua in editione Turrisani prodiit: reliqua adhuc latent, nullo fere cum Dionis detrimento. Codicis huius magna cum sequenti CCCCXXII. sæculi itidem XV, consensio est, uterque ad Turrisani editionem proxime accedit: at lectiones nonnullas posterior præbet ob novitatem enotatione dignas. Una ob oculos incurrit in Oratione Olympica, seu de prima Dei cognitione T. I. p. 372. lin. 42. edit. Reiskii, ubi est ἄνω δὲ ταὼς ποικίλους, ἄνω δὲ ὡς πολλοὺς σοφιστὰς, codex autem habet ἄνω δὲ ταὼς ποικίλους, ὅπερ ἐστὶ σοφιστὰς πολλούς. Insititia verba postrema videntur: neque tamen quæ a Reiskio aliisque suffecta sunt placent.

Cod. CCCCXXIII. membran. in 4. Sæc. circ. XII. — V.

Aristidis Orationes quatuor, Panathenaica, pro Quatuorviris, Platonicæ duæ pro Rhetorica. Accurate descriptæ, bonæ notæ textum ostentant. Scholia uberrima in duas priores accedunt, maxima ex parte inedita, nec parvi facienda. Horum nonnulla a Valesio ad Harpocrationem p. 30. & a me quoque ad Aristidis Orationem Leptineam p. 69. 137. prolata sunt.

Cod. CCCCXXIV. chartac. in 8.
Saec. circ. XII. — V.
olim Neophiti Ducae τῦ Ρἀλ.

ARISTIDIS Orationes XXVIII. Panathenaica, Platonicae quatuor, Siculae duae, de Pace duae, de Societate duae, Leutricae quinque, Contra criminantes quod non declamaret, Deploratio Smyrnae, De Smyrna ad M. Aurelium & Commodum Impp. Palinodia de Smyrna instaurata, Gratulatio de Smyrna instaurata, In laudem Smyrnae, Rhodiaca de concordia, In Bacchum, Legatio Ulyssis nomine ad Achillem, In prodentes causam suam, funebris in Eteoneum, Eleusinia.

Textus se bonitate commendat. Post Orationem Eleusiniam, tum in codice hoc, tum in alio Marciano n.° CCCCXXVIII. notato, adiicitur Ο' Ἐλευσίνιος ἐγράφη ὅσον ἐν ὥρᾳ, ἐν Σμύρνῃ, μηνὶ δωδεκάτῳ, ἐπὶ ἡγεμόνος Μακρίνου, ἐτῶν ὄντος πεντηκονταπτριῶν καὶ μηνῶν ϛ'. ἐλέχθη δὲ ἐν Σμύρνῃ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *Oratio Eleusinia scripta est hora circiter spatio, Smyrnae, mense duodecimo, Praeside Macrino, quum auctor annorum esset LIII. mensium VI. Habita vero Smyrnae in Senatu.* Eadem adscripta sunt in codice Laurentiano apud Bandinium T. II. p. 585. & in Matritensi apud Iriarte p. 289.

Scholia in omnes fere Orationes copiose accedunt, exigua ex parte vulgata, horumque multa nec in aliis codicibus obvia. Specimen eorum sunto quae ad Aristidis Orationem Leptineam edidi p. 69. 82. 84. 87. 116. 137. 126. At de Scholiis in Aristidem ineditis, eorumque apud eruditos homines usu videre interest Abreschium in litteris ad Reiskium pag. 203.

203. post huius Vitam Germanice scriptam, an. 1783. Lipsiæ impressam.

Ad Cod. CCCCXXVII. *chartac. in 8.* *Sæc. XIV.* — V.

PLUTARCHI Opera Moralia, quæ insunt, Ioannes Paullus Blessingius contulit pro Wyttenbachii editione, in qua codex n. 261. perperam denotatus apparet. Sic saltem in editione Lipsiensi est.

Ad Cod. CCCCXXVIII. *chartac. in 4.* *Sæc. XIV.* — V.

PROCOPII GAZAEI Orationem Panegyricam Anastasii Imp. ex hoc uno codice edidit Villoisonius in Anecdotis T. II. pag. 28.

Cod. CCCCXXIX. *membran. in 4.* *Sæc. XV.* — V.

DIONYSII HALICARNASSENSIS Ars Rhetorica. Ante Caput decimum *περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων* annotatio hæc exstat, eadem quæ in codicibus duobus aliis Marcianis & in Laurentiano apud Bandinium T. II. p. 499. *Τοῦτο τὸ μονόβιβλον, οἶμαι, Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς συνέταξεν ὁ πρότερος· μέμνηται γὰρ ἐν αὐτῷ ὡς ἐκδεδομένου αὐτῷ τοῦ περὶ μιμήσεως.*

Accedunt DIONYSII eiusdem de iis quæ Thucydidi propria sunt Epistola ad Ammæum; & de Verborum Constructione.

Quoad tria hæc Dionysii scripta textus codicis huiusce duorumque aliorum bibliothecæ Marcianæ varias lectiones codicis Regii Parisiensis primi & Colbertini, ab Hudsono allatas, præsertim admittit. Non id tamen semper fit. Exemplum est in Rhetorica Cap. III. de Oratione natalitia §. 3. ubi pro vulgata lectione ἐχομένη ἡ πόλις μητροπόλεως τῇ ἀμῇ τῇ μεγάλῃ &c. codices Marciani non τῇ μεγάλῃ, sed μεγάλη habent. Marcus Antonius Antimachus Latinus interpres εἰ μεγάλη legisse videtur: ante vero eum itidem legit Theodorus Gaza, utpote qui Latine reddidit *Si magna*. Theodorus namque an. 1444. Mantuæ degens Capita tria Rhetoricæ, de oratione nuptiali, de oratione natalitia, de oratione epithalamio Latine vertit, & ad Luchinum Mediceum inscripsit; quæ interpretatio cum aliis aliorum sub finem sæc. XV. singulari libello impressa est. In Tractatu quoque de verborum compositione §. 1. pro vulgata lectione καὶ πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας ἡ αὐτῶν γνῶσίς ἐστιν οἰκειοτέρα, codices habent καὶ κεκοσμημένης ἡλικίας ἡ αὐτῶν γνῶσίς ἐστιν οἰκειοτέρα.

Dionysii Rhetoricam in codice quodam sæculi XVI. apud Clericos Regulares Somaschenses Venetiarum cum olim inspicerem, sub finem capitis primi de Oratione panegyrica, ubi editiones habent ἑκάστης δὲ ἰδέας ἔοικεν ἡ ὕλη τὴν ἀφορμὴν, scriptum reperi ἡ ὕλη διδόναι ἀφορμὴν, quemadmodum M. Antonius Antimachus legisse videtur, qui Latine *facultatem præbere*, reddidit; Reiskius autem παρέχειν subaudiendum putabat.

DEMETRII PHALEREI De Elocutione. Lectiones non apparent, quæ vel in editione Aldina an. 1508. non sint, vel ex codicibus manuscriptis in aliis allatæ non fuerint.

ALEXANDRI De Figuris sensus & dictionis. In editione Aldina inc. Ἔστι μὲν οὐχ ἡ τυχοῦσα δυσφιλία περὶ τῶν τοῦ λόγου

σχη-

σχημάτων εἰπεῖν &c. at in codice hoc pro δυσφιλία est δυσκολία, & in codice Marciano DXII. διδασκαλία. Est vero opusculum utroque in codice non parum, quam in ea editione, emendatius. Num etiam quoad Upsaliensem, an. 1690. Laurentii Normanni opera factam, idem verum sit, haud mihi constat.

SCHOLIA de Figuris Rhetoricis sequuntur, in editione Aldina an. 1508. tanquam *Innominati* auctoris vulgata, PHAEBAMMONI deinde tributa, & a Normanno in editione Upsaliensi Alexandri repraesentata. Huiusce libelli, ut etiam qui sequuntur, Rhetorum, textus Aldinae editioni respondet.

MENANDRI Divisio Caussarum in genere demonstrativo. Sub uno ineptoque titulo Μενάνδρου ῥήτορος διαίρεσις τῶν ἐπιδεικτικῶν, scripta duo MENANDRI & ALEXANDRI cuiusdam in unum coacta sunt; quemadmodum in Aldina editione perperam factum fuisse Henricus Valesius iam animadvertit Emend. Lib. I. Cap. 24. Corruptissimus, aeque ac in editione illa, hoc in codice textus est; quem quoad Menandrum sub inscriptione De Encomiis haud parum emendatum H. L. Heeren an. 1785. Gottingae denuo vulgavit.

ARISTIDIS De Civili & Simplici Oratione.

APSINIS De Arte Rhetorica & de Figuratis Quaestionibus.

MINUCIANI sive NICAGORAE de Sedibus Argumentorum.

Cod.

Cod. CCCCXXXIII. membran. in 8. Sæc. XIII. – V.

SYRIANI Commentarius in Hermogenem de Statibus, hoc titulo inscriptus Σχόλια εἰς τὰ μέχρι στοχασμοῦ τῆς Ἑρμογένους τέχνης, καὶ εἰς τὰς ιδ' στάσεις. Συριανοῦ σοφιστοῦ.

Hermogenis Vita a Syriano summatim scripta præfationis loco exstat, cuius initium Πολλῶν ἤδη φιλοσόφων τε καὶ σοφιστῶν πραγματείας οὐ σμικρὰς εἰς ἐξήγησιν τῆς Ἑρμογένους καταβαλλομένων τέχνης, οὐδεὶς τῶν εἰς ἐμὲ ἡκόντων περὶ τοῦ βίου διελέχθη τοῦ ἀνδρός. Φιλόστρατος μόνος ἐν β' τῶν σοφιστικῶν βιβλίων φησὶ &c. Præter allata de Hermogene a Philostrato, Suida, & Eudocia, id unum observatione dignum inesse video, quod etiam in Demosthenis Orationes publicas Hermogenem scripsisse Syrianus affirmet, unus fortasse rei huiusce scriptor: Εἰς ἄνδρας δὲ προελθὼν, εἰς Δημοσθένην γέγραφεν ὑπομνήματα: & rursus καταλέλοιπε δὲ καὶ εἰς τοὺς δημοσίους ὑπομνήματα. Ac id etiam in prooemio Commentarii in Hermogenem de Formis Orationis repetit. Ad Commentarium autem sic auctor accedit: Χωρητέον δὲ ἤδη πρὸς τὴν ἐξήγησιν τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, Ἑρμῆν τε καὶ Μούσας ἡμῖν συλλήπτορας τῶν λεγομένων γενέσθαι ἱκετεύσαντες.

Longe aliter, quam in editione Aldina anni 1509, Commentarius in codice se habet; ac licet utrobique eadem semper doctrina conveniat, textum tamen in editione mutilatum passim fuisse, contractum, atque non suo verborum habitu emissum, qui conferat plane cognoscit. Exempla duo quæ id probant in ipso initio hæc sunt. Pag. 16. l. 30. edit. Τὴν περὶ τῶν στάσεων πραγματείαν οἱ μὲν οὐδ' ὅλως ἠξίωσαν τέχνην, ὥσπερ τινὲς καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τέχνην οὐ βούλονται. MS. Τὴν περὶ τῶν στάσεων πραγματείαν οἱ μὲν οὐδ' ὅλως ἔφασαν εἶναι τέχνην,

νην, εἴγε καὶ τὴν ὅλην ῥητορικὴν τινὲς ἐμπειρίαν ἀπεφήναντο. Pag. 16. l. 43. edit. Ἀλλὰ δὴ καὶ Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασσέως, τρία ταῦτα ἀξιοπιστευομένου τὴν ἀρίστην ἕξιν ἐν πολιτικοῖς λόγοις ἐμποιοῦν καὶ πάσῃ τέχνῃ τε καὶ ἐπιστήμῃ, μάθησιν ἀκριβῆ, φύσιν δεξιὰν, ἄσκησιν ἐπίπονον &c. MS. Ἀκολούθως δὲ τῷ θείῳ Πλάτωνι καὶ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ α΄ τίτλῳ περὶ μιμήσεως φησὶ, ὅτι τρία ταῦτα τὴν ἀρίστην ἡμῖν ἔν τε τοῖς πολιτικοῖς λόγοις ἕξιν, καὶ ἐν πάσῃ τέχνῃ τε καὶ ἐπιστήμῃ χορηγήσει, φύσις δεξιὰ, μάθησις ἀκριβὴς, ἄσκησις ἐπίπονος· ἅπερ καὶ τὸν Παιανιέα τούτων ἀπογράψασθαι.

Veterum etiam testimonia a Syriano adducta nec ipsa integra in editione comparent; ut pag. 36. & 44. Æschinis, Demosthenis, ac Thucydidis, quæ verbis καὶ τὰ ἑξῆς abrupta sunt: ea tamen, ut alia quoque, nulla ex parte in codice deficiunt.

Sopatri quoque doctrinam & Syriani, verbis utriusque confusis, frequentissime in editione simul contextam fuisse, ex eorum nominibus ad initium fragmentorum simul coniunctis nemo non deprehendit: at nihil tale in codice est, qui sincerum Syriani textum exhibet, atque adeo ad Rhetoris præstantissimi novam editionem, a Reiskio iam desideratam (*Dedicat. Orator. Græcor. T. IX.*), eximie prodest.

SOPATRO adscriptus Commentarius in Hermogenem de Statibus sequitur hoc titulo Ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην. Σωπάτρου. Itidem ante sectionem de Coniecturali Statu, & in fine Commentarii nomen Sopatri tanquam auctoris apparet. Neque tamen idem est qui Sopatrum auctorem fert in editione Aldina an. 1509; qui quoad verba semper, quoad res fere ubique differt; ut proinde Sopatri uter sit, haudquaquam constet.

PROLEGOMENON subsequitur, cuius initium Δίκαιον τοῖς λο-

γικὴν

γινὰν ἐξετάζουσι τέχνην αὐτὸ τοῦτο φρῶτον, ὅ τί ποτέ ἐστι λόγος ζήτησις ἡ λόγος ὢν ἐστι κοινῶς ἔννοια ἀνθρωπίνη, καθὸ τὸ λογίζεσθαι καὶ δηλοῦν ἡμῖν περίεστιν. οἱ μὲν συντόμως ὡρίσαντο, λόγος ἐστὶ ἀνθρώπων γνώρισμα· οἱ δὲ ἄλλως, λόγος ἐστὶ εὕρημα μὲν θεῶν, ἀνθρώπων δὲ γνώρισμα. διάκρισις δὲ ποιότητος ψυχῶν, καθ᾽ ἣν αἱ τῆς ψυχῆς προάγονται ἐνέργειαι. λόγος μὲν γάρ ἐστι ὅτος. Et hæc quidem verba omnia a librario satis indiligenti diplè ὠβελισμένη sunt in margine notata; qua de caussa, non video, cum textus sic immediate procedat ἤδη δὲ αὐτοῦ δύο, φροφορικὸς καὶ ἐνδιάθετος &c. De rhetoricæ natura dignitate atque origine nonnulla afferuntur, quæ in Isagoge editionis Aldinæ sunt, ac distinctius in Prolegomeno codicis Coisliniani apud Montfauconium p. 598. & Fabricium Bibl. Gr. T. IX. pag. 586. Ubi vero de rhetorica a Corace ac Tisia in Sicilia inventa excultaque, & a Gorgia Athenas delata sermo est factus, hæc noster habet; quæ licet sint cum delectu accipienda, novum eadem tamen auctorem ostendunt:

Γοργίας ὁ Λεοντῖνος κατὰ πρεσβείαν ἐλθὼν, Ἀθήνησι τὰς τέχνας τὰς συγγραφείσας παρ᾽ αὐτῶν (Corace ac Tisia) ἐκόμισε, καὶ αὐτὸς ἑτέραν προσέθηκε, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Ἀντιφῶν ὁ Ῥαμνούσιος ὁ Θουκυδίδου διδάσκαλος λέγεται τέχνην γράψαι. μετὰ ταῦτα δὲ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ. καὶ πᾶσαι μὲν αὗται δημαγωγικαὶ τέχναι ἦσαν, οὐδὲν περὶ στάσεων ἔχουσαι κεφαλαίων. . . . Ἤκμασε δὲ καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐν τῇ δημαγωγίᾳ κατὰ τοὺς Δημοσθένους καιροὺς ἡ ῥητορική. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τῆς Ἀντιπάτρου βασιλείας, ἡνίκα Ὑπερίδης μὲν γλωσσοτομήθη, Δημοσθένης ἀπέθανεν. ἐνενήκοντα δὲ καὶ ὀκτὼ λέγονται ἐκδοθῆναι ἐξ Ἀθηνῶν ῥήτορες, πάμπολλοι δὲ ἀπὸ πάσης Ἑλλάδος. φοβερὸν δὲ τὸ τῆς ῥητορικῆς γέγονεν, καὶ ἡμάρτηται τῶν Μακεδονικῶν κακῶν κατεχόντων τὴν Ἑλλάδα.

Ἡνίκα δὲ ἡ Ῥωμαίων ἤκμασεν ἀρχὴ, καὶ πολιτεία σώφρων κατέσχε τὰς πόλεις, μάλιστα ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου ῥητορικῶν καὶ φιλολόγων βασιλέων, αὖθις αἱ τέχναι συνεστάθησαν· φαίνεται

ἤκμασε μὲν γὰρ καὶ ὁ Κικέρων, καὶ ἔτι αὐτῶν πρεσβύτερος ὤν, ταύτην τὴν ῥητορικὴν τέχνην ἐπιστάμενος, ἐξ ὧν δῆλον ὅτι ἐσώζετο. τῶν δὲ νῦν φερομένων τεχνικῶν πρῶτος Λολλιανὸς φαίνεται ἑπτὰ μόνας στάσεις εἰπὼν, καὶ Ἑρμαγόρας μετ᾽ αὐτὸν πέντε. μετὰ τούτους ὁ Μινουκιανός. λέγεται δὲ πρῶτος Μινουκιανὸς εἰς τὰς δικαστρικὰς στάσεις διελεῖν, καὶ ὀνόματα ἀπὸ τοῦ σκοποῦ τῆς ἀπολογίας ποιήσασθαι. μετὰ δὲ τούτους Ἑρμογένης ἐγένετο, γένει μὲν ἐκ Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας, υἱὸς Καλλίππου, νεώτερος σφόδρα ταύτην τὴν τέχνην συνθείς. λέγεται γὰρ ὀκτωκαιδεκαέτης προσελθὼν Ἀδριανῷ τῷ βασιλεῖ λέγων· ἥκω σοι, βασιλεῦ, ῥήτωρ παιδαγωγούμενος &c. ut apud Philostratum in Hermogenis Vita, qui M. Aur. Antoninum pro Adriano ponit.

In prima Hermogenis verba Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων &c., si codici huic stare velimus, initium Commentarii est: Ὁ Πλάτων οὐκ ἀνέχεται τὴν ῥητορικὴν τέχνην εἶναι &c.

Inter scriptores qui allati sunt, pag. 107. t. est Πορφύριος ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ Μινουκιανοῦ: p. 110. t. οἱ περὶ Ἑρμαγόραν, cui definitio rhetoricæ tribuitur hæc, δύναμις τοῦ εὖ λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα: pag. 111. t. Λολλιανὸς δὲ κάλλιστον ὅρον τοῦτον ῥητορικῆς τίθησι· δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ, τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν. Atqui definitionem iisdem conceptam verbis tanquam Dionysii Halicarnassei obiicit Prolegomenon Coislinianum in Hermogenem apud Fabricium l. c.

SCHOLIA in loca quædam Hermogenis de Inventione inscripta Σχόλια εἰς μέρη τινὰ τοῦ περὶ εὑρέσεων Ἑρμογένους, ἐκ πολλῶν φιλοπόνως συνειλεγμένα. Inc. Ἰστέον ὅτι τὸ προοίμιον κατὰ μὲν τοὺς Ἀπολλοδωρείους τὴν πρώτην τάξιν τοῦ λόγου ἐπέχει &c.

Horum quædam ad litteram exstant inter Anonymi Scholia ab Aldo an. 1509. edita, pag. 212. & alibi. Alia tamen sylloge est, neque auctorem Christianum, secus atque Aldina, ullibi prodit. Inter Scriptores qui afferuntur sunt

Ale-

Alexander Numenii fil., Apsines *ἐν τῇ περὶ τῶν μερῶν τοῦ λόγου τοῦ πολιτικοῦ τέχνῃ*, & Sophocles *ἐν Παντώρᾳ* eodem testimonio, quo apud Pollucem Lib. X. segm. 44.

Syriani Expositio in Hermogenem de Formis Orationis. Tit. *Συριανοῦ σοφιστοῦ εἰς τὸ περὶ ἰδεῶν Ἑρμογένους ἐξήγησις.*

Integrum opus in codicibus Regiis Parisiensibus 1983. & 2916. aliisque descriptum, typis nunquam prodiit: at ex eo complura quoad sententiam, non pauca etiam quoad verba, Syriani nomine suppresso, anonymus quidam Christianus in commentarium suum transtulit, quem cum aliis in Hermogenem Aldus an. 1509. impressit. Procemium huiusmodi adest, luce nequaquam indignum.

Ἅπαντα μὲν σχεδὸν ὅσα γε εἰς ἡμᾶς ἥκει τοῦ τεχνογράφου Ἑρμογένους συγγράμματα θαυμαστά τε καὶ πολιτικῆς ἀνάμεστα φρονήσεως ὑπάρχει· φημὶ δὲ τὸ περὶ τῶν στάσεων αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ δὴ πολλοί τε καὶ ἄλλοι σοφιστῶν τε καὶ τῶν Πλατωνικῶν φιλοσόφων ὑπομνηματίζειν οὐκ ἀπηξίωσαν· τό, τε περὶ μεθόδου δεινότητος, καὶ τὰ εἰς τοὺς δημοσίους ὑπομνήματα, ὧν καὶ αὐτὸς ποιεῖται μνήμην. διαφερόντως δὲ τῶν ἄλλων τὸ περὶ τῶν ἰδεῶν αὐτοῦ σύγγραμμα θαυμάζειν ἄξιον, ὡς ἄριστόν τε καὶ τεχνικώτατον, καὶ τῆς τελειοτάτης καὶ κριτικῆς περὶ λόγους ἕξεως οὐδαμῶς ἄμοιρον. ἐπειδὴ τοίνυν πολλὰ τῶν ἐν αὐτῷ κειμένων οὐ πάνυ ῥᾳδίως συμβαλλεῖν· οὐδενὶ δὲ μέχρι καὶ τήμερον εἰς αὐτὸ ὑπόμνημα γεγραφότι περιτετύχαμεν, ἀναγκαῖον ᾠήθην, ὦ φίλτατέ μοι τῶν ἐκγόνων Ἀλέξανδρε, βραχέα τινὰ πρὸς τὴν ἀκριβεστέραν ἀνάγνωσιν τοῦ βιβλίου συμβαλλόμενα κατά γε τὴν ἐμὴν συνθεῖναι δύναμιν. εἰ δέ τις καὶ βελτίω τούτων ἐπεισάγειν δυνηθείη λυσιτελοῦντα πρὸς τὸ προκείμενον, χάριν αὐτῷ παμπόλλην εἰσόμεθα, τὸν κοινὸν Ἑρμῆν ἔργοις, οὐ λόγοις ἡμῖν ἐπιδεικνύοντι. ἀλλὰ γὰρ προσευξάμενοι τοῖς λογίοις θεοῖς ἀγαθὸν ἡμῖν καὶ τοῖς δε τοῖς πόνοις ἐπινεῦσαι τὸ πέρας, ἔργου ἐχώμεθα.

Commentarius in prima Hermogenis verba *Εἴπερ ἄλλῳ τῷ ῥή-*

ρήτορες &c. Inc. Τὸ *χρήσιμον τοῦ βιβλίου εὐθὺς ἐκ προοιμίων ἐμφαίνει* &c. Deficit vero codex in fine.

Præterquam quod Syriani textus ad veterum loca, quæ allata sunt, emendanda egregie prodest, alia etiam ab anonymo compilationis Aldinæ auctore omissa suggerit; alia mutile atque corrupte ab eo relata, integra atque sincera exhibet. Sic p. 377. lin. 5. edit. Dionysii Halicarnassei liber de Imitatione hisce verbis affertur Διονύσιος *μὲν τὴν μίμησιν οὕτως ὁρίζεται*: at in MS. Διονύσιος *μὲν ἐν τῷ ά περὶ μιμήσεως ὁρίζεται τὴν μίμησιν οὕτως*. Pag. eadem, ubi de naturæ voluntatisve vi ad rhetoricam assequendam, hic Dionysii Halicarnassei locus, necdum vulgatus, prætermissus est: Καὶ Διονύσιος *πρὸς τῷ τέλει τοῦ ά βιβλίου τῶν περὶ μιμήσεως, περὶ προαιρέσεώς τε καὶ δυνάμεως τῆς περὶ λόγου διεξιὼν ἔφη· τῆς μὲν δυνάμεως τὴν κυριωτάτην εἶναι μοῖραν ἐν τῇ φύσει, ἣν οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν οἵαν ἀξιοῦμεν ἔχειν· τῆς δὲ προαιρέσεως οὐδὲν μέρος ἐστὶν ὃ μὴ τὴν ἐξουσίαν ἡμεῖς ἔχομεν*. Pag. 378. lin. 24. edit. est: *ὥς φησιν ὁ* Διονύσιος *ἐν τῷ περὶ μιμήσεως, χαρακτήρων καὶ συνθέσεως ὀνομάτων*, tribus in unum operibus confusis, ut Harlesius recte animadvertit ad Bibl. Gr. Fabricii Tom. IV. p. 399; at in MS. *ὥς φησιν ὁ* Διονύσιος *ἐν τῷ περὶ μιμήσεως δευτέρῳ*. Pag. 381. l. 32. edit. *ὁ δὲ ῥυθμός ἐστιν, ὥς φασιν* Ἀριστόξενος *καὶ* Ἡφαιστίων, *χρόνων τάξις*: MS. *ῥυθμὸς δέ ἐστι χρόνος διῃρημένος ὑπὸ λέξεως, ἢ μέλους, ἢ κινήσεως, κατά τινα τάξιν ὡρισμένην λόγῳ· ὡς δὲ* Ἀριστόξενος *καὶ* Ἡφαιστίων *φασὶ, χρόνων τάξις*.

Catalogus Vocum, instar Lexici, intermixtus hoc titulo est Λέξεις *κατὰ στοιχεῖον πάσης δίκης κατὰ τοὺς νόμους τῶν* Ἀθηναίων, *καὶ ἄλλαι κοιναὶ καταχρηστικῶς κείμεναι*. Inc. Ἀποπομπαῖα. *ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ ποτήρια, ἃ ἐπέμπετο εἰς τὰς ἑορτάς*. Huius, in codice Coisliniano inscripti Δικῶν Ὀνόματα *κατὰ ἀλφάβητον*, specimen dedit Montfauconius pag. 488; quod Mar-

Marciani codicis ope emendare licet ad vocem Ὀργεῶνες, ubi pro *ὡς Χάρης λέγει ἐν τῷ κατὰ Διονυσίου*, legendum *ὡς Χαρίσιος* &c.

Pag. 59. Carmen elegiacum exstat de Mensibus Romanorum, ex Anthologia inter Analecta a Brunkio repraesentatum T. II. p. 519.

Cod. CCCCXXXIV. membran. in fol. maiori ex parte Saec. XIII, ex minori Saec. XV. — P.

LUCIANI omnia insunt, praeterquam Halcyon, Nero, Philopatris, & Epigrammata. Textus scripturae antiquioris convenit cum codice Parisiensi num. 1294, cuius varias lectiones D. Belinus de Ballu protulit an. 1789. post Gallicam Luciani interpretationem a se factam; editor autem Bipontinus & ipse repraesentavit. Quae manu saeculi XV. accessere hiatus non paucos habent, ac lectionem codicis Wittiani servant, in editione Hemsterhuisii denotatam. Scholia adscripta sunt, vel ex codice Vossiano, vel ex Parisiensi vulgata.

Cod. CCCCXXXV. membran. in fol. Saec. XV. — V.

LUCIANI Opera de codice superiore, Bessarionis Cardinalis iussu, anno 1471. mense Iunio, Romae, manu Cosmae Hieromonachi, in hoc scripta sunt: cuius rei monumento haec in fine accedunt *Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος μεταγραφεῖ-*

σα

σα παρ' ἐμοῦ Κοσμᾶ ἀναξίου ἱερομονάχου, διὰ προστάγματος τοῦ δεσπότου καὶ κυρίου μου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Βησσαρίωνος, ἐνταῦθα τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ μεγαλοπόλει, μηνὶ Ἰουνίῳ κβ΄, τῷ χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ πρώτῳ ἔτει τρέχοντι ἀπὸ τῆς τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ συγκαταβάσεως.

Ad Cod. CCCCXXXVI. chartac. in 4. Sæc. XIV. — V.

LUCIANI Dialogi plures continentur, eorumque textus apprime respondet codici Parisiensi n.° 3011, ex quo varias lectiones Belinus de Ballu vulgavit. Scholia Vossiana accedunt, ac alia quoque, parvi tamen momenti.

In SYNESII Epistolis duabus & quadraginta supra centum, nondum accurate recensitis, loca nonnulla codicis huius ope, itidemque alterius Marciani n.° DV notati, ad optimam lectionem adduci possunt. Sic in epistola sexta ad Anysium, ubi editio Petavii habet σμικρὸν ἀργύριον, καὶ μὴ ἀποδιδομένοις, codices hi habent σμικρὸν ἀργυρίδιον, καὶ μὴ ἀποδομένοις.

Ad Cod. CCCCXXXVII. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

LIBANII Orationes sex, asterisco in Indice impresso notatas, ex hoc ipso codice Antonius Bongiovannius edidit Venetiis an. 1755, ea quæ adversus Eustathium est decem-

que aliis ex codice tunc Cœnobii SS. Ioannis & Pauli; nunc Marciano, adiectis. Aliæ, quæ mutilæ in editionibus Morellii & Fabricii prodierant, integræ sunt in codice hoc aliisque Marcianis, quemadmodum in editione Reiskiana, Altenburgi anno 1791. & sequentibus facta. At vero Reiskius, qui Orationes illas aliquanto emendatiores reddidit, in editione eadem denuo prolatas, asperrimum de Bongiovannii opera iudicium hoc pro more suo tulerat: „ Magnam sine „ controversia gratiam ab eruditis iniit Bongiovannius tot „ egregiis monumentis a situ & interitu vindicandis; sed i- „ pse suæ temeritati haud magnam debet, quæ ipsi, ut La- „ tinum interpretem ageret, & subitarias aliquot annota- „ tiunculas, ieiunas, ineptas, vel tirone indignas adiiceret, „ suasit; quem tamen nosse oportebat, Libanium sibi inter- „ pretem postulare, qui Henrico Valesio non multum con- „ cedat ". (*De Originibus Arabicis aliquot Vocabulor. inter Acta Societ. Latin. Ienens. T. IV. p.* 156).

Cod. CCCCXLI. membran. in 4. Sæc. XV. — V.

Libanii Epistolæ CCCCLXXXI.

Nulla in codice hoc aliisve Marcianis exstat, quæ in editione Amstelodamensi an. 1738, a Io. Christophoro Wolfio curata, non prodierit. Si qua inedita ex inscriptione aut initio videtur, falso indicio id fieri cognovi. Codices Marcianos denotat in præfatione Wolfius, sumpta eorum notitia ex Apparatu Friderici Rostgaardi Dani pro nova Libanii editione; varias tamen lectiones nullibi affert; neque tamen eas post Wolfii editionem afferre pretium operæ est.

Ad

Ad Cod. CCCCXLII. chartac. in 12. Sæc. XIV. — V.

Declamatio, cui titulus: *Mulier in veneficio deprehensa non poterat comburi: alia mulier eam comburere promiserat: hanc quoque Adrianus Rhetor comburendam censuit;* quæ in Indice impresso Libanio adscripta est, Excerptis Adriani tantummodo constat, cum variorum Sophistarum aliis ab Allatio an. 1641. Romæ editis.

Aristidis Monodia de Smyrna terræ motu subversa pag. 84. absque titulo exstat.

Utrumque Villoisonius animadvertit Anecdot. Tom. II. pag. 254.

Cod. CCCCXLIV. chartac. in 8. Sæc. XV. — V.

Progymnasmata Anonymi initio sunt, ad instar Aphthonii conscripta. Procemium inc. Τὰ τοῦ Ἀφθονίου προγυμνάσματα μικρὰ μέν ἐστιν, ὡς ῥητορικὴ &c. Primum inc. Μῦθός ἐστι λόγος ψευδὴς εἰκονίζων ἀλήθειαν &c. Paradigmata respondent, ab Aphthonianis plane diversa, quorum primum inc. Μῦθος. Λύκος οὐδὲ πάρεργον ὄνῳ &c. Sequioris ætatis opera sunt.

Rhetoricae Libri tres quos ab auctore sæc. XV. profectos autographa scriptio demonstrat, neque vero magna eos commendat utilitas. Primus περὶ στάσεων καὶ ὁρίσεως, inc.

Τῇ ῥητορικῇ πρῶτος ἐν Σικελίᾳ ὁ Συῤῥακούσιος Κόραξ ἐχρήσατο &c. Secundus *περὶ ἰδεῶν*, inc. *Ὥσπερ τῆς ῥητορικῆς τρία εἰσὶν εἴδη* &c. Tertius *περὶ μεθόδου δεινότητος*, inc. *Τοῦτο τὸ βιβλίον δοκεῖ μὲν* &c.

Dionysii Halicarnassei Operis de Compositione Nominum Epitome.

Eratosthenis Catasterismorum Excerpta.

Omni titulo carent, atque adeo auctoribus Indicis impressi fraudem fecere: spectant vero ad Capita in editionibus Felli & Galei hisce numeris notata: 38. 39. 40. 41. 42. 33. 20. 21. 22. 24. 25. 5. 6. 8. Licet fragmenta hæc sint, eaque identidem librarii vitio corrupta, haud tamen floccifacienda; cum opellæ totius exemplaria manuscripta rarissima sint, neque Io. Conrado Schaubachio & Chr. Gottliebo Heynio pro editione Gottingensi an. 1795. ullum adfuerit. Vel post illam suum stat hisce fragmentis pretium, quod emendationes a viris iis eruditissimis factas nonnunquam firment, alias inducant, ac textum qualem Hyginus in Poetico Astronomico & Auctor Commentarii in Aratea Phænomena Germanici Cæsaris fere ad verbum reddiderant, nunc primum passim exhibeant. Exemplum in tribus hisce Capitibus esto, quæ prout se in codice omnino habent profero.

Cap. V. *περὶ τοῦ Στεφάνου*

Οὗτος λέγεται ὁ τῆς Ἀριάδνης. Διόνυσος δὲ αὐτὸν εἰς τὰ ἄστρα ἔθηκεν, ὅτε τοὺς γάμους οἱ θεοὶ ἐν τῇ καλουμένῃ Ἴδῃ ἐποίησαν, αὐτοῖς βουλόμενος ἐπιφανὴς γενέσθαι, ᾧ πρῶτον ἡ νύμφη ἐστεφανώσατο παρ᾽ Ὡρῶν λαβοῦσα καὶ Ἀφροδίτης. ὃ, τε τὰ Κρητικὰ γεγραφὼς λέγει, ὅτε ἦλθε Διόνυσος πρὸς Μίνωα, φθεῖραι βουλόμενος αὐτὴν, δῶρον αὐτῇ τοῦτο δεδωκέναι, ᾧ ἠπατήθη ἡ Ἀριάδνη. Ἡφαίστου δὲ ἔργον εἶναί φησι ἐκ χρυσοῦ πυρώδους καὶ λίθων Ἰνδικῶν. ἱστορεῖται δὲ διὰ τούτου καὶ τὸν Θησέα σεσῶσθαι ἐκ

ἐκ σε λαβυρίνθυ, ποιῦντος τῦ στεφάνυ φέγγος· ἐν δὲ τοῖς ἄστροις ὕστερον αὐτὸν τεθηκέναι, ὅτε εἰς Νάξον ἦλθον ἀμφότεροι. σημεῖον τῆς αἱρέσεως συνεδόκει δὲ καὶ τοῖς θεοῖς. φασὶ καὶ τὸν πλόκαμον τῆς Ἀριάδνης εἶναι τὸν φαινόμενον ὑπὸ τὴν κέρκον τῦ λέοντος.

Cap. VI. περὶ τῦ Ὀφιύχυ

Οὗτός ἐστιν ὁ ἐπὶ τῦ σκορπίυ συνεστηκώς, ἔχων ἐν ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ὄφιν. λέγεται δὲ εἶναι Ἀσκληπιὸς ὑπό τινων ἀστρολόγων, ὃν ὁ Ζεὺς χαριζόμενος Ἀπόλλωνι διὰ τὴν κεραυνοβολίαν δοκεῖ αὐτῷ τιμὴν ἀπονεῖμαι ταύτην· ἐν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὢν τῇ τέχνῃ ἰατρικῇ χρώμενος, τὺς ἤδη τεθνηκότας ἤγειρεν· ὀργισθέντα δὲ κεραυνοβολῆσαι τὴν οἰκίαν αὐτῦ. τῦτον δὲ εἰς τὰ ἄστρα ἀνάγει διὰ τὸν Ἀπόλλωνα.

Cap. VIII. περὶ τῦ Βοώτυ καὶ τῦ Ἀρκτοφύλακος

Περὶ τύτυ λέγεται, ὅτι Ἀρκάς ἐστιν ὁ Καλλιστῦς καὶ Διὸς γεγονώς. ᾤκησε δὲ περὶ τὸ Λυκαῖον, φθάραντος αὐτὴν Διός, ὃ προσποιησάμενος ὁ Λυκάων, τὸν Δία ἐξένισεν, ὥς φησι Ἡσίοδος, καὶ τὸ βρέφος κατακόψας παρέθηκεν ἐπὶ τὴν τράπεζαν. ὅθεν ἐκείνην μὲν ἀνέτρεψη, ἀφ' ὗ ἡ Τραπεζῦς καλεῖται πόλις. τὴν δὲ οἰκίαν ἐκεραύνωσε. τὸν δὲ Λυκάονα ἀπεθηρίωσε, καὶ αὐτὸν λύκον ἐποίησε. τὸν δὲ Ἄρκαδα πάλιν ἀναπλάσας ἔθηκεν ἄρτιον, καὶ ἐτράφη παρ' αἰπόλυ. νεανίσκος δ' ὢν ἤδη δοκεῖ καταδραμεῖν εἰς τὸ Λυκαῖον, καὶ ἀγνοήσας τὴν μητέρα γῆμαι. οἱ δὲ κατοικῦντες τὸν τόπον ἀμφοτέρυς κατὰ νόμον θύειν ἔμελλον. ὁ δὲ Ζεὺς διελόμενος αὐτὺς διὰ τὴν συγγένειαν, εἰς τὰ ἄστρα ἀνήγαγεν.

Confirmat codex hic Ludovici Casparis Valckenarii, viri summi, sententiam, sic ab eo in scriptis relictam: „ Eratosthenis libellus, mea saltem opinione, tantum libri maioris est epitome. In eius constellationibus multo plura legerunt Scholiastes in Aratea Germanici, quique dicitur Hyginus " (*Magasin Encyclopedique An. V. T. I. p.* 391).

HARPOCRATIONIS Lexicon, quod ultra litteram Y non procedit. Eadem lectione est codicis Laurentiani a Iacobo Gronovio cum laude adhibiti. At interpolationes multæ factæ in codice hoc sunt, quæ in Polluce, Phrynico, Suida, Mœride, Thoma Magistro, Etymologico Magno, aliisque lexicographis præcipuis vel omnino desunt, vel aliis verbis se habent. Exempla nonnulla subiicio.

Ἀλεκτρυὼν ἐπὶ θήλεως καὶ ἄρρενος λέγεται. καὶ Μένανδρος· τὴν ἀλεκτρυόνα μοι δὸς ὤχετο· ἔστι δὲ παρὰ ποιηταῖς καὶ ἀλεκτορὶς ὄνομα.

Ἀμβλυώττειν, Ἀττικῶς τὸ μὴ σφόδρα ὁρᾷν. γράφεται δὲ κοινῶς ἀμβλυώπειν, ὡς Μένανδρος· ἀμβλυωπούντων ἀνδρῶν.

Ἀντικρὺς, ἀντὶ τοῦ φανερῶς. Δημοσθένης· καὶ ἄντικρυς ἦν τοῖς ὁμοφίλοις ἐχθρός· παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ χωρὶς τοῦ σ τοπικόν ἐστι.

Βαλανεῖον, μέρος τι τοῦ λουτροῦ ἵνα τὸ πῦρ ἅπτεται. ὠνόμαστο δ' οὕτως διὰ τὸ τὰ τῶν βαλάνων κελύφη καίειν, ὡς εἶναι τὸν ἀέρα τοῖς σώμασι τῶν ἀνθρώπων ὠφελοῦντα. ἀπὸ μέρους δὲ ἐκλήθη καὶ τὸ πᾶν βαλανεῖον, ὥσπερ καὶ ἑστία ἀπὸ μέρους τῆς οἰκίας ἔνθα τὸ πῦρ ἅπτεται.

Γαλεώτης, ζῶόν ἐστι. καὶ τινὲς μὲν φασιν ἐν τοῖς ὄφεσιν εἶναι, τινὲς δὲ τὸν μῦν οὕτως ὀνομάζουσι. καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς μάρτυς Αἰλιανὸς λέγει· τὸ γῆρας ὁ γαλεώτης φθονῶν, ὡς τοῖς ἐπιληπτικοῖς χρήσιμον, ἀποκρύπτει. γῆρας ἂν εἰπὼν, ἔοικε κατὰ τοὺς ὄφεις εἶναι τὸ ζῶον· ἐπὶ γὰρ τούτων φαμὲν γῆρας τὴν λεβηρίδα. τοῦ δ' ἀτέρου μάρτυς Ἀριστοφάνης.

PINDARI Olympia & pars Pythiorum, cum Scholiis THOMAE MAGISTRI & MANUELIS MOSCHOPULI. Textus varias lectiones enotatione dignas non præbet. Scholia non ultra mediam Odem IX. Olympiorum procedunt: quæ vero *Manuelis Moschopuli* sunt crucem adpictam habent, atque adeo ab aliis *Thomæ Magistri* ea secernere licet. At utraque, paucis

cis exceptis, inter Scholia *νωτέρων*, Demetrio Triclinio in editionibus adscripta, exstant.

Michaelis Syncelli Tractatus de Constructione Orationis. Tit. *Μιχαὴλ πρεσβυτέρου καὶ συγκέλλου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῶν Ἱεροσολύμων μέθοδος περὶ τῆς τοῦ λόγου συντάξεως, σχεδιασθεῖσα ἐν Ἐδέσσῃ τῆς Μεσοποταμίας, αἰτήσει Λαζάρου διακόνου φιλοσόφου καὶ λογοθέτου.* Inc. *Ἐπειδὴ δὲ περὶ λόγου προθέμεθα* &c. Liber imperfectus desinit pag. 288. editionis Venetæ an. 1745. in qua Alexandri Maurocordati Grammaticæ, ad codicis manuscripti textum, adiectus est; indicio in præfatione ab eo qui edidit facto de impressione alia, in qua Georgio Lecapeno idem tributus est; Florentina nimirum an. 1526, qua cum Theodori Gazæ Grammatica aliisque aliorum prodiit. Deest vero in codice, itidemque in editione Veneta proœmium, quod in Florentina adest, & inc. *Ἡ περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου διδασκαλία ποικίλη τε καὶ βαθεῖα καθέστηκε* &c.

Maximi Planudis de Verbis transitivis & intransitivis. Inc. *Τῶν ῥημάτων τὰ μὲν οὐδαμῇ* &c.

Thomae Magistri Eclogæ Dictionum Atticarum. Absque titulo, quæ ad nomina verba & adverbia pertinent seorsim ordine alphabetico distributa sunt; veterum scriptorum testimoniis, quæ auctor afferre solet, ac dictionibus etiam integris identidem prætermissis.

Eiusdem Eclogæ eædem a littera *μ* ad finem, ab alio codice sumptæ accedunt, ordine antiquarum editionum servato, iuxta lectionem præsertim codicis Leidensis primi & Burmanniani, a Francisco Oudendorpio excerptam, & in editione Io. Stephani Bernard commonstratam.

Ad Cod. CCCCXLV. chartac. in 8. Sæc. XV. — P.

NICEPHORI GREGORAE Epistolæ, in Indice impresso singillatim denotatæ, ineditæ sunt fere omnes, varia eruditione conspersæ, ac sententiarum proverbiorumque flosculis exornatæ, dictione licet ineleganti. Eas cum Gregoræ Orationibus Reiskius sibi comparaverat (*Vita Reiskii p.* 172).

LUCIANI Dialogi quatuor Iupiter tragœdus, Iupiter confutatus, Somnium, & Icaromenippus, lectionem servant codicis Parisiensis N. 2955, cuius exempla Belinus de Ballu protulit in editione ad codicem CCCCXXXIV. allata. Scholia accedunt ex codice Vossiano vulgata.

NICEPHORI BLEMMIDAE Institutio Imperatoris, opusculum exemplis historiæ tum profanæ, tum sacræ refertum, genuinam auctoris scriptionem servat, non Georgii Galesiotæ & Georgii OEnotæ metaphrasim in codice DV descriptam.

Cod. CCCCXLVII. membran. in fol. Sæc. circ. X. — P.

ATHENAEI Dipnosophistarum Libri XIII.

NIHIL est ex epitome libri primi secundi ac tertii ad initium: textus autem a libro tertio post initium ad finem, ut in editionibus exstat. Fragmentum etiam insigne inest ex codice Farnesiano a Mureto sumptum, & a Guillelmo Cantero in Novis Lectionibus Lib. III. Cap. II. editum; quod cum eadem propemodum lectione utrobique sit, id codicem Mar-

Marcianum potius cum Farnesiano ipso, quam cum aliis, facere indicium præbet. Muretus idem hunc se contulisse forte innuit, dum scribit Variar. Lect. Lib. XVIII. Cap. 2. *Diligenter Venetiis primum, deinde Romæ, totum Athenæum cum libris veteribus contuli.* Paullo Manutio anno 1553, quo Muretus Venetiis degebat, eius copiam factam fuisse, ex bibliothecæ tabulis constat; ex quibus etiam Ioanni Bernardo Feliciano an. 1546. mutuo concessus apparet. Hermenesianactis Elegia Libro XIII. quomodo in hoc se habeat, Ioannis Petri Blessingii Ulmensis opera, Ruhnkenius V. C. novit, ac Elegiam ipsam in fine Epistolæ secundæ, post Homeri Hymnum in Cererem, an. 1782. Lugduni Batavorum impressum, denuo proferens declaravit. Etsi vero vitiosis lectionibus scateat codex, ad textum tamen Casauboni emendandum persæpe prodest. Exemplum occurrit Lib. III. Cap. 2. pag. 74. lin. B. 8. edit. ubi pro Δίφιλος δέ φησιν ὁ Καρύστιος τὸν σικυὸν ἐν πρώτοις λαμβανόμενον ἐνοχλεῖν, Codex habet Διοκλῆς δ' ὁ Καρύστιος τὸν σικυόν φησι μετὰ σίων ἐν πρώτοις λαμβανόμενον ἐνοχλεῖν. Hinc Diphilus Carystius de re medica scriptor ex unius Athenæi auctoritate habitus evanescit, eiusque loco Diocles itidem Carystius, pervulgatus auctor, restituendus. Novam Athenæi editionem a Beckio V. C. expectamus; quam qui eximiam eius litterarum Græcarum peritiam, eruditionem copiosam, & criticum ingenium norunt, luculentissimam esse futuram pro certo habent. Non levi autem adiumento ad scriptoris uberrimi ac præstantissimi textum constituendum utique esset liber in Catalogo bibliothecæ Simonis Emtinck Toparchæ in Noordwykerhout, pro venditione Amstelodami an. 1753. impresso, relatus (*P. IV. p. 36. n. 348*): *Athenæi Dipnosophistarum Libri XV. Græce, Basileæ* 1535. *in folio. In hoc codice Angeli Caninii castigationes notantur ex libro Mariani Sabelli Episcopi Eugubini: reliquæ castigationes quæ in margine*

gine mss. occurrunt, ex codicibus mss. altero quidem Vaticano, altero vero ex Farnesiana bibliotheca, exscripta a M. Antonio Mureto.

Cod. CCCCXLVIII. chartac. in fol. *Sæc. XIV.* — V.

Suidae Lexicon.

Auctor Σῦδας in codicibus Marcianis omnibus appellatur. Interpolationes editionis Aldinæ plerumque desunt; quemadmodum etiam in codicibus Parisiensibus a Kustero allatis esse constat. Ceterum codex, etsi alicubi mutilus, inter meliores qui supersunt locum tenet. Operis locupletissimi emendationem potius ab ingeniis criticis, quam a codicibus manuscriptis, expectandam esse, præsertim Kusteri, Alberti, Toupii, Schweighæuserii commentationes suadent.

Cod. CCCCXLIX. chartac. in fol. *Sæc. XV.* — V.

Suidae Lexicon.

Opus brevius etiam est, quam in codice superiore, & in editione Mediolanensi anni 1499. cuius rei exemplum initio præbet articulus Ἀββᾶ ὁ πατὴρ omnino prætermissus. Interpolationes non desunt, una præsertim in articulo Ἀδάμ, quo loco epocharum series in Ioanne Tzimisca Imp. desinere solet; in codice siquidem ad Ioannem Palæologum Secundum Imp. ita perducitur Ἀπὸ δὲ Μιχαὴλ ἕως Ῥωμανῦ ὑῦ Κωνσαντίνυ τῦ Πορφυρογεννήτυ. (sic) καὶ ἕως Ἰωάννυ Παλαιολόγυ, τῦ τῆς σειρᾶς τῦ γένυς ζ', ἔτη φξζ', ὁμῦ

ἔτη

ἔτη ,ϛϡμβ′. *A Michaele ad Romanum Constantini Porphyrogeniti filium . . . . & ad Ioannem Palæologum, septimum in serie generis sui, anni 567: in summa anni 6942.* (Æ. V. 1438). Licet mutilus locus sit, & supputatio obscura; id tamen efficitur, annum scriptionis a librario quodam insertum in codices alios migrasse. Additamentum idem erat in Suidæ exemplari Collegii Claromontani Societatis Iesu, sæculo circiter XVI. exarato, quem obiicit Catalogus Codicum MSS. illius bibliothecæ ann. 1764. Parisiis impressus (*p.* 115).

Cod. CCCCL. membran. in fol. Sæc. XII. — V.

Photii Bibliotheca.

Huius codicis exemplar sæculo XVI. sumptum, in bibliotheca Vaticana servatum, Davidi Hoeschelio usui fuit in editione operis Augustana anni 1601: quod ipse in admonitione annotationibus præfixa declarat pag. 919. Lectiones Vaticanæ passim allatæ rem plane confirmant. Attamen vel exemplar illud accurate sumptum non est, vel rectam & integram eiusdem collationem Hoeschelius non habuit. Sane codex Marcianus ad medietatem circiter usque, præter Vaticanas, lectiones omnes habet apographi Henrici Stephani, de quo Hoeschelius l. c. scribit: *Paulus Henrici Stephani τοῦ μακαρίου F. illud myriobiblum, ut aliquibus appellare placuit, magnam partem manu parentis scriptum, ad antiquius notæ optimæ exemplar itidem comparatum, lectissimi affinis sui Isaaci Casauboni hortatu, mecum communicavit.* Antiquioris autem illius codicis lectiones in sequenti sunt, itidem

ad

ad medium circiter opus; ut proinde apographum Stephani, qui bibliothecam nostram anno 1555. lustravit, magna ex parte ab utroque Marciano codice fluxisse appareat. Mutilus hic est a pag. 973. lin. 38. ad pag. 992. lin. 30. & a pag. 1573. lin. 7. ad finem, editionis Rothomagensis ann. 1653. Scholion de Iamblico Babylonicorum scriptore inest, quod, uti videtur, ex codice proxime sequenti, quem consulere modo nequeo, descriptum, Hoeschelius in annotationibus edidit (*p. 937*); Chardonius autem la Rochette Tom. III. p. 364. operis inscripti *Magasin Encyclopedique*, ann. 1797. Parisiis impressi, denuo protulit, atque selecta eruditione illustravit.

Pag. 1. & 5. scriptum est Σκυταριώτου Λευίτου Θεοδώρου: fuit nimirum saec. XIV Theodori Scutariotae Levitae Cyziceni, qui, Montfauconio teste (*Palaeograph. p.* 76. 326), etiam Nicetae Choniatae Panopliam dogmaticam in codice olim Regio Parisiensi scriptam possedit.

Cod. CCCCLI. membran. in fol. Saec. XIII. — P.

PHOTII Bibliotheca.

Varias lectiones de hoc ipso codice derivatas Hoeschelius affert ex Henrici Stephani manu, notatas *H. St.* 2; eas tamen ad medium circiter opus tantummodo sumptas. Ex eodem, a loco quo codicem superiorem abrumpi denotavi, ad finem, omnia operis exemplaria ab Hoeschelio adhibita manasse videntur; lacunae siquidem in editione eius obviae locis vel usu detritis, vel pluvia corruptis, omnino respondent. Neque tamen Hoeschelii textus recte semper ad codicis

dicis fidem se habet. Specimen sumere licet ex Helladii Bosantinoi Chrestomathiæ Excerptis, Cod. CCLXXIX; in quibus, præter lectiones a Meursio ex manuscripto allatas, aliasque fere omnes ex ingenio adiectas, hæ sunt.

	Edit. Rothomag. 1653.	*MS.*
Pag. 1580. l. 34.	τὰ εἰς μονοσύλλαβα	τὰ εἰς ει μονοσύλλαβα
——— l. 35.	οἷον φεῖ	οἷον εἰ φεῖ
——— l. 58.	νέκηρός τις ὢν	νέκηρός τις ὢν, καὶ νεκηρὸς
—— 1581. l. 11.	χρόνος	ὁ χρόνος
——— l. 43.	μαῖαν	καὶ μαῖαν
—— 1584. l. 7.	τελήματος	τολμήματος
—— 1586. l. 58.	βακάρος	βάκκαρος
—— 1593. l. 13.	ὃν	ὃν καὶ
——— l. 51.	αἰτίαν γε	αἰτίαν δὲ
—— 1596. l. 54.	Ἀθῆναι, ὁ δὲ Αἰγύπτος, ὁ δὲ προτρεπτικὸς, ὁ δὲ φήμη.	Ἀθῆναι, ὁ δὲ Νεῖλος, ὁ δὲ Αἰγύπτιος, ὁ δὲ προτρεπτικὸς, ὁ δὲ ῥώμη, ὁ δὲ φήμη.

Aristidis Orationum, de quibus Photius Codd. CCXLVI. CCXLVII. & CCXLVIII, fragmenta multa in margine manu sæc. XIV. adscripta sunt.

Pag. 4. t. post Indicem annotatio huiuscemodi manu sæc. XIII. exstat Βιβλίον ὁ ἀπογραφὴ παρατήρησις τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς περιβλέπτου, ἣν ἐν μέσῳ τῇ περιφανεῖ πόλει Θεσσαλονίκῃ ὁ περιφανὴς τῷ ὄντι καὶ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν ἐξ αὐτῶν κρηπίδων ἐδείματο Ἰσαάκ. *Liber, qui & apographum, servatus in venerando monasterio sanctissimæ Deiparæ spectatissimæ, quod in media celebri urbe Thessalonica vere inclytus & sanctus pater noster Isaac ab ipsis fundamentis exstruxit.*

Hu-

Huius aut superioris codicis apographum, pro editione, quam moliebatur, sibi comparaverat Ioannes Sambucus; siquidem ad Petrum Victorium scribebat: *De Bibliotheca Photii edenda consilium nostrum antea nosti; sed codice Marciano tantum utor: utinam vos isthic vetustius habeatis* (*Epistol. Varior. ad P. Victor. T. II. p.* 112.).

Cod. CCCCLII. chartac. in 4.
Saec. XV. — V.

MACARII CHRYSOCEPHALI Ῥοδωνιά, Rosarium, seu Florilegium ex variis Scriptoribus.

CONSPECTUM operis totius enucleate dedit Villoisonius in Anecdotis T. II. p. 4. & seq. Incipit a Precatione ad Deum Θεὲ πατέρων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σου &c.

Auctores & Opera, quorum Excerpta ad litteram continentur, sunt: *Synesius Cyrenaeus*, *Dio Chrysostomus*, *Plutarchus*, cuius fragmenta pro Wyttenbachii editione non sine fructu expensa fuere, *Aristides*, *Herodianus*, *Aeschines*, *Lucianus*, *Demosthenes*, *Libanius*, etiam quoad inedita, fragmentis ex Declamatione pro Socrate a me, cum integram eam ederem, iam delibatis, aliisque ex Declamatione alia; quae in Luciani Abdicato obvia opellam hanc Libanio adiudicandam esse editori Luciani Bipontino indicium dedere T. X. p. 268. tum *Photius* in epistola ad Georgium Metropolitam Nicomediensem de Choricio, *Choricius*, etiam quoad inedita; *Herodotus*, *Xenophon*, *Stobaeus* in Florilegio centum ac viginti Capitibus distincto, scriptorum nominibus sententiisque aliter, ac nonnunquam emendatius, quam in textu vul-

vulgato, positis, *Proverbiorum* Sylloge e *Zenobio* præsertim, *Diogeniano* & *Suida* sumpta, brevioribus ut plurimum articulis, interdum autem fusioribus, ac variis lectionibus refertis: præterea *Flavius Iosephus*, cuius testimonium de Christo quomodo se habeat Villoisonius egregie declarat, *Eusebius* in Historia Ecclesiastica, *Theodoretus* in Historia Ecclesiastica aliisque, *Nicephorus Chumnus* in Epistolis, *Germanus* Patriarcha Constantinopolitanus in opere quodam Capitibus 72. distincto, *Expositio Evangeliorum Dominicalium* per annum ex diversis sumpta, *Georgius Cyprius* Patriarcha Constantinopolitanus in Epistolis Orationibus ac Declamationibus, *Constantinus Manasses* in Eroticis & in Chronico, *S. Gregorius Nazianzenus* in Carminibus, *Georgius Pachymera* in poemate inedito de Vita propria, cuius specimen Villoisonius dedit, *Pindarus*, *Homerus*, *Theocritus*, *Hesiodus*, *Aristophanes*, ac *Theodorus Prodromus* de Rhodantis & Dosiclis amoribus. Integra sub finem Carmina quædam inserta sunt, in *Anthologia* iam obvia, a Villoisonio fere omnia denotata, hexametris, quæ Septem Sapientum Apophthegmata continent, denuo exhibitis. *Phocylidis* Carmen admonitorium ultimum locum tenet, variis lectionibus non contemnendis conspersum, vitiis tamen scripturæ passim deformatum, & cum versu ducentesimo desinens.

Quoad *Stobæum* Sententiarum delectus inest, inscriptus Ἐκλογὴ ἐκ τῆς συλλογῆς Ἰωάννου τοῦ Στοβαίου, τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι κεφαλαίων: ex Sermonibus tamen seu Capitibus duobus ac viginti supra centum sententiæ re vera sumptæ sunt, Sermonum ordo ut in editionibus integris se habet: sententiæ quoque iis ut plurimum respondent, primo tamen περὶ ἀρετῆς præsertim excepto, qui loca etiam ex aliis atque aliis excerpta continet. Nonnihil etiam idem habet, quod in Stobæo non video, ut hoc *Teletis* περὶ αὐταρκείας dictum, ab argumen-

mento proposito alienum: Δεῖ μὴ τὰ πράγματα πειρᾶσθαι μετατιθέναι, ἀλλ' αὑτὸν παρασκευάζειν πρὸς ταῦτά πως ἔχοντα· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ ναυτικοί. οὐ γὰρ τοὺς ἀνέμους καὶ τὴν θάλασσαν πειρῶνται μετατιθέναι, ἀλλὰ παρασκευάζουσιν αὑτοὺς δυναμένους πρὸς ἐκεῖνα στρέφεσθαι. Lectiones etiam variæ, quarum ratio habenda sit, minime desunt. Sermone ipso primo Biantis dictum in edit. habet Βραδέως ἐγχείρει &c. in MS. Βραδέως μὲν ἐγχείρει &c. Sermone secundo περὶ κακίας, Axinici sententia in edit. αὐτῶν τὸν τόκον &c. in MS. αὐτὶ τῶν τόκων &c. Sermone eodem quæ Lycurgo tribuunt editiones nonnullæ, ac recentissima quoque Sehowii, Φεῦ, ὡς πονηρὸν &c. veluti Φιλήμονος, Ἀγύρτῃ codex obiicit Ὦ πῶς πονηρὸν &c. quemadmodum Grotius ex codice Parisiensi ediderat. Sermone eodem in Philemonis versu iuxta edit. est ἀπαξάπασιν ὄψεται τρόπον θ' ἕνα: in MS. ἅπαξ ἁπασῶν ὄψεται τρόπον θ' ἕνα. Non tamen diffitendum lectionibus vitiosis textum haud parum esse inquinatum, dictaque auctoribus non suis esse interdum tributa.

CODICES LATINI

Cod. membran. in 4. Sæc. XV. — C.

PLUTARCHI Libellus, Quibus modis ab inimicis iuvari possimus, Iano Pannonio interprete. Inc. *Video equidem te, Corneli Pulcher, tranquillissimum procul a re publica vivendi morem delegisse &c.*

Nullus libello titulus adest, quem ex interpretatione Iani esse, anno 1456. facta, editio Bononiensis operum eius quorundam anni 1522. demonstrat. Prodiit vero eadem iterum cum omnibus interpretis operibus Traiecti ad Rhenum anno 1784. cura & studio Samuelis Teleki de Szek S. R. I. Comitis; cuius eruditionem selectam ac exquisitum iudicium tum editio illa declarat, tum vero etiam comprobat Catalogus Bibliothecæ propriæ duobus voluminibus Vindobonæ ann. 1796. & 1800. vulgatus, continnatione proxime augendus.

CENSORINI Liber de die Natali.

Censorini codices manuscriptos apprime raros esse, eosque omnes ab uno eodemque exemplari sæculo XV. prodiisse constat. Nullum sane, præter hunc, ego unquam vidi; qui nedum aliis nihilo melior est, sed etiam vitia librarii propria habet. Textus cum quoad ordinem, tum quoad verba ita se habet quomodo Philippus Beroaldus reperisse videtur; a quo emendatus primumque editus is Bononiæ fuit anno 1497. in 4. editione absque ulla nota, Venetiis anno proximo, typis Bernardini de Vitalibus in 4. repetita. Neutrius editionis exemplar, uti neque Aldinæ anni 1528, quæ iis respondet, consuluit Sigebertus Havercampus; qui tamen alias ex ipsis ductas ad manus habuit. Mutavit is attamen ex ingenio loca non pauca, quæ, mea saltem sententia, in iis aliisque editionibus satis bene se habebant, quæque ab hoc etiam

codice auctoritatem accipiunt. Exemplo sunt: Pag. 10. l. 8. edit. Lugd. Batav. an. 1743. *veneremur*, MS. *veneretur*: p. 23. l. 2. Ed. *confingant*, MS. *confingat*: p. 23. l. 3. Ed. *pro generatis*, MS. *progeneratis*: p. 24. l. 16. Ed. *quae pertinent*, MS. *quod pertinet*: p. 45. l. 6. Ed. *aliquid*, MS. *liquido*: p. 75. l. 21. Ed. *acceperit*, MS. *accepit*: p. 84. l. 20. *cum Antias*, MS. *tum Antias*. Observatione dignus locus est Capite IV. pag. 19. l. 8. Edit. *foetusque ad pubertatem intus retentos*, ubi pro verbo *intus*, quemadmodum prima codicis scriptura ferebat, manus alia, saeculi tamen eiusdem, non male mutavit *intra utriculos*. Fragmenta quae Censorino tribui consuevere, iamque in editionibus exstant, adiecta sunt.

Codex elegantissime descriptus est, litteris initialibus miro artificio depictis auroque exornatis, ab eodem librario, nimirum Petro Antonio Sallando Regiensi, a quo etiam Apicius sequens anno 1490, prodiit. Huius quoque pagina prima, inter emblemata pulcherrima, Mini Roscii Bononiensis insignia ostentat, atque adeo eius iussu hic quoque exaratus apparet.

Cod. membran. in 8. Saec. XV. — C.

APICII CAELII De re Coquinaria Libri decem.

EADEM lectio est, quam Blasius Lancilotus exhibuit, cum opus anno 1498. Mediolani primum proferret; iuxta quam editionem, omnium primam comprobatam etiam ex observationibus Io. Gottlob Lunze (*Decad. Moniment. typograph. Lipsiae*, 1799. 8. *p.* 27.), duae aliae Venetiis factae postea sunt; altera, adiecto Svetonio de claris Grammaticis & Rhetoribus, per Bernardinum de Vitalibus, sine anni nota; altera per Ioannem Tacuinum anno 1503. Codicem nitidis-

si-

simum, perleganter exaratum, litteris initialibus deauratis, picturisque affabre exornatum Tiraboschius vidit apud Iacobum Blancanium Bononiensem, rei antiquariæ peritissimum, & hæc in fine esse annotavit: *Scriptum per me Petrumantonium Sallandum Regiensem Die vigesimoseptimo Maii MCCCCLXXXX.* (*Biblioteca Modonese T. VI. p.* 187.). Ex Alidosii fide, Latinas litteras publice tradidit Sallandus Bononiæ sæculo XV. exeunte (*Dottori Forest. p.* 62.). Pagina prima inter ornamenta varia etiam Mini Roscii Bononiensis, ordinis Senatorii viri, insignia habet; de quo Bartholomæus Blanchinius in Vita Antonii Codri Urcei scriptum reliquit: *Minum Roscium, celebratis monumentis a Beroaldo laudatum, summopere Codrus dilexit, quem litteratorum omnium asylum appellare consueverat, pluresque esse Minos in Bononiensium urbe desiderabat.*

Cod. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

MARTIANI MINEI FELICIS CAPELLAE De Nuptiis Philologiæ & Mercurii Libri duo, & De septem Artibus liberalibus Libri septem.

MARTIANUM Capellam, multiplicis doctrinæ scriptorem, post editionem a Grotio adolescente, anno 1599, typis Plantinianis factam, eo, quod adhiberi solet in classicis auctoribus, studio, recensere ac illustrare aggressi sunt Ioannes Clericus, Iosephus Wassius, Leibnitius, Io. Philippus Casselius, Christophorus Saxius, atque fortasse alii: neque tamen ex eorum commentariis quidquam in publicum usum derivatum est. Musicam cum Scriptoribus de ea arte Græcis aliquanto meliorem an. 1652. Meibomius edidit Lugduni Ba-

tavorum; itidemque libros de Philologiæ & Mercurii nuptiis, cum variis lectionibus a Iacobo Bongarsio enotatis aliisque, L. Walthardus an. 1763. Bernæ denuo protulit: eosdem vero haud levi cum eruditionis ornatu Io. Adamus Goezius an. 1794. Norimbergæ typis demum exhibuit. Adhuc tamen editionem criticam & luculentam opus totum expectat ab homine disciplinis variis instructo, qualis præsertim Leibnitius fuit. Optimo sane consilio is Martianum edendum sibi delegerat, ex paucis qui restabant auctoribus in usum Delphini necdum explicatis; qua de re Huetio scribebat: *Elegi Martianum Capellam, usus ingentis auctorem, gratum varietate, scientias non libantem tantum, sed intrantem, solum ex superstitibus scriptorem cuiusdam artium liberalium encyclopædiæ. Sed difficillimum, inquies, & deformatissimum. Fateor.... Si cui alii, huic certe necessaria illa, quam cogitatis, orationis analysis: ita perpetuo salebrosus est, & horridus, & affectator antiquitatis sequioris ævi vitiis incrustatæ; ut iure dicere possis versione Latina indigere Martianum* (*Oper. T. V. p.* 455.).

Nec vero adiumenta desunt ex locis multis emendatis a Barthio, Salmasio, Nicolao Heinsio, Thoma Munckero, Cornelio Vonck, Petro Bondam, Henr. Io. Arntzenio, aliisque in veterum scriptorum lectione restituenda exercitatis viris; quorum concors sententia est pessime, si quis alius auctor, habitum Martianum ad nos devenisse, idque ex diuturno præsertim eius in scholis usu. Codices multi, etiam antiquitate præstantes, suppetunt. Recens vero hic licet sit, utpote sæc. XV. exeunte scriptus, & ipse tamen cum utilitate non exigua a novo operis editore adhiberi potest. Sæpe lectiones ab Isaaco Vossio in exemplari editionis Grotianæ adscriptas, & ab Arntzenio (*Miscellan. Cap.* 16. 18. & 19.) allatas confirmat. Quædam identidem obiicit, in codicibus manuscriptis rarissime obvia. Exemplum in ipso initio est,

pag.

pag. 1. lin. 30. edit. Grot. ubi pro *nugulas ineptas*, codex *nugales ineptias* diserte habet: quod equidem Iustus Zinzerlingius in codice MS. reperit (*Promulsid. Crit. Cap.* 19.), Barthius (*Advers. VIII.* 23.) & Arntzenius (*Lib. cit. p.* 197.) probarunt. Docti cuiusdam viri variæ lectiones a prima librarii manu nonnunquam accedunt: quarum una ad pag. 317. lin. 17. edit. Grot. ubi textus impressus fert *Primo quippe cum Hypasius exorsus, harmoniacam vim mortalibus divulgaret*, Grotius autem legendum putabat *cum Lasus exorsus harmoniæ vim m. d.* Iosephus Scaliger *Lasus ex urbe Hermionea* &c. Meibomius *Lasus ex urbe Hermionia harmoniæ vim m. d.* Codex in textu habet *Primo quippe cum Lasus ex surse* (in margine: Vel *orsus ex*) *Hermionea virtutem meam mortalibus divulgaret*.

Lib. VI. de Geometria, post Caput primum, pag. 194. edit. Grot. Scholion adest, quod a librario uno eodemque charactere, quo totus Martiani textus, scriptus est; posterior autem manus insititium declaravit, hisce in margine adscriptis: *Hoc quod sequitur, usque ad proximum Caput, glossatoris est, non auctoris.* Auctor, quisquis ille fuerit; nam, præter expositionem Remigii Antissiodorensis, ex qua sumptum Scholion minime fuit, Dunganti Pontificis Hiberniensis (*Casley Catalog. Codd. Mus. Londin. p.* 239.) Ioannis Scoti Erigenæ (*Catalog. Codd. Colleg. Claramont. Soc. Ies. p.* 278.) & Alexandri Neckami (*Catal. MSS. Angl. & Hibern. T. I. P. III. p.* 138.) commentaria manuscripta in Martianum supersunt; magnitudinem terræ stadiis 252000. definit: quam sententiam Eratostheni fuisse, ex Martiani aliorumque veterum scriptorum fide, adversus Cleomedem, statuit Gosselinus, vir eiuscemodi rerum apprime sciens (*Geographie des Grecs analysée. Paris* 1790. *in* 4. *p.* 7. 12). Sic vero Scholion totum se habet:

Ex horologio colligitur terræ amplitudo vernali æquinoctio.

 Æqui-

Æquinoctialis enim linea, quæ medium terræ ambitum complectitur, & æqualibus spatiis supra terras subterque notatur; quæ linea in CCCLX. partes dividitur horologica supputatione. Ambitus enim totius speræ cælestis in duodecim spatia discernitur; duodecima autem pars in XXX. partes resolvitur. Sed quoniam tota cælestis spera in XXIIII. horis ad eundem punctum semper revolvitur; necesse est ut eius duodecima pars in duabus horis æquinoctialibus moveatur. Magnitudo partium cæli in ipso cælo immensurabiliter (Sic). *Quantum autem terræ teneat, horologica ratione comprehenditur. Quantum enim terræ tenet umbrarum similitudo, sine ullo discrimine tantundem tenet pars cælestis in terris. Quot enim partes sunt, tot umbrarum differentiæ, tot horologia necesse est fieri, quantum tenet terrarum habitatio. Similitudo autem horologii in septingentis stadiis fieri comprehensa est. Hinc Plinius ducentis aut amplius quingentis stadiis, mutantibus semet umbris. In quo loco notandum unius eiusdemque partis magnitudinem ita per septingenta stadia variari, ut similitudo umbræ sine ulla differentia in quingentis stadiis inveniatur; in ducentis vero sequentibus variari incipere, ad eandem tamen partem eadem ducenta stadia pertinere. Inventa autem longitudine unius partis, probabilibus horologiorum argumentis incunctanter ambitus totius terræ colligitur. Una namque pars trecenties sexagies multiplicata, quæ est septingentorum stadiorum, in ducenta quinquaginta duo millia stadiorum exurgens, circulum totius terræ amplectitur, omnibus Astrologis verum videntibus in hoc ipso assentientibus; ut Macrobius Theodosius in Expositione Somnii Scipionis, Plinius Secundus in sexto Naturalis Historiæ, Martianus quoque in hoc opere approbat. Sed quoniam brevitate usus quingenta tantum stadia propter summam horologii similitudinem commemorat, ducenta vero, quæ Plinius addidit, subintelligenda Martianus dimisit, quasi addita non fuerint;*

nu-

numerus convenire non potest. Quingenta enim stadia trecenties sexagies multiplicata in centum octoginta millia stadia non amplius crescunt.

Si bene auguror, Martianum in eodice hoc & in Laurentiano, Alexander Verazanus Florentinus ex uno eodemque exemplari descripsit. Utriusque scriptorem ipse, manifeste nomine adiecto, se prodidit: de Laurentiano autem an. 1490. exarato, picturisque elegantissimis aucto, hæc Bandinius habet (*Catal. MSS. Græc. T. II. p.* 535.): *Nec prætermittenda sunt schemata varia quæ in Martiani Capellæ libris, præsertim octavo, qui de Astronomia edisserit, identidem occurrunt, maximo delineata artificio, variisque coloribus depicta.* Hoc de codice nostro verissimum itidem est; libris namque de Geometria & Astronomia schemata insunt elegantissima, ex commentario alicuius, non tamen Remigii Antissiodorensis, sumpta, ad Martiani mentem accommodata, quæ in editionibus plane desunt.

At vero textus bonitatem, quæ vulgaris non est, codicis præstantia a splendore ac ornamentis utique superat. Is membranis nitidissimis constat, charactere elegantissimo est exaratus; picturis autem auro fulgido insignitis adeo refertus, ut sine admiratione aspici omnino nequeat. Folium primum aversa parte, medio spatio superiore, Iovem inter Deos alios hinc & inde stantes exhibet: in inferiore hæc litteris aureis scripta sunt *In hoc volumine hæc continentur Martianus Capella de Nuptiis Mercurii & Philolologiæ & Alanus de Plantu Naturæ. Consultus de Rhetorica. Albaldus de Minutiis.* Artes septem liberales, de quibus disserit, totidem foliis, singulis librorum initiis, depictæ sunt; & quidem magnitudine integra qua textus uniuscuiusque paginæ est. Libri singuli a littera initiali egregiæ formæ incipiunt; in toto autem margine pueruli, animalia, tropæa, symbola, emblemata, flores, fructus, immo vero virorum feminarumque

ex

ex vivo ductæ imagunculæ accedunt, miro artificio depictæ, aptissimeque dispositæ. Par autem ornamenti ratio & in operum quæ sequuntur initiis omnino adhibita est.

Pictoris nomen, quod raro in codicibus obvium, in ipso initio conspicue positum sic est: *Attavantes Flor. pinxit*. Constat ex Vasario (*Vita di Gherardo Miniatore, Vit. T. IV. p.* 153. *ed. di Siena*) Attavantem de Attavantibus Florentinum, quem ipse Vantem appellat, cum Gerardo coloratore, aliisque, magno illi sui temporis Mecœnati Matthiæ Corvino Hungariæ Regi in codicibus depingendis Florentiæ operam locare consuevisse; hoc autem vita functo, quosdam ex iis Laurentium Mediceum sibi comparasse. Constat præterea ex Politiano (*Miscellan. Cent. Cap.* 23.) Thaddæum Ugoletum Parmensem, *qui regi a bibliotheca erat*, *Florentiæ libros aliaque ornamenta ei procurasse*; quod nimirum *ex Etruria Florentinaque potissimum civitate libri quam venustissime facti comparari solerent* (*Angelus Decembrius Polit. Litter. Lib. VII. p.* 135. *ed. August.* 1540.), ibique reperire esset *miniatores & scriptores infinitos*, *& moniales ipsas*, *quæ quidem diversa volumina Pontificibus ac Regibus scripsere ac picturis & auro exornarunt* (*Franc. Albertinus de laudib. Florentiæ post Opusc. de Mirabil. Romæ. Romæ* 1515. 4. *p.* 101.). Hinc libri supersunt Matthiæ iussu Florentiæ scripti, & ab Attavante picturis exquisitis ornati; cuiusmodi est Missale Romanum in bibliotheca regia Burgundica Bruxellis asservatum, hac inscriptione insignitum *Actavantes de Actavantibus de Florentia hoc opus illuminavit anno Domini MCCCCLXXXV*, & Commentario Abbatis Chevalier illustratum (*Memoires de l'Academie des Sciences & Belles Lettres de Bruxelles T. IV. Esprit des Iournaux* 1792. *Mai. p.* 150.). Hieronymi quoque Expositio in Ezechielem & Augustini Epistolæ, codices Corviniani duo, cum annotatione *Attavantes pinsit*, in bibliotheca Cæsarea Vindobonensi

si exstant (*Denis Catal. MSS. Theol. T. I. p. 723. 847.*). De codicibus multis Matthiæ iussu scriptis, ab Attavante affabre depictis, in bibliotheca Atestiorum Principum Mutinensi superstitibus, Tiraboschius locuples testis est (*Istor. Lett. Ital. T. VI. P. III. p. 1204. ed. sec.*). Ex quibus sane libris, aliisque fortasse pluribus, Attavantis nomine carentibus, est artifex præcipuis ætatis suæ annumerandus. Et vero de Martiani codice scripsit Lanzius, vir eiuscemodi rerum probe instructus (*Storia pittorica dell' Italia T. I. P. I. p. 69.*): *Nel Marziano Capella il soggetto al tutto poetico è espresso, dirò così, da poeta che minia. L' adunanza degli Dei, gli uffizii delle varie arti e scienze, i fregii quasi a uso delle grottesche, ornati a luogo a luogo di ritrattini scuoprono in Vante un ingegno, che ottimamente seconda l' idea dell' opera. Il disegno conformasi al più studiato del Botticelli, il colorito è gaio, vivo, lucente: la squisitezza del lavoro merita all' autore più fama che non gode.*

Hæc omnia de Martiani codice Matthiæ iussu scripto & exornato suspicionem iniicere possunt: at rem comperire ex eo licet, quod eius insignia, cum primum ornamenta codici adiicerentur, librorum initiis adpicta fuere; quæ postea sunt ubique delecta, corona tamen regia, & corvis annulum rostro ferentibus, qui & ipsi in Matthiæ libris depingi consuevere, & adhuc apparent, omnino relictis. Fit ergo ex iis ut putem, librum scriptum quidem & depictum pro Matthia fuisse; eo autem anno 1490. vita functo, Ioachimum Turrianum Venetum totius Ordinis Prædicatorum Præfectum, quem, pro singulari studio codices colligendi, hunc quoque sibi comparasse mihi constat, regis insignia ut delerentur curam adhibuisse. Liber tandem ipse de bibliotheca Veneta Sanctorum Ioannis & Pauli, quæ ex Turriani supellectile potissimum creverat, in Marcianam ante paucos annos devenit.

Co-

Cæterum Attavantes libris depingendis & auro exornandis nedum apud nostrates, sed & apud exteros nomen sibi comparavit; cuius rei argumento est Dolensem in Britannia minori Episcopum pro Missali picturis exornando usum eius opera fuisse; adeo ut Attavantes *Miniatore del Vescovo di Dolo* duabus in epistolis ad Thaddæum Gaddium an. 1483. scriptis se appellaverit (*Lettere pittoriche T. III. p. 223. Bandini Catal. MSS. Laurent. T. IV. Præf. p. XIV.*).

Chirii Consulti Fortunatiani De Arte Rhetorica Libri tres.

Opus in tres libros tribuitur, quorum postremus omnia continet quæ in editione prima, Francisco Puteolano Parmensi curante, circa an. 1484. in 4. Mediolani facta, itidemque in Aldina anni 1523, cum Georgii Trapezuntii Rhetorica, ac fortasse aliis a me non visis, eundem efficiunt. Nimirum post Caput de Pronunciatione, quod in editionibus Rhetorum Pithœi an. 1599. & Capperoncrii an. 1756. ultimum est, ac verbis *ut nihil in nobis sit notabile* absolvitur; sequitur *De Officio Oratoris. Oratoris officium est, proposita quæstione civili &c. alioquin status incipiet esse, non figura.* Pars huius additamenti prior, usque ad verba *Certe cum M. Tullius pro Archia diceret, non aliter est exorsus*, conficit Principia Rhetorices, quæ inter opera Augustini supposititia a Monachis S. Mauri reiecta sunt (*T. I. p. 835. Opp. ed. Venet.*): hac autem expleta, adscriptum est in codice manu aliquantulum recentiori *Finis Consulti.* Quæ sequuntur *Nunc elocutionis cura est intimanda*, usque ad finem, in editione Puteolani & Aldina iam obvia sunt. Lectio operis totius, cum Aldina, quam ad codices manuscriptos Iacobus Taurellus Fanensis recensuit, ut plurimum convenit.

Librarii, qui codicem totum exaravit, nomen accedit: A-

LE-

LEXANDER VERAZANUS SCRIPSIT. Verazanus hic Florentinus characteris pulchritudine cum quovis alio librario certare potest; non item emendatione scripturæ. Augustini opera quædam ac Martiani Capellæ omnia cum Ausonii poematibus anno 1490. & sequenti ab eo descripta in bibliotheca Laurentiana supersunt (*Bandini Catal. MSS. T. I. p.* 5. 6. *T. III. p.* 535.). Iannotii Manetti Vitam a Naldo Naldio Latine scriptam idem anno 1500. exscripsit, Zeno teste in Dissertationibus Vossianis (*T. I. p.* 171.). Eandem Italice translatam, vel alia forma redditam, postea emendavit, & an. 1506. descripsit; quæ apud Ducem de la Valliere exstitit: at in Catalogo librorum huiusce impresso noster *Alexander Verazzus*, & *Vazus* perperam dictus est (*T. III. p.* 376. *n.* 5624.). Optime itaque & in Verazanum cadit quod Ioannes Alexander Brassicanus affirmat in Epistola in Salvianum edit. Basil. 1530. scribens: *Matthias rex, quem recte librorum helluonem appellaveris, quatuor insignes librarios Florentiæ magnis impendiis alebat, quorum is unus & unicus labor erat, ut omnes melioris notæ auctores & Græcos & Latinos, quos commode ex Græcia habere non poterat, exscriberent.*

ALANI de INSULIS De Planctu Naturæ.

ALBALDI Episcopi Libellus de Minutiis.

Hoc sub uno titulo opuscula varia usque ad codicis finem sequuntur, ita descripta, ac si unum eundemque commentarium efficerent; quæ tamen secernere legentibus interest.

Primum inc. *De tota summa cuiusque rei, quam assem diximus nuncupari, in XII. æquales partes divisa, si unam partem subtraxeris, ab uno unciam vocabis, eo quod unitate sua omnia minora pondera, idest siliquas, scrupulos, & reliqua uniat, idest complectatur*. De exemplari itaque ad initium

tium mutilo sumptus textus apparet. Hoc autem opusculo expositionem in aliud, quod proxime sequitur, & Victorii cuiusdam Albaldus declarat, scribens: „ Bene ergo dixit Vi-
„ ctorius *notis unciarum vocabula exprimi*; quoniam dum se
„ quælibet nota visui intelligentis subiicit, vocalis venit,
„ ac eam in aure cordis solvit; cum una eademque potestas
„ est colligere differentias visæ, vel auditæ rei ". Deinde:
„ Hinc ad reliqua transeamus: *Iam reliqua minutiæ, qua-*
„ *rum congestione dimidium unciæ conficitur*. Minutias dicit
„ chalcos, cerates, obolos, & omnia pondera, ex quibus
„ unciæ medietas ". Rursus: „ His expletis adiungit Victo-
„ rius: *Melius ex ipsius calculi inspectione cognoscuntur*.
„ Postea ": At, quod ait Victorius: „ *A mille usque ad*
„ *quinquaginta progreditur*, explanans subsequitur ". At vero loca hæc syllabatim in Bedæ libello de ratione calculi exstant, ex quo Victorius sumpsisse, & in opusculum suum transtulisse, Albaldo eiuscemodi rei inscio, videtur. Insunt attamen alia quæ Bedæ libellus, saltem qualis hodie superest, mutilus, non continet. Exemplum unum esto: „ Se-
„ quitur Victorius: *Secundo totus prior numerus & duæ quar-*
„ *tæ partes eius in secundo tramite invenitur*.

Utriusque opusculi argumentum de Minutiis præsertim est, scilicet de fractionibus ponderum apud veteres usu receptis; quas eo nomine appellari consuevisse, vel ex Boethio cognoscere licet (*Geometric. Lib. II. Oper. p.* 1535. 1536. *ed. Basil.* 1570.). Albaldi vero doctrina ad rem veterum scriptorum tractatione haud multum explicatam cognoscendam probe conducit. Aliorum sententiam de scrupulo aliisque dum exponit, Virgilium quendam Tolosanum affert, inquiens: *Duo quoque oboli faciunt scrypulum, qui perficitur pondere sex siliquarum. Quapropter, secundum librum Veriloquorum Isidori, scrypulus appenditur XVI. granis lentis; licet Virgilius Tolosanus in suis opusculis asserat pensari XVIII.*

gra-

granis ordei, *annumerans tria grana singulis siliquis*. *Deinde siliquas secundum Virgilium thecas fabarum* appellat. Inferius hæc habet: *Signata autem pecunia nummi sunt*, *idest denarii*, *qui*, *ut Libio in Fastis placet*, *antiquitus pro quatuor scrypulis*, *idest una sextula imputabatur*.

Albaldum de Minutiis manuscriptum se habuisse Scipio Maffeius prodidit, ac Demetrium Alabaldum de notis ponderum & mensurarum aliis in codicibus esse adiecit (*Verona illustrata P. IV. p.* 273.). Idem de codice Inscriptionum veterum a Ioanne Marcanova collectarum, a se apud Laurentium Patarolium inspecto, disserens: *In hoc*, inquit, *codice prope finem Valerii Probi*, *Alabaldi*, *aliorumque plura habentur ad notas spectantia*, *& Petri Diaconi libellus integer* (*Siglæ Lapidariæ p.* 23.). Albodus de Minutiis, Montfauconio indice, in bibliotheca Vaticana exstat (*Bibl. MSS. p.* 108.). De Minutiis, deque Ponderibus ac Mensuris ex *Demetrio Alabaldo* quædam anno 1525. Venetiis cum Probo de Notis Romanorum typis edita sunt (*p. LIII.*), a Dionysio Gotofredo inter Auctores Linguæ Latinæ anno 1622. Genevæ impressos repræsentata (*p.* 1526.): ac de Minutiis quidem quæ inscripta sunt, codex habet; quæ vero de Ponderibus & Mensuris, omnino desunt. Pauca, aliis concepta præceptis verbisque aliis, de Mensuris Albaldus in fine opusculi manuscripti habet; rem tamen se tantummodo attingere profitetur scribens: *At vero quoniam*, *pro rerum copia vel inopia*, *fertilitatisque abundantia vel penuria*, *in diversis regionibus est maior minorve mensura*; *de varietate omnimoda stilo mandare supersedi*; *tametsi continetur libris authenticis*.

Auctor *Adelboldus* esse omnino videtur, qui ab an. 1008. ad 1027. Episcopus Traiectensis fuit, ac ex allatis a Fabricio, Oudino, aliisque, mathematicarum artium studio cum Gerberto Monacho, postea Silvestro II. P. M. coniunctus,

scri-

scriptis varii argumenti inclaruit: de quo dum fuse disserunt Monachi Sancti Mauri in Historia litteraria Galliæ (*T. VII. p.* 252.), animadvertunt ex nominibus propriis pauca tam varie scripta reperiri, quam Adelboldi nomen occurrit; cum Adalbaldus, Adelbaldus, Adalbodus, Aldeboldus, Athalbaldus, Albaldus, Albodus, Adelbandus, Athelboldus, & Adalbero dictus idem fuerit. At Demetrii nomen præmissum nonnisi in editionibus allatis, quantum video, apparet: codices autem, in quibus illud esse Maffeius dixit, minime novi.

Finito Albaldi libello, cuius ultima verba sunt *Nam & sextarius olei XX. & mellis appenditur XXX. unciis*, absque ulla inscriptione sequitur.

Victorii Opusculum de Ponderibus & Minutiis.

Tabula præfixa est, quæ notas ponderum eorumque minutias exhibet, cuius initium *X As. XII. CCLXXXVIII.* &c. quam quidem ad initium se posuisse auctor prodit, scribens: *Assis vero CCLXXXVIII.* (scrupulorum) *ut in prima paginula huius libelli videre perfacile est*. Deinde: *In prima paginula huius libelli determinatum est quot scrypulorum quælibet sit minutia, vel uncia*. Caput primum *De Unitate* inscriptum inc. *Unitas illa, unde omnis numerorum multitudo procedit* &c. des. *ut usque ad infinitum quantitatis eius summa perveniat*. Hæc autem omnia initium libelli Bedæ de ratione calculi efficiunt, Operum eius T. I. p. 147. ed. Basil. 1563. Tabula alia Notarum unciæ partiumque eius sequitur cum explicatione. Deinde *Ratio de multiplicationis similitudine*. Inc. *Cum passione contraria, idest augmentatione, vel diminutione, omnis ad infinitum tendat quantitas* &c. De uncia singulisque eius partibus præcepta fuse atque ordine traduntur: quibus absolutis, sequuntur

Abaci Lectiunculae. Inc. *Singularis quæcumque multipli-*

tiplicat in eodem digitos, *in ulteriore articulos* &c. De supputatione per digitos doctrina, non tamen integra, habetur: deinde, licet non ad rem eandem sint, Carmina accedunt hac inscriptione *Unde Versus :*

Ordine primigeno nomen iam possidet Igin,
Andras ecce locum mox vendicat ipse secundum,
Ormis post numerus non compositus sibi primus,
Denique bis binos succedens indicat Arbas,
Significat quinos ficto de nomine Quimas,
Hexa tenet calctis perfecto munere gaudens,
Zenis enim digne septeno fulget honore,
Octo beatificos Temenias exprimit unus,
Terque novat trinum Cælestis nomine rhythmum,
Hos sequitur cunctos proprio de nomine Sipos.

Nomina, quibus decem numeri apud Orientales aliquos appellabantur, hisce versibus denotari, ex Huetio deprehendere est; qui in veteri codice Geometriæ Boethii, cuius notitiam a Grævio acceperat, refert Abacum Pythagoricum scriptum, vocabulis iisdem arithmeticis Hebraicæ originis, in gratiam Orientalium adiectis; quod scilicet eruditione iam florerent Arabes quo tempore codex ille descriptus est (*Huet Dissertations sur differens suiets*, *Florence* 1738. *T. II. p.* 255. & *Demonstrat. Evangelic. Propos. IV*, *T. I. p.* 185. *edit. Venet.* 1754). Accedunt absque titulo

Epigrammata tria, de Libra & partibus eius, de Uncia & partibus eius, de Scrupulo & partibus eius. Inc.

Libra, vel As ex unciolis constat duodenis &c.
Uncia viginti scripulos & quatuor ambit &c.
Unus item scripulus chalcis componitur octo &c.

Edita a Petro Burmanno iuniore sunt in Anthologia Veterum Latinorum Epigrammatum Lib. V. n. 126. 127. 128. T. II. p. 404. ex schedis Nicolai Heinsii, qui ea in codice San-

germanensi post Rhemnium Fannium De ponderibus & mensuris repererat, & ex codice Vossiano, in quo coniunctim scripta erant sub unius poematis specie, quemadmodum etiam in codice isto sunt. Attamen posteriora epigrammata duo, *Fulberto Carnotensi* adscripta, fere integra in annotationibus ad eius opera ediderat Carolus de Williers Parisiis an. 1608. pag. 194. t. quæ postea in Bibliotheca Patrum Lugdunensi T. XVIII. p. 55. recusa sunt. Sequitur sine titulo

BEDAE Libelli de Numerorum divisione Pars. Inc. *Si multiplicaveris singularem numerum per decenum* &c. Inter Opera Bedæ T. I. p. 159. ed. Basil. 1563. non eodem tamen ordine. Sub Rubrica *Restat ut de divisione Abaci vel parum aliquid pandatur* Præcepta de divisione sequuntur, quibus finitis accedit: *Ubicumque, Lector, magis invenies, non nobis hoc breviarium imputes, sed memor esto Deo devotas reddere grates.*

BEDAE Libellus integer de Numerorum divisione absque ulla inscriptione sequitur, cuius initium: *In partitione numerorum Abaci sicut se habent singulares ad singulares &c.*

Cod.

Cod. membran. in fol. Sæc. XIII. — V.

MARTIANI MINAEI FELICIS CAPELLAE De Nuptiis Philologiæ & Mercurii Libri II. & De septem Artibus liberalibus Libri VII. cum Commentario REMIGII ANTISSIODORENSIS, cuius initium *Primo est transeundum per septem periochas &c.*

MARTIANI textus vix quidquam animadversione dignum offert, quod præsertim editio prima anno 1499. Vicetiæ facta non habeat. Remigii commentarius, parum equidem utilitatis afferens, integer nunquam prodiit: exstat vero in bibliotheca Vaticana, Parisiensi, Laurentiana, Malatestiana, quæ Cæsenæ est, aliisque. Post fragmentum a Hieronymo Aleandro juniore an. 1616. (*Antiq. Tabul. Marmor. Explicat. Romæ*, *p.* 56.) ex codice Vaticano vulgatum, ac excerpta glossis a Sinnero editis (*Catalog. Codd. MSS. Bernens. T. I. p.* 299.) comprehensa, nonnisi partem quæ ad Musicam spectat prodiisse constat. Hanc edidit Martinus Gerbertus V. C. inter Scriptores de re musica an. 1784. typis Samblasianis impressos (T. I. p. 63.): fecit id tamen, mutilo ad initium commentario, ab initio nimirum libri, qui ultimus de artibus liberalibus est, ad Martiani verba *Et quoniam officium meum est &c.* quæ pag. 314. editionis Grotianæ exstant. Est quoque passim corrupta in editione lectio; ac notæ musicæ, quas modulationum exemplis Remigius adiecerat, codicis autem huiusce scriptor expressit, desunt. Codici huic ipsi si fides adhibenda est, haud exiguum ex commentario Remigii fragmentum in opus Martiani irrepsit; libro scilicet VIII. pag. 290. edit. cit. quo loco textus im-

impressos iuxta ac manuscriptos inter se multum differre Grotius annotavit. Quemadmodum hic habeat ostendam; Martiani verbis charactere Romano, Remigii autem charactere cursivo distinctis; *viri autem docti*, cum Grotio repetam, *& harumce rerum gnariores, quid de hac re iudicandum sit videant*. Certe quæ velut Remigii codex offert interpretem potius, quam scriptorem primigenium, decent.

„ Luna autem minor est orbe suo sexcenties. Si ergo „ ipsa Luna maior sexies terra, sexcenties circulus maior luna; vides lunarem circulum centies maiorem esse tellure ".

Luna autem minor est orbe suo, *idest circulo*, sexcenties, quod clepsydris intelligi potest (*a*). *Clepsydræ sunt vasa horoscopi. Duobus enim vasis æneis fusilibus positis, unum vacuum inferius, aliud superius aqua plenum pone. Observa autem lunæ ortum & stellam fixam simul cum ea orientem; & cum cœperit corpus lunæ ex superiori parte supra terras apparere, cito superioris vasis aqua pleni centrum aperi, ut simul cum luna incipiente oriri aqua fluere in vas inferius incipiat, & donec totum corpus lunæ appareat, fluat. Cum autem tota supra terras apparuerit luna, statim vas, in quod fluxit aqua, subtrahas, & aliud apponas, in quod aqua fluat, donec alia nocte renascatur illa stella, quæ in priore nocte cum luna oriebatur: & cum illa orta fuerit, superius vas, unde aqua fluxerat, tollas. Deinde metire aquam, quæ in spatio viginti quatuor horarum fluxerat, ad mensuram illam primam, quæ cum corpore lunæ prius in primum vas fluxerat, & invenies sexcenties aquam crescere: quod in lunæ circulo fieri non dubium est, idest sexcenties superare spatium cor-*

(*a*) *Quod clepsydris intelligi potest* Martiani verba esse suadere videtur ipsa, quam Remigius adiicit, interpretatio.

corporis lunæ . Unde colligas circulum eius toties esse maiorem . Si ergo ipsa luna , *ablativo scilicet* , maior sexies terra , *subintellige* est. *Ordo est :* Si ergo ipsa luna maior *est* sexies; sexcenties circulus eius , *idest terræ , subintellige maior est , quam ipsa luna* ; vides lunarem circulum , *ac si diceret : Si maior est sexies terra , quam luna , & circulus lunæ maior est , quam luna , sexies ; necesse est ut circulus lunæ maior sit , quam terra , centies , quia terra centesimam partem circuli lunæ tenet . Sicut ergo luna sextam partem circuli terræ tenet , sic terra sextam partem circuli lunæ tenet , idest centesimam . In sequentibus sic invenies circulos maiores , si numeraveris quot sunt menses in anno uniuscuiusque planetæ .*

Ad initium hæc sunt: 1440. IOANNES MARCHANOVA ARTIVM ET ME. DOC. P. S. PEC. EM. PATA. Ex quibus colligere est Ioannem Marchanovam Venetum Philosophiæ ac Medicinæ Doctorem , qui Patavii ac Bononiæ disciplinas eas professus est , anno 1440. Patavii degentem, hunc sibi codicem comparasse : quem postea cum reliqua supellectile libraria anno 1467. Canonicis Lateranensibus in cœnobio Patavino Sancti Ioannis in Viridario commorantibus testamento legavit ; hi autem cum anno 1783. eo in cœnobio esse desiissent , qui supererant codices in bibliothecam Marcianam translati sunt .

Cod. membran. in 4. Sæc. XV. — C.

Fl. Vegetii De Re Militari Libri V.

Opus in libros quinque tributum est, quorum primus inscriptus *Flavii Vegetii Renati Viri illustris Comitis Etolii Epithoma Institutionum Rei Militaris Liber I. incipit*. Librum nitidissimum, auro pictnrisque ornatum, Alphonsi Aragonii utriusque Siciliæ Regis, cnius insignia initio adsunt, iussu descriptum fuisse, hæc in fine produnt: *Flavii Vegetii Viri illustris Comitis Atilii Epithoma de institutis rei Militaris Libri quinque expliciunt feliciter de Commentariis Augusti Traiani Adriani Catonis Cornelii Celsi Fortiniani Frontini Paterni & aliorum abstracti. Iacobus Curlus mandato Serenissimi Regis Alfonsi Aragonum & utriusque Siciliæ triumphantissimi transcripsit Neapoli XII. Kal. Augusti*. Iacobum autem Curulum Spediensem non esse librariis trivialibus adcensendum, ex charactere pulcherrimo, quo codex exaratus est, omnino patet: eundem quoque litteris probe imbutum cum alia declarant apud Mehusium in præfatione ad Bartholomæi Facii libellum de Viris illustribus, an. 1749. Florentiæ editum (*p.* 39. 45. 48.), tum eius Epistola demonstrat, qua Donati commentarium in Terentium, Alphonsi iussu in Vocabularii formam a se redactum, eidem offert; quam equidem Epistolam, ex codice Naniano, a me postmodum relato (*Codic. MSS. Latini Naniani p.* 104.), descriptam, Mittarellius edidit in Bibliotheca Codd. MSS. Monasterii S. Michaelis prope Murianum p. 295. Etsi vero Vegetii de re militari codices manuscripti multi supersint, hic tamen, ob textus bonitatem, cum paucis admodum æstimari meretur, neque scripturæ vitia, quæ & ipse identidem

dem habet, ne id fieri debeat, impediunt. Ut plurimum Vossiano respondet & Chartaceo tertio, quorum Varias Lectiones Franciscus Oudendorpius protulit in Animadversionibus in auctorem eundem a Dorvillio in Miscellaneis Observationibus ann. 1735. & seqq. editis (*T. VI. VII. VIII. & IX*). Has miror Nicolaum Schwebelium non vidisse; quæ pro sua Vegetii editione, anno 1767. Norimbergæ facta, magno usui utique illi fuissent. Discedit autem sæpe codex tum ab omnibus qui noti sunt, tum ab editionibus; ut proinde novas ejus lectiones exhibere, nonnullaque operis loca, in controversiam maxime adducta, quomodo se habeant commonstrare, pretium operæ omnino sit. Cum vero manuscriptæ hæ lectiones vel a codice Bessarionis, vel ab alio Marciano, utroque sæc. XV, interdum confirmentur, litteram B, vel M, quando id fiat, enotavi; immo vero etiam litteram I nonnunquam adieci, qua easdem in Vegetii locis a Ieremia de Montagnone, sæc. XIV. scriptore, in Compendio moralium notabilium, sub titulo Epitomes Sapientiæ an. 1505. Venetiis impressi, allatis itidem esse intelligi oportet.

Libri primi Prologus est *ad Theodosium Imperatorem*, ut in codice Vossiano: pro verbis autem *tanto inferiorem me antiquis scriptoribus*, est *inferiorem m. a. s.*

LIBRO I.

Editio Schwebelii	MS.
Cap. I. *potuisset audere?*	*potuisset audere Romanorum?*
——— *viribus corporum*	*viribus corporis* B
——— *adversus omnia*	*adversus hæc omnia*
——— *didicisse confidit*	*didicisse cognovit*
Cap. II. *nimio calore siccatas . . . dicunt*	*nimio calore siccatæ . . . . dicuntur*
——— *Contra, Septentrionales populi, remoti a solis ardoribus*	*E contra, Septentrionales populi, a solis ardoribus remoti*
——— *ad bella promptissimi*	*ad bella fortissimi.*
Cap. III. *balnearum nescia*	*balneorum nescia* M
——— *Tunc demum*	*Demum*
Cap. IV. *Deinde militaris alacritas, saltus & cursus ante tentandus est, quam corpus ætate pigrescat.*	*Deinde militaris alacritas saltu & cursu ante tentanda est, quam corpus ætate pigrescat.*
——— *ut missile & destinato ictu, & magnis viribus iaciat*	*ut missile ad destinatum ictum magnis viribus iaciat*
Cap. VI. *implere valeant bellatores*	*implere valeant officia bellatorum*
——— *doctissimorum hominum disciplina comprehenditur*	*doctissimorum hominum disciplina comprehendit*
Cap. VII. *linteones*	*linteones, lenones*
——— *sociare militiæ*	*sociari militiæ*
——— *possessoribus indicti tirones*	*possessionibus i. t.*
——— *tales sociantur armis*	*tales eliguntur & sociantur a.*

--ma-

Ed.	MS.
—— *magna diligentia*	*magnaque diligentia* M
CAP. VIII. *minus utiles*	*minus valentes*, *aut nolentes* (duæ postremæ voces glossema videntur)
CAP. IX. *quo vel fossæ transiliuntur*, *vel impediens aliquando altitudo superatur*	*quo vel fossæ transiliantur*, *vel i. a. a. superetur*
CAP. X. *cum necessitas incumbit*	*cum necessitas incubuerit*
CAP. XI. *in modum cratium corrotundata*	*in modum cratium irrotundata*
—— *quam scutum publicum habere consuevit*	*quam scuta publica habere consuerunt*
—— *Iidemque clavas ligneas*	*Item clavas ligneas* In fine Capitis huius XI verba sunt: *Duplicis autem ponderis .... securior alacriorque pugnaret*. Hæc in editionibus finem Capitis XII facere solent.
CAP. XIV. *armorum doctor attendit*	*armorum doctor attendat*
CAP. XV. *& dextera*	*ut dextera*
—— *& disci*	*addisci*
CAP. XVII. *milites iaciunt*	*milites iaciant*
CAP. XVIII. *Equi lignei*	*Tunc equi lignei* B
—— *non solum a dextris*, *sed etiam a sinistris partibus*	*non solum ad dexteram*, *sed etiam ad sinistram partem*
CAP. XIX. *antiquos milites factitavisse*	*antiquos milites factitasse*

CAP.

Ed.	MS.
CAP. XX. *aut certe fuga remp. prodere*	*aut certe fugere & remp. prodere* B
—— *dum exercitium laboremque declinant*	*dum exercitia laboresque* d.
—— *etiam ferreas ocreas*	*etiam ferreas & æreas ocreas*
CAP. XXIII. *interdum semirotunda*	*interdum semirotunda, vel rotunda*
—— *aut si agitur*	*aut si agatur*
CAP. XXV. *donec opus omne compleverit*	*donec opus omne compleant*
—— *possit castra munire*	*possint castra muniri*
CAP. XXVI. *semper ad campum*	*sæpius ad campum*
—— *ut instruant orbes*	*ut instruantur orbes*
CAP. XXVII. *edúcantur ambulatum*	*ambulatum deducantur*
CAP. XXVIII. *nec defectæ sunt terræ*	*nec effetæ sunt terræ*
CAP. XXVIII. *Epirotæ*	*Epirei*

LIBRO II.

Ed.	MS.
Præf. *Rursum*	*Sed rursum*
CAP. I. *annexi sunt legioni*	*annexi sunt legionibus*
—— *atque opere exercitii*	*atque opere*
CAP. II. *in prælio, in quibus*	*in prælio, in quibus singulis*
CAP. VII. *qui in prælio primos ordines ducunt*	*qui in prælio primi sunt, & ordines ducunt*
—— *Tesserarii qui tesseram*	*Tesserarii qui tesseras*
—— *vel ære curvo*	*vel æreo cornu*, B *vel ex eo cornu*

Ed.	MS.
CAP. IX. *sed etiam plures numeri*	*sed etiam plures*
—— *Ipse autem custos diligens & sobrius*	*Ipse autem iustus, diligens, sobrius*
—— *ad omnem devotionem, ad omnem formabat industriam*	*ad omnem devotionem informabat & industriam*
CAP. X. *quibus aperiuntur fossæ*	*quibus aperitur fossa* M
CAP. XI. *structores*	*instructores*
—— *qui vehicula*	*vehicula*
—— *Horum iudex erat proprius præfectus fabrorum*	*Horum iudex proprius præfectus fabrorum erat*
CAP. XII. *prout principi placuisset*	*prout ipsi principi placuisset*
CAP. XIV. *eosdem cogere*	*eosdemque cogere*
CAP. XV. *si usus exegerit*	*si res exegerit*
—— *sæpe transverberabat*	*sæpe transverberat*
CAP. XVI. *ab his, quasi de integro reparata pugna, posset reperiri victoria*	*ab his quasi de integro posset reparari victoria*
—— *Omnes autem signarii, vel signiferi*	*Omnes antesignani, vel signiferi*
CAP. XVII. *si hostes fugare poterant, sequebantur: si eorum virtute*	*si hostes fugare poterant, insequebantur: & si forsan eorum virtute*
—— *& si hostes fugasset*	*& si hostes fugissent*
CAP. XVIII. *dispositione imperatoris*	*& dispositione imperatoris*
—— *Nec moveat, quod olim consuetudo est mutata, quæ viguit*	*Nec moveat quod est consuetudo mutata, quæ olim viguit,*

CAP.

Ed.	MS.
CAP. XX. *docetur accomoda*	*docetur accomodata*
—— *hoc est decem sacci*	*hoc est sacci*
—— *si quis ex contubernalibus defecisset*	*si q. e. c. decessisset*
CAP. XXI. *ut omnium unum corpus*	*ut omnium corpus*
CAP. XXII. *& tubicines & cornicines pariter canunt. Classicum item appellatur*	*& tubicines & cornicines canunt. Classicum autem appellatur*
CAP. XXIII. *Idcirco armaturam, quæ festis diebus exhibetur in circo, non tantum armaturæ quæ sub campidoctore sunt*	*Armaturam, quæ cunctis diebus exercetur, idcirco non tantum qui sub campidoctore sunt*
—— *insurgere trepidantes in clypeum*	*insurgere tripudianter in clypeum*
—— *re intermissa, consuetudo & animos militum debilitaret & corpora*	*re intermissa, consuetudine & animi militum debilitarentur & corpora*
CAP. XXV. *ut si forte hostes ad oppugnandum venerint vallum*	*ut si forte hostis ad expugnandum venerit*
—— *tam a peditibus, quam ab equitatu*	*t. a. p. quam ab equitibus* B M

LIBRO III.

Ed.	MS.
Cap. I. *Huic modus a magistris quaeritur armorum*	*Huius modus quaeritur a magistris armorum*
—— *in longiore autem agmine*	*in longiore agmine*
—— *cum eiusmodi praecepto: Provideant, ne quid Resp. detrimenti capiat: Consulum alter ambove*	*cum eiusmodi praecepto, ut providerent ne quid Resp. detrimenti caperet. Consules ambo alterve*
—— *ideo sufficiebant militum copiae, quod*	*ideo sufficiebant non magnae militum copiae, quia*
Cap. III. *de copiis expensisque sollers debet esse tractatus*	*de copiis expensisque sit procuratio, quia sollers debet esse tractatus* B
Cap. IV. *qui armorum exercitia declinant*	*q. a. e. declinarant*
—— *multiplex medicina consuevit opponi*	*m. m. c. apponi*
—— *Ad nomen, ad signa observare non desinant*	*Ad nomen respondeant, & signa observare non desinant*
—— *Seu mare, seu fluvius vicinus est sedibus*	*Seu mare, seu fluvius, si vicinus e. s.*
—— *si turbulenti*	*si qui turbulenti* M
—— *qui vitiorum scelerumque impunitatem sperant peccare cum paucis*	*qui vitiorum scelerumque impunitate s. p. c. p.* M
Cap. V. *appendunt trabes*	*appendunt trabes, vel vela*
Cap. VI. *viarum qualitates*	*viarum qualitate*
—— *cum intelligent*	*cum intellexerint*

— *per-*

Ed.	MS.
—— *perfidiæ parata supplicia*	*ac perfidiæ parata supplicia*
—— *& interdum transfugæ proditoresque non desunt, quemadmodum occurri ingruentibus debeat, intimetur. Dux cum agmine*	*& interdum transfugæ proditoresque non desunt, qui quemadmodum occurri ingruentibus debeatur, intimant; dux cum agmine*
—— *Nam insidiatores transversos frequenter incursant*	*Nam insidiatores in alio loco incursant transversos, frequenter & pulsant*
—— *In necessitate subita quæ terrent, provisa non solent esse formidini*	*ne necessitate subita conterreantur; prævisa enim n. s. e. f.* B
—— *milites turbarentur*	*pugnantes milites turbarentur*
—— *quam in optimo itinere*	*quam importuno itinere*
—— *illis doceatur adversum*	*illis videatur adversum*
—— *Tractare quoque, per diem*	*Tractare quoque, utrum per diem*
—— *proditores ac transfugas*	*& proditores a. t.*
CAP. VII. *divisi opprimantur ab hostibus*	*divisæ copiæ opprimantur ab hostibus*
CAP. VIII. *facile nectantur insidiæ*	*hostiles facile nectantur insidiæ*
—— *pedibus decem & septem, vel novem*	*pedibus decem & septem*
—— *universa perfecta*	*universa accurate perfecta*
—— *tumultuaria castella firmantur*	*tumult. cast. firmanda sunt*
CAP. IX. *certe vel terreant*	*vel certe terreant*
—— *Maxime autem tractandum est*	*Max. aut. cogitandum est*
—— *virtus augetur*	*virium robur augetur*

CAP.

Ed.	MS.
Cap. X. *Hanc solam hodieque*	*Hanc solam quoque hodie*
—— *distractis equis*	*distractisque equis*
—— *nihil suspicantes ipse paratus invadat*	*nihil suspicantes, imparatos ipse paratus invadat*
—— *ab adversariis perdeleri*	*ab adv. deleri*
—— *Apud veteres*	*Apud veteres namque*
—— *veteribus institutis & disciplina maiorum*	*veteribus institutis*
—— *& Manlii, & Silani legiones inter Gallias*	*& Manlii legiones intra Gallias*
—— *quam revocare perterritos*	*quam r. p. qui iam fugam in consuetudinem converterunt.*
Cap. XI. *Observatur autem*	*Observetur autem* B
Cap. XII. *Monitis tamen & oratione ducis*	*Monitis tamen & adhortatione ducis* B. M.
—— *aut fugent*	*ut fugent*
Cap. XIII. *cum loco*	*& cum loco*
Cap. XIV. *Hæc momento eo quo acies ordinatur*	*Hæc omnia quando acies ordinatur* B.
—— *ternos pedes*	*trinos pedes* (semper *trinos*)
—— *Quartus item ordo constituitur*	*Quartus ordo construitur*
—— *de iis qui acriter*	*de iis qui alacriter*
—— *ponebantur interdum carrobalistæ*	*p. i. arcubalistæ*
Cap. XV. *Explanato autem*	*Explanato*
—— *nunc podismum mensuramque*	*nunc podismum, spatium, mensuramque*
—— *hunc numerum volueris tendere*	*h. n. volueris ordinare*
Cap. XVI. *omnes duces invenerunt, ut assuefacerent*	*duces invenerunt u. a. i. currere egregie*

Ed.	MS.
rent iuvenes currentes egregie	
CAP. XVII. *sicubi hostis vehementius insistit*	*sicubi h. v. insistat*
CAP. XVIII. *si cum telorum ictu*	*si cum telorum iactu*
—— *& adversariis fiduciam minuis*	*& adversariis minuis*
CAP. XIX. *cum aliis negotiis occupatus hostis, prius interimatur, quam præparare se possit*	*cum a. n. occupati hostes, prius interimantur, q. p. se possint.* B
—— *tunc adversus præsentes, scientes, videntes pugnatur*	*tunc adversus scientes, præsentes, videntes pugnatur.*
—— *Item adversus cuneum hostium certis resistitur modis*	*Item cuneo h. c. r. m.*
—— *Et imparatis conturbatisque facilius hostis incumbit*	*& quos imparatos conturbatosque invenerit facilius hostis subvertit.*
CAP. XX. *quia cum in prolixo spatio*	*quia si prolixo spatio*
—— *& cum in eius parte sinus, aut curvatura fit*	*& si in eius parte, aut in medio, sinus aut curvatura fit*
—— *Hoc genere solus debet confligere*	*Hoc genere debet solum confligere*
—— *Quod si prior adversarius hoc fecerit*	*Quod si tibi p. a. h. fecerit* B. M.
—— *sed in hoc deterior.*	*sed i. h. d. quidem*
—— *cum ea fortissimis equites peditesque coniunge*	*tunc ei f. e. p. c.*

cir-

Ed.	MS.
—— *circuire festina*	*circumvenire festina*
—— *Tu autem*	*Tuam autem*
—— *media acie illius*	*m. a. ipsius* B. M.
—— *acies ad hostes accedit*	*acies ad hostes accedet*
—— *Sed in illa ala*	*Sed in illa*
—— *Tunc securius*	*Tunc securus*
Cap. XXI. *ut aditum non inveniant abscedendi*	*ut a. n. i. fugiendi*
—— *Nam cum, abscedendi aditu patefacto, mentes omnium ad praebenda terga consenserint, inulti more pecudum trucidantur*	*Nam cum, absced. a. p. m. o. apprehendat terror, cum fugerint, more p. t.* B.
—— *quibus defendi poterant*	*quibus se defendere potuerant*
Cap. XXII. *quibus modis tuto possit fieri*	*q. m. tutius p. f.*
—— *qui ducem suum sentiunt desperare*	*qui d. s. senserint d.*
—— *quos primum subduxerant. Aliquanti*	*quos subduxerant. Primum aliquanti* B.
—— *in itinere lassis*	*itinere lassis*
—— *Ubi . . . pervenerunt equites*	*Ubi . . . pervenerint equites*
—— *ad subsessas communis occasio est*	*Ad subsessas, vel insidias c. o. e.*
Cap. XXIII. *ut Ursiliani in Africa, Macetes hodieque producunt*	*ut Virtiliani in Africa, vel certe Mazetes hodieque producunt*
—— *confusas etiam, in pulvere, vento vias*	*confusas etiam pulvere ventoque vias*
Cap. XXIV. *ne manu sua elephas bellatorem contra*	*ne bellatorem contra se venientem elephas posset apprehen-*

Ed.	MS.
se venientem posses apprehendere	*dere*
CAP. XXV. *Hac fiducia perterrebit inimicos*	*Hac fiducia ita perterrebit inimicos*

Caput XXVI. Regulas bellorum generales complectens, ex toto opere fere omnes collectas, multo auctius in codice, quam in editione, est; aliis itidem regulis, ex opere, sumptis, passim insertis. Ab iis porro verbis *in bello qui plus in agrariis vigilaverit ... periculum sustinebit*, ita sequitur textus MS. usque ad Capitis finem:

Nunquam exercitus profecit tempore, cuius in probandis tironibus electio claudicavit.

Plerique tirones, quamvis improbabiles videantur specie, experimentis tamen non probantur indigni.

Non vestium aut ornatus inter hostes ad reverentiam inclinant, sed solo terrore franguntur armorum. Sic vitiata lectione. Vide Lib. I. Cap. 13.

Qui ignave imperiteque pugnaverint, in fugam versi victoribus ultra pares esse non possunt.

Miles magis ad facienda quæ imperantur, quam ad loquendum debet esse paratus.

Plurimum terroris hostibus armorum splendor importat. Quis enim credat militem bellicosum, cuius dissimulatione & ignavia, situ, aut rubigine arma fœdantur?

Nam qui fugierunt, ut semel territi, constat formidare conflictum.

Nunquam miles in aciem producendus est, cuius antea experimenta non ceperis, aut inopia, aut superventibus; aut terrore.

Melius est hostem fame domare, quam prælio, in quo amplius fortuna solet potestatis habere, quam virtus.

Nul-

Nulla consilia meliora sunt, quam illa quæ ignoraverit adversarius antequam facias.

In expeditionibus tantum ad sui tutelam, alterius læsionem, commodum est hostium conditionem nosse ac statum; ideoque nulla utilior impensa, quam in exploratore fideli ac cauto, aut in transfuga simulato.

Incongruum videtur imperatoris militem, qui veste & annona publica pascitur, utilitatibus vacare privatis.

Omnium cohortium equitum peditumque una servetur dilectione concordia, cum naturaliter equites soleant a peditibus discrepare.

Semper debet in exercitando in otio fieri quod in prælio necessario faciendum esse videtur.

Nam si doctrina cesset armorum, nihil paganus a milite distat.

Qui desiderat pacem præparet bellum.

Qui victoriam cupit milites imbuat diligenter.

Nimium copiosos exercitus magis propria multitudine, quam hostium virtute, sæpe depressos indubitatum est.

Nam pluribus casibus subiacet multitudo in itineribus, in locis asperis, in fluminum transitu, in victualium & pabuli & aquæ defectu.

Plus quotidiana armorum exercitia ad sanitatem militum, quam medicos, prodesse rei militaris periti putaverunt.

Sera parsimonia est tunc victualia servare cum deficiunt; fidelis autem eorum custodia & ab initio erogatio moderata consuevit sufficere pro custodia.

Laudabiliores duces sunt, quorum exercitus ad modestiam labor & usus instituit, quam illi, quorum milites ad obedientiam formido suppliciorum compellit.

Considerandum quæ pars magis sibi victoriam repromittat, & quare; nam huiusmodi cogitationibus virium robur augetur, aut frangitur: desperantibus autem ducis exhortatione, etsi ipse nihil timere videtur, audacia crescit & animus.

Illa ante tentanda sunt, quæ, si male cesserint, minus obsint; si bene, plurimum prosint.

Civile odium ad inimicorum perniciem præceps est, & ad utilitatem suæ defensionis incautum; unde inter hostes discordiarum serere causas sapientis ducis est.

Non confidas satis, si tiro prælium cupit; in expertis enim dulcis est pugna, & plerumque qui honoris causa magis ore bellum exposcit, in corde de fuga, quam de virtute confidit.

Victoriæ pars est inimicum prius turbare, quam dimicet.

Imperitorum ignavorumque est vociferare de longe: unde non prius clamor debet attolli, quam acies utraque se iunxerit.

Sæpe hostium mentes solum virilis, alacer, & constans confundit aspectus.

Via hostibus, qua fugiant, claudenda non est. Nam abscedendi aditu patefacto, omnium mentes terror occupat; & cum aufugere cœperint, more pecudum trucidantur: clausis vero ex desperatione crescit audacia; & cum spei nihil est, sumit arma formido libenter.

Commori cupit qui sine dubio se scit esse moriturum.

In bello amplius solet iuvare occasio, quam virtus.

In sollicitandis suscipiendisque hostibus . . . . quam virtus. Ut in editione

Amplius ars & industria, quam potentia, confert; nam sola provida vexillorum offensione (ostensione), *aut paucorum cauta dispositione, sæpe hostium multitudo perterrita aut reprimitur, aut fugatur.*

In certamine plurimorum exercitata paucitas ad victoriam pronior est, quam rudis & indocta multitudo, composita semper ad cædem.

Paucos viros fortes . . . . sextus est modus. Ut in editione

Qui pauciores infirmioresque habere se novit, ex uno latere aut montem, aut civitatem, aut fluvium, aut abruptum, aut aliquod debet habere subsidium; qui est septimus modus.

Qui confidit in equitatu aptiora loca quærat equitibus, & rem magis per equites gerat.

Qui

Qui confidit in peditibus aptiora loca pedestribus copiis quærat, & rem magis per pedites gerat.

Cum explorator hostium . . . . deprehenditur explorator. Ut in editione.

Quo genere depugnaturus sis nesciant hostes, ne aliquibus remediis obsistere moliantur.

Cum consilium tuum cognoveris . . . . quam ferro. Ut in editione.

In simili conditione superior creditur quem adversa non frangunt.

Sæpe iam fusa acies, viribus reparatis, dispersos peremit sequentes.

Nemo nimium de multitudine aut potentia confidat, nemo hostem contemnat, & nunquam pro felicitate superbius & incautius mens efferatur humana; sed inter initia solicite cogitet præliorum eventus magis plerumque contra illos fuisse, quibus victoria debebatur.

De equitatu sunt multa præcepta: sed cum hæc pars militiæ usu exercitii, armorum genere, & equorum nobilitate profecerit, ex libris nihil arbitror colligendum, cum præsens doctrina sufficiat.

Ed.	MS.
IN EPILOGO	
quæ Hunnorum Alanorumque natio velit imitari, si possit	*quam Hungarorum Alanorumque natio vellet imitare, si posset*
quatenus virtute pariter ac dispositione mirabili, Reip. tuæ & Imperatoris officium exhibeas & militis	*quatenus virtutem pariter ac dispositionem mirabilis Reip. tuæ perpenses, cum & Imperatoris officium exhibueris & militis*

LIBRO IV.

Ed.	MS.
Prolog. *Cunctos Imperatores*	*Cunctos itaque Imperatores* B
Cap. II. *circumclusus opprimitur*	*circumclusus opprimatur*
Cap. III. *ut nunquam*	*ne unquam*
Cap. VII. *servantur in conditis*	*servantur* B
Cap. VIII. *vel diversæ magnitudinis*	*& diversæ magnitudinis*
Cap. IX. *funibus nervinis intenta*	*funibus nerveis intenta*
Cap. X. *ut aquatoribus*	*ita ut aquatoribus*
Cap. XIII. *vel repellantur, edisseram*	*vel repellantur, enarremus*
Cap. XIV. *ut fortius cædat*	*ut fortius feriat*
Cap. XVIII. *& ubi adhæserint*	*ubi adhæserint*
Cap. XXI. *trabes longior dimensa medietate connectitur*	*trabes longior quidem, sed dimensa medietate connectitur* B. *trabes longior quidem, sed medietate ipsius connectitur*
—— *ut si unum caput depresseris*	*ut si unum caput depressum sit*
Cap. XXIII. *columnæ marmoreæ*	*columnæque marmoreæ*
Cap. XXIV. *suffodiunt eorum maximam partem, & appositis siccioribus lignis, ruinam muri tumultuario opere suspendunt*	*suffodiunt e. m. p. appositis siccioribus lignis, rumamque muri t. o. s.* — Bessarionis Codex habet *rimamque*, & supra *rumamque*

Epi-

Ed.	MS.
Epilog. *auctores bellicarum artium prodiderunt*	*auctores bellicarum artium tradiderunt*
vel quae recentior necessitatum usus invenit	*vel quae recentium n. u. i.*

LIBRO V.

Ed.	MS.
Prolog. *est portio*	*superest portio* B
Cap. III. *ex pinu domestica, sive silvestri larice*	*ex pinu domestica sive silvestri, larice*
—— *utilius aereis clavis, quam ferreis, configenda. Quamlibet enim gravior aliquanto videatur expensa; tamen, quia amplius durat, lucrum probatur afferre*	*Utilius aereis clavis, quam ferreis, configendae sunt; quia licet esse gravior aliquanto videatur expensa; tamen quia plus durant, l. p. a.*
Cap. VI. *quae virides compinguntur*	*si virides compinguntur*
Cap. VII. *quas Britanni pictas vocant*	*quas Britanni picastas vocant*
Cap. XVII. *qui bellatores*	*quia bellatores*
—— *Per has in medio ardore pugnandi peritissimi nautae vel milites . . . quam vetus doctrina monstraverit.*	*Per has in medio ardore pugnandi peritissimi nautae, vel milites quotidianis utuntur excubiis. Reticendum puto de reliquis, quia amplius artis huius frequentior usus edocuit, quam vetus doctrina monstraverit.*

Variæ lectiones emendationesque hæ non equidem omnes per me nunc primum prodeunt, iamque pars earum a Iosepho Valartio in ipso Vegetii textu, Parisiis an. 1762. typis Fr. Ambr. Didot impresso, nullo codicum testimonio adducto, est prolata: quam editionem in Catalogo operum suorum, post Horatium an. 1770. Parisiis in 8. a se denuo vulgatum, ita Valartius ostentat: *Texte de Vegece, ou Institutions Militaires (in 12. petit. form.). Ouvrage publié sur XXV. Manuscrits. Avant cette edition, Vegece n' etoit pas intelligible, même pour les lecteurs les plus eclairés: l' editeur lui a fait perdre ses difficultés en epurant le texte, & en mettant en leur vrai place les transpositions qui defiguroient ce precieux auteur, & qu' aucun des editeurs n' avoit apperçues.* Vel tamen post editionem Valartii, codici huic Vegetius non parum debet.

Cod. membran. in fol. Sæc. XIV. — C.

PALLADII RUTILII TAURI AEMILIANI
Viri illustris Opus Agriculturæ.

TEXTUS librarii inscitia frequentissime corruptus lectiones passim obiicit ex Angeli Politiani collatione a Gesnero in editione Scriptorum rei rusticæ allatas: quas Vincentius Bellovacensis & Petrus Crescentius varietates dant, raro admittit: nonnullas autem primum exhibet, editoribus omnibus, atque adeo ipsi Io. Gottlob Schneidero, qui opus an. 1795. Lipsiæ demum repræsentavit, ignotas. Speciminis loco hæ sunto.

Ed.

	Ed. Schneideri	Cod. MS.
Lib. I. tit. 1. §. 1.	*formator agricolæ*	*informator agricolæ*
———	*Sed nos*	*Sed & nos*
——— §. 2.	*quo ponenda sunt singula, cum sua omni exequar disciplina*	*quo p. s. singula, omnia cum sua exequar disciplina*
——— tit. 6. §. 1.	*provectus est agri*	*profectus est agri*
——— §. 12.	*æstimatis facultatibus tuis*	*æstimans facultates tuas*
———	*quod arroganter assumis*	*quod præsumpseras arroganter*
———	*Frumentum collis quidem grano robustius*	*Frumentum collis grano quidem robustius*
———	*tepor evocat*	*tepor increpat*
——— §. 18.	*opus natura beneficii alternante*	*opus beneficii natura adiuvante*
———	*impunitatem culpæ præsentis expectat*	*ad impunitatem culpæ præsentis respectat*
——— tit. 6. §. 4.	*propter pestilentiam, vel animalia inimica*	*propter animalia inimica*
——— tit. 8. §. 1.	*aut ut multum, biennii*	*vel multum, biennii*
——— tit. 9. §. 2.	*ne gradus ambulantium tremorem fabricæ titubantis excutiat*	*ne gradus ambulantis fabricam excutiat titubantem*
——— §. 3.	*& transversus atque directus duplex ponatur ordo tabu-*	*transversa atque directa duplex ponatur ordinatio tabularum, c. f. f.*

la-

Ed.	MS.
larum, clavis frequentibus fixus	
—— tit. 10. §. 2. *de fluminibus*	*de flumine*
—— tit. 16. *de morbis æstate*	*de morbositate*
—— tit. 18. §. 1. *furno*	*furnis*
—— *sic autem dispositam*	*sic autem dispones*
—— tit. 24. §. 2. *Non pereunt, neque locum deserunt, si per omnes fenestras aliquid de strangulati hominis loro, aut vinculo, aut fune suspendas.*	*Non perire, nec locum deserere dicuntur, si per omnes fenestras aliquid funis strangulati hominis suspendatur.*

Capitum sectio alia atque in editionibus est. Desunt libro primo quæ sub titulis 28. & 29. de pavonibus & phasianis, ac itidem quæ sub titulis 40. 41. & 42. de balneis textus impressus habet; quod, uti videtur, exemplari ibi mutilo usus librarius fuerit. Libro undecimo post titulum 3; caput insertum est ita inscriptum *De arietibus admittendis ad oves. Istud Capitulum non est de Palladio*; continet autem quæ Petrus Crescentius lib. IX. cap. 72. & seq. habet, ad litteram fere omnia. De Insitione liber omnino deest. In fine Capita quatuor accedunt, in usum præsertim Monachorum conscripta; de quibus ad initium post inscriptiones Capitum seu titulorum operis Palladii, quæ & ipsæ a vulgatis passim differunt, indicium huiusmodi fit: *Nota quod quædam rationes, quæ in fine huius operis adnectuntur, non sunt Considerationis Palladii, sed potius tractant de Abacho. Capitula quæ adiiciuntur sunt hæc. Quot bestiæ sint*

sint necessariæ ad vestiendum ducentos fratres. Quanta annona sufficiat uni equo per annum. De ponderibus per nomina sua. De mensuris & eorum nominibus. Horum initia sunt I. *Ducentis hominibus convenit* 11. *& c bestias ad vestiendum, unicuique eorum X vellera & dimidium &c.* II. *Sex noctibus damus equo quadrigario de minoribus unum sextarium &c.* III. *Omnis scriptura a summis usque ad ima in mensura & numero & pondere disposita est atque firmata &c.* IV. *Mensura proprie dicitur eo quod ea mediantur fruges* &c.

Cod. membran. in 4. Sæc. XII. — V.

Carmen Panegyricum Berengarii Invicti Caesaris.

Ex hoc uno codice, quo tempore Patavii apud Canonicos Lateranenses Sancti Ioannis in Viridario servabatur, opus primum innotuit per Iacobum Philippum Tomasinum in Bibliothecis Patavinis Manuscriptis an. 1639. Utini typis evulgatis (*p.* 28.). Locuples equidem eo in cœnobio bibliotheca exstitit, codicibus præsertim manu exaratis, Hebraicis Græcis & Latinis, instructa a Petro de Montagnana, Ioanne Marchanova Veneto, Galeatio Capilistio Patavino, Ioanne Calphurnio Brixiensi, virisque aliis eruditis. Eorum qui suo tempore inerant indicem Pignorius confecit in schedis apud me autographis: alium deinde Tomasinus in libro allato dedit. At distracti ex ea bibliotheca codices non pauci iam fuere. Boethius de Consolatione Philosophiæ Latine & Græce ex versione Maximi Planudis inter codices Coislinianos

nos erat (*Montfaucon. Bibl. Coisl. p.* 140.). Ioannis Tzetzæ Commentarium in Lycophronem Gudius habuit; qui cum aliis ab eo possessis libris manuscriptis in bibliothecam Guelpherbytanam devenit (*Bibl. Gud.* 1706. 4. *p.* 526). Codices alii alio migrarunt. Anno demum 1783, Canonicis eo in cœnobio degentibus ad alia translatis, codices manuscripti reliqui omnes ad bibliothecam Marcianam delati sunt. Hunc vero ipsum Petrus de Montagnana iam possedit, idemque paginam eius ultimam, facile usu detritam, manu sua, bene mihi perspecta, denuo scripsit, eoque bibliothecam auxit: qua de re annotatio huiusmodi est in fine adiecta: *Librum hunc Canonicis Regularibus Lateranensibus in Monasterio Divi Ioannis Baptistæ de Viridaria Paduæ agentibus Vir venerabilis ac devotus Christi Sacerdos & bonarum artium cultor, Græce Latine Hebraice æque peritissimus, D. Petrus Montagnana optima fide, pietatis studio, proque salute adscripsit atque donavit; quem quisque legens proficiat primum, deinde sit gratus.*

Opus cum sibi exscripsisset V. C. Ioannes Rhodius Danus, qui Patavii diu vixit, in annotationibus ad Scribonium Largum an. 1653. editis (*p.* 53.) eius mentionem fecit, aliudque exemplar Lucæ Holstenio ut fieret curavit. Cum vero anno eodem 1653. Nicolaus Heinsius bibliothecam ipsam lustraret, codicem tineis expositum repperit, ac poema totum ab adolescente Germano exscribi, deinde a Luca Langermanno cum ipso codice componi, & ad eius fidem emendari curavit; postea ad Hadrianum Valesium, eius habendi valde cupidum, misit. Constant hæc ex Heinsii & Valesii litteris (*Burman. Sylloge Epistolar. T. V. p.* 57. 704.); necnon ex ipsius Valesii Præfatione in opus, cum luculentis suis in ipsum annotationibus, anno 1663. Parisiis primum editum. Carmen, ob multa quæ de rebus suo tempore gestis auctor affert, frustra autem alibi quærerentur, magno in pretio haben-

bendum, Leibnitius inter Scriptores rerum Brunsvicensium iterum protulit (*T. I. p.* 235.); demum vero Muratorius inter Scriptores rerum Italicarum, *inspecto codice*, dedit (*T. II. p.* 371.). Quem fructum ex hac inspectione Muratorius ceperit, non equidem video; nisi quod librum secundum a tertio distinxerit, secus atque in editionibus praecedentibus esset; codicem autem non tantæ vetustatis sibi videri affirmavit, quantæ Heinsius putabat, cum *annorum minimum septingentorum* esse ad Valesium scriberet: in quo sane ei suffragari non dubito, utpote qui sæculo duodecimo eum exaratum fuisse censeam. At opus minime longum, cuius unicum hoc, quantum constat, exemplum veluti archetypum, superest, ad hoc ipsum recensere & emendare par omnino erat: quod, lectione iam edita contentus, Muratorius facere prætermisit. Nova textus collatio facta si fuisset, emendationes hæ prodire sane poterant.

Editio Muratorii.	Codex MS.

IN PROLOGO.

Vers. 1. *Non ederam*	*Non hederam*
Vers. 3. *labyrinthia*	*labyrinthea*

LIBRO I.

Ed.	MS.
p. 387. col. 2. v. 9. *odis*	*undis*
p. 388. col. 1. v. 9. *ruit sol aureus undis*	*luit sol aureus undas*
—— col. 2. v. 16. *leto demersit*	*loeto dimersit*
p. 389. col. 1. v. 7. *Quid referam*	*Quid refert*

— v.

Ed.	MS.
——— v. ult. *fulmina torques*	*flumina torques*
——— col. 2. v. 7. *piis*	*pius*
——— v. 13. *fati*	*fastus*
——— v. 15. *miseros*	*miseris*
p. 390. col. 1. v. 1. *tradimus*	*tendimus*
——— v. 9. *in arvis*	*in agris*
——— v. 47. *Et pactis differre*	*Et partis differre*. Ad quem locum glossa *Pathos est pro paratis removere*
——— col. 2. v. 4. *inigit*	*inicit*
——— v. 8. *calcatur*	*calcatus*
——— v. 11. *Desectum*	*Deiectum*
——— v. 19. *sitensque*	*sitiensque*
——— v. 41. *Nec miserum*	*Nec mirum*
——— v. 42. *potius quam monstra*	*potiusque haud monstra*
p. 391. col. 1. v. 10. *adigendi*	*cadendi*
——— v. 15. *vitæ*	*mitto*
——— v. 16. *Quid restat potius?*	*Quod restat potius*
——— v. 21. *densate*	*densete*

LIBRO II.

Ed.	MS.
p. 391. col. 1. v. 28. *Prætendat*	*Protendat*
——— v. 43. *Gaussinus*	*Gauslinus*
——— col. 2. v. 35. *amicos*	*amicis*
——— v. 50. *exinde*	*excide*
p. 392. col. 1. v. 2. *ab annis*	*ab armis*

— v.

Ed.	MS.
——— v. 8. *haustura*	*haustura*
——— col. 2. v. 8. *Qui*	*Quis*
p. 393. col. 2. v. 3. *Abaris*	*Iberis*.

LIBRO III.

Ed.	MS.
p. 396. col. 1. v. 22. *rura*	*iura*
p. 397. col. 1. v. 17. *infestas*	*infessus*
——— v. 24. *raucore*	*rancore*
——— col. 2. v. 13. *fugarat*	*fugaret*
——— v. 22. *Nec possunt obstare tamen, tot millibus acti*	*Nec possunt obstare: tamen tot millibus acti*
Deficiunt verum. Cadis hic cum fragmine muri	*Deficiunt. Verum cadit hic cum fragmine muri*
——— v. 29. *impulsumque*	*impulsusque*

p. 398. col. 1. v. 6. - - - - - - - - - - - *periclo*.

Ædibus ingeniis quorundam marte resertis,
Pellitur inde tamen, &c.

Codex equidem habet: - - - - - - - *periclo*

Ædibus ingenuis (glossa liberis) *quondam morto marte refertis*.
Pellitur inde tamen &c.

Exemplum Valesio missum ferebat:

Ædibus ingenuis quorundam marte refertis

Quibus verbis cum nullum sensum tolerabilem inesse ipse videret, suffecit:

Ædibus ingeniis quorundam marte resertis,

Totum ego locum restituere mihi videor, si legam:

- - - - - - - - - - - *periclo*,
Ædibus ingenuis quondam orto marte refertis.

Pel-

Ed.	MS.
Pellitur inde tamen &c.	
——col. 2. v. 2. *siquidem sedata*	*liquid* (f. *si quid*) *fœdata*
p. 399. col. 2. v. 15. *Nec patriis ultra*	*Nec ultra patriis*
p. 401. col. 1. v. 12. *Ac recolens*	*At recolens*
——col. 2. v. 4. *miti sic*	*mitis sic*
p. 402. col. 2. v. 20. *aureis*	*auris*
p. 412. col. 1. v. 13. *posthæc*	*post en*
——col. 2. v. 2. *Omni*	*Omnia*, ut editio Parisiensis

Glossæ accedunt, tum *interlineares*, tum *marginales*, eodem charactere, quo poema totum, conscriptæ; quas ab alio, quam ab eius auctore, profectas esse censeo; licet opinio alia Valesio fuerit (*p.* 408. 411. *edit. Murator.*): utrumque autem litteras Græcas aliquatenus novisse satis apparet. Nonnullas Rhodius ad Scribonium Largum & Heinsius ad Claudianum illustrandum attulere: nunc vero ex multo maiori earum parte adhuc inedita delectum quendam facere haud abs re est; iis prætermissis quæ carmina ex antiquis poetis sumpta, vel eorum imitationes demonstrant.

Lib. I. pag. 388. col. 2. v. 22. *Percurrit, septemque modos modulatur avenis*. Glossa: „ Hic illud commemoratur „ quod Virgilius in sexto Æneidos tetigit: *Obloquitur numeris* „ *septem discrimina vocum*. Quod quamvis Servius ad mundanam referat harmoniam; nos tamen etiam humanæ musicæ „ septem divisiones scimus. Prima est per genera, quæ tria „ sunt, idest ἐναρμονικὸν, χρῶμα, διάτονον. Secunda divisio „ est per diastemata, quæ nos spatia vocis dicimus. Tertia „ in systemata, quæ magnitudines vocis nominamus. Quarta in phthongos, idest sonos; &, ut apertius fateamur, „ sonus est vocis modulatæ particula, una intentione pro-

„ du-

„ ducta. Quinta in tonos, idest magnitudines spatiorum, „ Sexta in metabolas, vel in transitus modulantium. Se- „ ptima in melopœias, idest in habitus effectæ modulatio- „ nis ". Hæc ex Martiano Capella sumpta facile sunt.

Lib. I. p. 391. col. 2. v. 35. *Abscedat redivivo animam servare duello.*

Glossa. „ Distat autem Duellium & Duellum; nam Duel- „ lium est spatium quo bellum præparatur, Duellum dicitur „ ipse conflictus. Alii dicunt quod Duellum sit proprie con- „ flictus duorum ".

Lib. I. p. 391. col. 1. v. 14. *Plus dixisse, egisse, minus, taxatur honestum.* Textus MS. habet:

Plus dixisse egisse (supra *quam*) *minus taxatur honestum.*

Glossa: „ *Hic versus cuiusdam sapientis est Francigenæ* ".

Lib. II. p. 391. col. 2. v. 9. *Pauper adhuc Albricus abit, iam iamque resultat.*

Glossa. „ Nam Camerinam Marchiam postea tenuit. Cer- „ tum est quod Albericus interfecit compatrem suum Wido- „ nem in ponte, cupidus honoris; ideoque optat iste per- „ venisse eum ad culmen honoris sine nece amici ".

Lib. II. p. 391. col. 2. v. 27. *Disperiere. Iubet tandem Lambertícus horror*

Glossa. „ Vacat *tandem*, & est versus de iis qui tibi- „ cines vocantur, quibus datur aliquid ad solam metri su- „ stentationem. Est autem tibicen proprie furca apposita ad „ sustentationem ruentium parietum: unde Iuvenalis ait, de „ incommodis urbis loquens, *Nos urbem incolimus tenui ti- „ bicine fultam.*

Lib. II. p. 392. col. 1. v. 6. *Supponidæ coeunt, Regi sociabat amato*

Glossa. „ *Supponidæ* patronymicum est a patre, & per „ metaplasmum systolen corripitur *po* syllaba, vel per li- „ centiam, quæ est in propriis. Tres autem fuerunt fi- „ lii

„ lii Subponis in prælio, Adalgisus Wifredus & Boso. Lib. II. p. 393. col. 2. v. 2..... *Latium Hadriacis qua clauditur undis,*

Ac labor est sævis gladios prætendere Iberis

Glossa. „ Iberi dicuntur Hispani ab Ibero flumine, a quo „ una Hispania Iberia dicta est. Nam Hispani per Hadria„ ticum mare furtim ad Liguriam, quæ pars est Italiæ, na„ vigantes, maximam inferunt vastitatem; ideoque dixit *qua* „ *labor est sævis gladios prætendere Iberis*. Valesius a librario *Iberis* magno errore scriptum pro *Abaris*, vel *Avaris* putabat: glossa errorem Valesii arguit.

Cod. membran. in fol. Sæc. XV. — C.

Situs et Descriptio Orbis Terrarum. Inc. *Lectionum pervigili cura comperimus* &c.

Aethici Cosmographia inscriptus libellus hic a Iosia Simlero primum editus est Basileæ an. 1575, postque varias editiones, ex recensione Iacobi Gronovii, cum Pomponio Mela denuo impressus Lugduni Batavorum ann. 1685. & 1722. Lectiones a Gronovio ex codicibus manuscriptis enotatas fere omnes hic habet, & alias quoque non magni momenti; desinit in ea verba: *in lato millia XXVI.* pag. 733. lin. 19. edit. Lugd. 1722.

Antonini Augusti Itinerarium.

Initio mutilum incipit.... *rationem, quod Mercurius dicitur, Tingi usque M. P. M. CCCLXXIIII. Russador M. P. M. CCXXVIIII. &c.* Mutilum itidem opus exstat in codice, eodem ex archetypo, ut plane videtur, sæc. XV. accu-

accuratius descripto, quem Ambrosius Contarenus patricius Venetus tunc possedit, postea ex legato Iosephi Farsetii Equitis Baiulivi Hierosolymitani in bibliothecam Marcianam venit; continet autem & quæ sequuntur alia, usque ad opusculum de rebus bellicis. Huius initium est .... *rationem, quod Mercurius dicitur, Tingi usque, mil. plus minus CLXXIIII. Russador millia plus minus CCXXVIIII. &c.* Textus codici hæret a Hieronymo Surita in recensione Itinerarii passim allato, eiuscemodi indicio: *Codex bibliothecæ Neapolitanorum Regum, qui post Cardinalis de Ursinis fuit, anno MCCCCXXVII. exscriptus.* Sequuntur in codice utroque, ut in editione Pomponii Melæ Aldina an. 1518. p. 186. *Septem Montes urbis Romæ, & Nomina Aquarum urbis æternæ.*

LIBER DE MENSURA ORBIS TERRAE.

Etsi liber hic iamdin notus doctorum virorum studia exercuerit; non tamen impressus idem unquam est, neque indoles eius satis comperta. Hanc agnoscere qui cupit, sciat oportet, orbis dimensionem, Theodosii Magni iussu, anno imperii eius XV. (Christi 393.) factam fuisse, rei monumentis scripto tabulæque depictæ commissis. Tabulam in celeberrima illa, quæ Peutingerianæ nomine venit, Franciscus Christophorus Scheybius agnovisse sibi visus est, cum eam denuo, & quidem luculenter, anno 1753. Vindobonæ proferret. Quod a Theodosii Missis scripto traditum est auctor Libri huius de mensura orbis terræ, quem Dicuilum Scotum fuisse ex ipso libro constat, in parte eiusdem priore posuit; iis quæ præsertim de regionum podismatibus a Plinio aliter tradita sunt, passim a se insertis: varia deinde geographica, tum ab antiquis auctoribus, tum aliunde petita, adiecit, quibus partem posteriorem composuit. Quæ ad partem libri præcipuam pertinent hæc Dicuili præfatio declarat:

Post congregatam Epistolam de quæstionibus decem artis Grammaticæ, cogitavi ut liber de Mensura Provinciarum Orbis Terræ sequeretur, secundum illorum auctoritatem, quos Sanctus Theodosius Imperator ad provincias prædictas mensurandas miserat; & iuxta Plinii Secundi præclaram auctoritatem, ipsarum dimensionem volo supplens ostendere. Sed duabus de causis contra temporum rationem scripturam Missorum Theodosii verbis Plinii Secundi ordine scribendi præpono, eo quod illi in duodenis novissime versibus diligentius antiquis fecisse affirmant; & quod exemplaria codicum Naturalis Historiæ Plinii Secundi, quæ scrutatus fui, nimis a scriptoribus ultimorum temporum dissipata pervidi. Sermones quidem prædictorum Missorum, quia minus (supra *nimis*) *vitiose scripti sunt, quantum potuero corrigere curabo. At ubi in libris Plinii Secundi corruptos absque dubio numeros fieri cognovero, loca eorum vacua interim fore faciam; ut si non invenero certa exemplaria, quicunque repererit emendet. Nam ubi dubitavero utrum certi, nec ne, sint numeri, sicut certos crassabo; ut prædictos quisquis veros viderit veraciter corrigat. Nulli stuporem præbere debet, quando numerus millium inter Plinium Secundum & Missos Imperatoris dissentit; quoniam illi, sicut prædixi, quod intentius vere hoc opus perfecerunt, quam veteres, testantur.*

Index Capitum huiusmodi sequitur, quorum quinque priora ad Missorum Theodosii Descriptionem spectant, reliqua ad Dicuili additamenta

I. *De Europa*

II. *De Asia*

III. *De Africa*

IIII. *De Ægypto atque Æthiopia cum illius insulis*

V. *De longitudine ac latitudine orbis terræ, versibusque Missorum.*

VI. *De quinque fluminibus & aliis.*

VII.

VII. *De aliquibus nominatim insulis*.

VIII. *De latitudine & longitudine Tyrrheni maris*.

VIIII. *De sex montibus*.

Deinde Missorum Theodosii textus a Dicuilo interpolatus, sub hoc initio adest: *In quintodecimo anno regni Imperatoris Theodosii præcepit ille suis Missis provincias orbis terræ in longitudinem & latitudinem mensurari*.

Terrarum orbis tribus dividitur nominibus, Europa, Asia, Lybia: quod Divus Augustus primus omnium per Chorographiam ostendit. Principium ergo erit omnibus ab Europæ freto, quem locum Græci Heracleos telas (Ἡράκλειος στήλας) *appellant* &c. Finis est: *Si numeremus præscriptam longitudinem ab Orientali parte Indiæ, usque ad Gades insulas, per milliaria signa; verbi gratia per lapides milliarios terminantes; singuli singula millia passuum VII. & DCXXX. erunt: latitudinem vero a Septentrionali in Australem III. & CCCXLVIII, prætermissis prædictis partibus intolerabilis frigoris atque caloris. Mensuratio Orbis finit*. Sequuntur

Duodecim Versus prædictorum Missorum de imperante Theodosio hoc opus fieri.

Horum primus *Hoc opus egregium, quo mundi summa tenetur* &c. Ii nimirum sunt quos Dicuilus in præfatione innuit, iamdiu editi, ut infra commonstrabo: in codicibus autem Marcianis lectionem Regii Parisiensis retinent.

Orbis Descriptionem Theodosii iussu litteris traditam, ab iis quæ Dicuilus de suo adiecit distinctam; fortasse vidit Beatus Rhenanus; in præfatione siquidem ad Procopii Historiam de bellis Gothorum & Persarum an. 1531. Basileæ impressam, scribit: *Adiuvant nos duæ quædam orbis descriptiones, quarum altera iunioris Theodosii iussu facta est, nisi fallit titulus, altera non multo posterior videtur. In Theodosiana sic legitur: Germania omnisque Gotthia finium*

tur ab Oriente flumine Huistia, ab Occidente flumine Rheno, a Septentrione Oceano, a Meridie flumine Danubio, &c. Altera illa Descriptio, ubi initium Europae facit a Tanai flumine, sic habet: Huic ab Oriente Allania est, in medio Dacia, ubi & Gotthia, deinde Germania. Prior locus in textu Missorum Theodosii ad litteram est: posterior in Cosmographia sub Æthici nomine vulgata. In potestatem Marci Velseri liber Dicuili cum venisset, licet iustum ei pretium non statuisse idem visus sit (*Epist. ad Hoeschel. Oper. p.791.*); tamen Baronio Cardinali copiam fecit (*Scheyb de Tab. Peuting. Cap. II, p. 24.*) itidemque Paulo Merulæ, cui apographum manu propria sumptum misit (*Merul. Cosmograph. P. II. Lib. I. Cap. I. & Lib. IV. Cap. 2.*). Missorum Theodosii Descriptio Salmasio postea ad manus fuit; quem, nullo Dicuili additionum indictio facto, in Exercitationibus Plinianis, tum aliis in locis, tum præsertim p. 58. attulit, scribens: *At Theodosii Missi, qui quintodecimo imperii eius anno omnes provincias orbis Romani mensuraverunt, de Italiæ longitudine ac latitudine hæc retulerunt &c.* Iacobum quoque Gothofredum, Cangium, & Harduinum eandem, & quidem cum additamentis Dicuili, in codice Regio Parisiensi vidisse constat: quorum primus Carmina Missorum Theodosii, a Matthæo Radero iam edita (*in Histor. Theodosii, Monachii, 1614. 4. Cap. 4.*), ad eius fidem protulit; secundus eadem repræsentavit ac fere totam Dicuili præfationem edidit (*Constantinopolis Christ. Lib. I. Cap. XX.*); tertius ad Historiam Plinii Naturalem illustrandam alicubi librum adduxit, Dicuili tamen & Missorum Theodosii verbis suo sub titulo raro admodum allatis (*T. I. p. 124. 223. 347. &c.*). Translata etiam Carmina sunt in Anthologiam Petri Burmanni iunioris, cum commentario Gerardi Meermanni in eadem (*T. II. p. 391.*); ac demum inter Poetas Latinos Minores Wernsdorffii, a quo sunt annotatio-

tionibus illustrata (*T. V. p.* 533.). A Wesselingio (*Praefat. in Vetera Romanor. Itiner.*) & a Scheybio repetita ea sunt: immo vero hic Dicuili codicem Regium Parisiensem ex accurata Danielis Schoepflini relatione demonstravit (*Dissert. de Tabula Peutinger. Cap. II. p.* 24.).

At vero, quod geographiae antiquae potissimum intererat, textum Missorum Theodosii integrum nemo in lucem protulit, *Dimensuratio* namque *Provinciarum*, quam in codicibus duobus Vaticanis saec. XV. sub eo titulo a se repertam Emanuel a Schelstrate edidit Tomo II. p. 525. Antiquitatis Ecclesiae illustratae, anno 1697. Romae impresso, & Missorum Theodosii scriptum esse Wesselingius putavit (*Praef. cit.*), in locis equidem nonnullis syllabatim ei respondet; sed alia aliter habet, alia praeterea continet, fere omnia corruptissima. Hinc ex utilitate veteris ipsius geographiae esset monumentum hocce Theodosianum ad fidem Codicum MSS. ac praesertim Parisiensis, qui saeculo X. posterior non est, recensere, lectionis a Salmasio & Schelestratio in fragmentis allatae habita etiam ratione; illudque a Dicuili additamentis & interpolationibus distinctum in lucem emittere. Utrumque autem scriptum locum haberet suum inter Geographos minores, de quibus simul edendis consilia patent Abrahami Iacobi Penzelii in Bibliotheca Nova Gottingensi Io. Caroli Volborthi an. 1782. T. I. p. 175. & Baronis de Sainte Croix in *Iournal des Savans*, *Mai* 1789. *p.* 217.

Quae Dicuilus, praeter interpolationes textus Missorum Theodosii, de suo adiecit, haec sunt. Ad versus Missorum proxime scribit: *Non debet mirari quod in primo loco septimi & octavi versus istorum amphimacrus scriptus est; quoniam, ut reor,* (factum est) *non imperitia, sed auctoritate aliorum poetarum, & maxime Virgilii, quem in talibus causis noster simulavit Sedulius; qui in heroicis carminibus raro pedes alienos ab illis posuerunt*. Deinde: *Iuxta Plinium*

Secundum numerorum loca, quæ in Prologo prædixi relinquere vacua, repertis illis, supplevi. Sed quisquis meliora exempla invenerit, videat, si placuerit, ne piget corrigere fuerit.

Sequuntur iuxta Indicem Capitum post præfationem positum, VI. *De quinque fluminibus & aliis*, de Nilo, de Euphrate, de Tigri, de Gange, de Istro, deque minoribus aliis. De quinque maioribus excerpta ad litteram exstant Plinii & Solini, qualia sub titulo *Excerptorum Veterum Solini* Salmasius affert (*Exerc. Plin. p.* 177. 238. 295. 299.). Longitudinem & latitudinem quorundam Dicuilus adiicit; at undenam acceperit, non denotat. De Nilo dum tractat, hæc ait: *Quanquam in libris alicuius auctoris fluminis Nili partem in Rubrum Mare exire nequaquam legimus; tamen affirmans fidelis frater meo magistro Suibneo narravit coram me (cui, si profeci quicquid, post Deum imputo) quod adorationis causa in urbe Hierusalem, clerici & laici habitaria* (*f.* a Britannia) *usque ad Nilum velificaverunt. Deinde in Nilo longe navigando septem horrea, secundum numerum annorum abundantiæ, quæ sanctus Ioseph fecerat, de longinquo admirantes, tanquam montes viderunt; quatuor in uno loco, ac tria in altero. Hinc ad horrea tria miraculi causa vadentes, leonem & octo homines, viros atque feminas, iuxta illa mortuos invenerunt. Leo sua fortitudine occidit illos: illi hastis & gladiis ipsum interfecerunt; quia deserta utraque loca sunt, in quibus horrea septem constructa fuerant. Post hoc diligenter considerando tria horrea iterum mirabantur a principio fundamenti usque ad finem altitudinis illorum omnino lapidea fieri: Illa in inferiore parte quadrata facta sunt, in superiore vero rotunda. In fine sublimitatis quasi gracile acumen habent. Post hæc prædictus frater unum latus unius horrei ab angulo usque ad alterum pedibus quadringentis mensuravit. Deinceps intrantes in naves in Nilo flumine us-*

usque ad introitum Rubri Maris navigaverunt. Ex illo portu ad Orientalem plagam usque ad Moysi viam, per Rubrum Mare, parvum est spatium. Ille mensurator lateris horrei ire usque ad portum, in quo introivit Moyses cum suo populo in mare, voluit; non solum ut intrasset portum, sed ut in eo vestigia curruum & rotarum orbitas Pharaonis cerneret: nautæ illi non consenserunt. Latitudo maris in eodem loco quasi VI. *sibi visa est. Inde in Occidentali parte Rubri Maris, hoc est in Sinu extendente se longe in Septentrionalem partem, velivola festinatione navigarunt. Illud est mare quod murmurantem populum Israel in deserto coarctavit, ne in terram Ægypti regredi potuisset. Non mirum est unum fluvium in diversa flumina dividi. Cuius latitudo maxime in Ægypto magno Ponto comparatur; ut Priscianus in tertiodecimo libro parabolando dicens monet:* Ut si aspicientes mare, dicamus talem esse Nilum. *Hodie in Cosmographia, quæ sub Iulio Cæsare & Marco Antonio Consulibus facta est, scriptam inveni partem Nili fluminis exeuntem in Rubrum Mare iuxta civitatem Olivam & Castra Mosei. Quisquis longitudinem Nili cognoscere desiderat, sciat prius quot millia ab Occidentali parte Africæ, usque ad Orientalem plagam Ægypti numerantur; inde usque ad ostium, per quod pars illius iuxta castra Mosei & civitatem, quæ nuncupatur Oliva, vadit in Mare Rubrum: vel si longius voluerit, usque ad Pelusiacum ostium, per quod altera ipsius pars in Tyrrhenum mare intrat: aut si usque ad finem fere totius plenitudinis eius computaverit, in Canopico ostio terminabit; sed longius ad Pelusiacum. Latitudo istius fluvii, per quem Nilus dilatatur, non reperi.*

Cosmographiæ sub Iulio Cæsare & M. Antonio Coss. factæ nomine libellus, qui sub Æthici nomine circumfertur, est accipiendus; idque tum eius præfatio, tum alia de fluminibus minoribus, quæ ex eo sumpta Dicuilus inferius adducit,

cit, præsertim ostendunt. Licet vero utrobique non eadem verba semper sint, ac interdum res etiam in alterutro desint, id minime dicto adversatur; cum Æthici libellum interpolatum, immutatum, truncatum, auctum a variis fuisse iam constet; ut proinde Theodorus Ryckius ad Paulum Vindingium scripserit: *Æthicum a vulgato diversum promisit olim Salmasius in notis ad Historiam Aug.* 140. *ex Thuanæ bibliotheca, ni fallor, & Danielis Schedis. Memini etiam me vidisse codicem Æthici MS. in bibliotheca Vossiana a publicato diversum* (apud Io. Deckherrum De scriptis adespotis &c. p. 395.).

De fluminibus minoribus aliis pauca Dicuilus addit hoc initio: *Hæc de prætitulatis quinque fluminibus congregatim scripta sunt. Brevius de sequentibus fluviis ex Cosmographia tantum prædicta, nuper in meas manus veniente, excerpetur.*

Fluvius Iordanis nascitur sub Libano monte circumiens eum, vergit in lacum Tiberiadem, de eo exiens ad Scythopolim; quam secans mediam, & ab ea exiens, effunditur in mare mortuum. Currit per millia DCCXXII. In his quoque verborum differentia ab Æthici editione est, cursu fluminis adiecto.

Absque ulla distinctione Caput VII. sequitur, in Indice inscriptum *De aliquibus nominatim Insulis*. Hoc Plinii, Solini, Prisciani, Isidori excerpta conficiunt: quæ sequuntur, veluti sibi satis comperta, auctor inseruit.

Circum nostram insulam Hiberniam sunt insulæ; sed aliæ parvæ, atque aliæ minimæ. Iuxta insulam Britanniam multæ; aliæ magnæ, aliæ parvæ, aliæque mediæ. Sunt aliæ in Australi mari, & aliæ in Occidentali; sed magis in parte Circii & Septentrionis illius abundant. In aliquibus ipsarum habitavi, alias intravi, alias tantum vidi, alias legi, . . .

Iulius Solinus de Britannia loquens in Collectaneis ita scripsit:

psit: Thile ultima, in qua æstivo solstitio, sole de Cancri sydere faciente transitum, nox nulla: brumali solstitio perinde nullus dies. *Trigesimus nunc annus est, a quo nuntiaverunt mihi Clerici, qui a Kalendis Februarii usque ad Kalendas Augusti in illa insula manserunt, quod non solum in æstivo solstitio; sed in diebus circa illud, in vespertina hora, occidens sol abscondit se quasi trans parvulum tumulum; ita ut nihil tenebrarum in minimo spatio ipso fiat; sed quicquid homo operari voluerit, vel pediculos de camisia abstrahere, tanquam in præsentia solis potest: & si in altitudine montium eius fuissent, forsitan nunquam sol absconderetur ab illis. In medio illius minimi temporis medium noctis fit in medio orbis terræ. Et sic puto e contrario in hyemali solstitio, & in paucis diebus circa illud auroram in minimo spatio in Thile apparere, quando meridies fit in medio orbis terræ. Et idcirco mentientes falluntur qui circum eam concretum fore mare scripserunt, & qui a vernali æquinoctio, usque ad autumnale, continuum diem sine nocte; atque ab autumnali versa vice, usque ad vernale æquinoctium, assiduam quidem noctem; dum illi navigantes in naturali tempore magni frigoris eam intrabant, ac manentes in ipsa dies noctesque semper, præter solstitii tempus, alternatim habebant. Sed navigatione unius diei ex illa ad Boream congelatum mare invenitur.*

Sunt aliæ insulæ multæ in Septentrionali Britanniæ Oceano, quæ a Septentrionalibus Britanniæ insulis duorum dierum ac noctium recta navigatione, plenis velis, assiduo feliciter vento, adiri queunt. Aliquis presbyter religiosus mihi retulit, quod in duobus æstivis diebus & una intercedente nocte, navigans in duorum navicula transtrorum, in una illarum intravit. Illæ insulæ sunt aliæ parvulæ, fere cunctæ simul angustis distantes fretis, in quibus in centum ferme annis eremitæ ex nostra Scotia navigantes habitaverunt. Sed

sic-

sicut a principio mundi desertæ semper fuerunt; ita nunc, causa latronum Nortmannorum, vacuæ Anachoritis; plenæ innumerabilibus ovibus ac diversis generibus multis nimis marinarum avium. Nunquam eas insulas in libris auctorum memoratas invenimus.

Animadversione dignus est locus de elephante, a Salmasio (*Exercit. Plin. p. 165. col. a*) sic allatus: „ Incertus „ auctor, qui excerpta ex Plinio & Solino consarcinavit, „ Solinum etiam hoc nomine reprehendit, ac revincit testi„ monio καὶ αὐτοψίᾳ totius Gallicani populi: *Idem*, in„ quit, *Iulius de Germania insulisque eius unum de insulis* " (Cod. *nuntiando de Germania insulisque eius, unum de elephantibus*) „ *mentiens, falso loquitur, dicens elephantem nun„ quam iacere, dum ille, sicut bos, certissime iacet; ut po„ puli communiter regni Francorum elephantem in tempore „ Imperatoris Caroli viderunt. Sed forsitan ideo hoc de ele„ phante æstimatum est, eo quod genua & suffragines eius, „ nisi quando iacet, non* (Cod. *palam*) *apparent* ".

Latitudinem ac longitudinem Tyrrheni maris, Capitis VIII. argumentum, auctor explicat testimoniis Missorum Theodosii, Plinii, Solini, Prisciani, Servii, Orosii, Isidori, non iis tamen inter se recte connexis. Tractationis initium: *Post hæc Tyrrheni maris latitudo, in quot millibus passuum dilatatur, hic scribi congruit. Secundum Missos Theodosii longitudo Syriæ ab Australi minoris Asiæ incipit, ac tangens Arabiam & inferiorem Ægyptum finitur: in quo spatio CCCCLXX. passuum fieri scripserunt. Ipsa est iuxta Syriam latitudo maris Tyrrheni, cuius longitudo ab insulis Gadibus, usque ad Syriam amplior extenditur, quam longitudo Europæ vel Africæ.*

Britanniæ magnitudinem, licet in Capitis titulo non dictam, Dicuilus addit hoc initio: *Latitudine maris Tyrrheni quater metata, ad metandam Britanniam stilum vertere cona-*

nabor. Et hic quoque Solini ac Plinii verba coniuncta sunt, cum huiusmodi fine: *Plinius Secundus in secundo libro dicit: Octogenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus Pytheas Massiliensis auctor est. In Cosmographia legitur quod Salinarum lacus in Africa, qui est in Tripolitana provincia, & in regione Bozacio* (Byzacio), *in lunari mense crescit atque decrescit*. Nihil tale in Cosmographia Æthici est. Insunt attamen enumerationes marium, insularum, montium, provinciarum, oppidorum, fluminum, gentium, quæ in singulis orbis partibus exstant; facta a Diculilo ex eo libello exscriptione, non sine numerorum differentia, omniumque summa ita confecta: *Omnis orbis habet maria XXIX. insulas LXXII. montes XL. provincias LXV. oppida CCLXXXI. flumina LV. gentes CXVI.*

Ad finem operis Diculus accedens: *Post hæc*, inquit, *novissime in cacumina montium ascendam*. Iuxta Capitis IX. titulum, de sex montibus disserit, Olympo, Atho, Atlante, Pelio, Pirenæo, Solario. Plinii, Solini, Isidori dicta coagmentat; reprehensionem tamen in Solinum, quam postea Salmasius fecit (*Exercit. Plin. p.* 207.), hisce præoccupans. *Duo hic quasi contraria Iulius Solinus de Atlante monuit*, *quod* ultra nubila caput condit, qua ad Oceanum extenditur, *&* *quod* vertex eius semper nivalis. *Si vertex eius semper nivalis est, transcendere super nubes non potest. Et si nubes semper altitudo illius excedit, non solum nunquam tegi, sed nec tangi nivibus valet; nives etenim & grandines ac pluviæ atque tonitrua fulminaque non ascendunt a nubibus, sed semper de nubibus descendunt. In eo quod innuit, quod* eductus in vicinia lunaris circuli, ultra nubila caput condit, qua ad Oceanum extenditur, *manifesto instruit in aliquibus pinnis Atlantem transcendere nubes, quarum circum latera nives tanquam coronam facere puto. Et cum Isidorus tacuit illum transire altius nubes, quod vix excedat ipsas*

psas existimo. Ac dum Iulius verticem eius niveam semper esse scripserat, in aliquibus plagis, altitudinis sui inferioribus, prædictis nivibus semper tegi monstratur. Quæ duo climata in quarto Æneidos Virgilius ostendit aiens:

Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila. Namque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulsatur & imbri;
Nix humeros infusa tegit; tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

In tertio versu huius exempli præscripto altissima cacumina dixisse autumo: in aliis succedentibus, ipsa inferiora monstrasse opinor.

Tractationem de montibus, librumque totum auctor carminibus hisce concludit:

Dicuil accipiens ego tracta auctoribus ista,
Pauca loquar senis metro de montibus altis.
Summus Athos, Atlas nubes transcendit, Olympus:
Pulvere ob hoc squallent terna alta cacumina quorum,
Montibus ambobus sed celsior instat Olympus.
Atlas inferior prædictis montibus altis:
Inde corona caput cingit sublime nivalis:
Mons medius tendens excelsa cacumina cœlo
Undecies imbris obscurat millia septem.
Exta anno integro divo custodit Olympus,
Immaculata tenens oblata in vertice summo.
Non alios legimus montes excedere ventos.
Sublimem Atlantem torret sol fervidus Austri:
Iam binos alios Aquilonis frigus adurit.
Afri Atlanta tenent Adonargi, Græcus Olympum.
Arduus occiduas Atlas custodit arenas.
Grandis Alexandri tellus hos servat avita.

Fri-

Frigus in excelsis est, fervor solis in imis,
Et medium spatium fovet Eronne serenus
Atlantis triplicis fundentis flumina curva
In partes Euri, Zephiri, Boreæque, vel Austri.
Quinquaginta semel centum bis millia super
Mons Pelion tollens caput inter nubila condit.
Quinque Alpes decies transfigunt millia sursum.
Solurius summo scandens it vertice cælo,
Mensuram haud legi cuius quot millia complent.
Thessalus, atque Italus, Hispanus possidet ipsos.

Auctoris itaque nomen ex carmine horum primo cognoscimus. Eundem aliquando Hibernum, aliquando Scotum se appellavisse, in allatis testimoniis videmus. Recte ubique, cum Scotiam olim Hiberniam dictam, eaque in regione litteras medio ævo admodum excultas fuisse, Usserius (*Præfat. in Syllog. Veter. Epistol. Hibernic.*) & Arevalus (*Prolegomen. in Sedulium p. 6.*) præsertim demonstraverint. Inde *Cosmographia Scoti* volumen hoc totum in fine ea de caussa dictum fuisse videtur; quod scilicet, cum libri de Mensura Orbis Terræ auctor Scotus appareat, idem etiam monumentorum omnium eo contentorum collector habitus fuerit.

Suibnei se discipulum Dicuilus facit. Ac Thomas quidem Tannerus in Bibliotheca Britannica p. 698. hæc habet: „ *Suibneus*, sive *Swifnethus* anachoreta Clonmacnoisensis. „ Scribam optimum vocant Annales Ulton. *Præcipuus Do-* „ *ctor qui inter Scotos fuit*. Chronic. Saxon. Gibsoni p. 91. „ *Vir in quæstionibus super Ascensione Dominica versatissi-* „ *mus*. In Angliam veniens anno 891. ad Regem Ælfredum „ litteratorum patronum in itineris initio obiit. Vide Hist. „ & Antiq. Oxon. I. 15. War. p. 46. " Si tamen hic revera anno 891. mortem obiit, de alio Suibneo Dicuili magistro cogitandum esse videtur. De ipso autem Dicuilo hæc Tannerus habet (p. 227.): „ *Dicuil* alias *Dicul*. Hiber-

„ num

„ num fuisse ex verbis ipsius colligit Waræus: *Circum no-*
„ *stram*, inquit, *insulam Hiberniam sunt insulæ, sed aliæ*
„ *parvæ, aliæ minimæ. Scripsit Librum de mensura pro-*
„ *vinciarum orbis terræ, secundum illorum autoritatem* (ut
„ ipse loquitur) *quos Sanctus Theodosius Imperator ad pro-*
„ *vincias prædictas mensurandas miserat*. MS. exstat. Vi-
„ de MS. Cotton. Vespas. E. VI. 4. *De X. quæstionibus*
„ *artis grammaticæ*. Videtur vixisse & scripsisse sub exitum
„ sæculi octavi; nisi eundem fuisse suspicemur cum Dicola
„ Sapiente, quem anno 710, idest æræ nostræ 711. mor-
„ tem obiisse docent Annales Ultonienses. War. p. 38. “

Dicuilum fuisse monachum vero simillimum est, atque ab alio itidem monacho populari suo nomen hausisse, de quo Beda in Historia Ecclesiastica gentis Anglorum, res ab an. 678. ad an. 685. enarrans scribit (*Lib. IV. Cap. 13.*): *Erat autem ibi* (in provincia Australium Saxonum) *Monachus quidam de natione Scotorum, vocabulo Dicul, habens monasterium permodicum, in loco qui vocatur* Bosanhamm, *silvis & mari circumdatum, & in eo fratres quinque, sive sex, in humili & paupere vita Domino famulantes. Sed provincialium nullus eorum vel vitam æmulari, vel prædicationem curabat audire*. Nostri ætatem in sæculum octavum incidisse cum Cangio & auctore Catalogi MSS. bibliothecæ Cottonianæ statuit Schoepflinus apud Scheybium (*Lib. cit. p. 25.*); qui etiam codicem Parisiensem operis de Mensura Orbis Terræ sæculo decimo recentiorem non esse, æque ac auctor Catalogi Codicum illorum impressi, affirmat. Accedit, Carminibus de Montibus in codice, de quo scribo, necnon in Marciano & Laurentiano, immediate hocce tetrastichum subiectum esse, immo, cum iis una veluti eademque scriptione coniunctum:

Post octingentos viginti quinque peractos
Summi annos Domini, terræ æthere carceris atri
Semine triticeo sub ruris pulvere tecto,
Nocte bobus requies largitur fine laboris.

Frequentissime a librariis carmina einscemodi adiici consuevisse, qui codices evolvunt iam norunt. Nihil tamen faciebat, ne auctores etiam ipsi adscriberent. Illud certe ex dictis restat, post annum 814, quo Carolus Magnus obiit, neque serius anno 825, confectum opus fuisse.

Codices, qui Dicuili opusculum contineant, non multi supersunt. Præter Parisiensem, qui saltem antiquitate ceteris præstat, & Cottonianum, alius exstat relatus in Catalogo Librorum Christiani Gottlib. Schwarzii an. 1769. Altorfii impresso (*P. II. pag.* 11.). Huic, de quo scribo, respondet Marcianus, sæculo XV. accuratius eo exaratus, a Thoma Iosepho Farsetio Equite Baiulivo Hierosolymitano, cum aliis Codicibus suis Manuscriptis bibliothecæ ipsi Marcianæ legatus; qui etiam ab anno 1771. innotuit ex allatis a me in opella *Biblioteca Manoscritta Farsetti* (*T. I. p.* 37. *T. II. p.* 251.). Exemplar bibliothecæ Gaddiorum Florentinæ fuse descripsit anno 1776. Ioannes Targioni Tozzetti T. IX. p. 165. operis sui inscripti *Relazioni d' alcuni Viaggi fatti in diverse parti della Toscana*. At mutila & corrupta admodum esse quæ Targionus ex libro male habito dedit, ac falsa etiam nonnulla ab eo dicta, codices a me inspecti ostendunt. Transiit postea codex Gaddianus in bibliothecam Laurentianam, atque a Bandinio est relatus in Catalogo T. III. p. 330. ubi sæculo XV. adiudicatur.

ANNUNTIATIONES PROVINCIARUM URBIUM GRAECARUM ET PINNARUM (*leg.* POENINARUM) VEL GALLICANARUM

CUM PRIVILEGIIS SUIS. Inc. *Civitas Centronium Tarantasia* &c.

Libellus est Provinciarum Romanarum, quem post alias editiones Abrahamus Gronovius dedit inter Varia Geographica, Lugduni Batavorum anno 1739. impressa. Aliter tamen codex habet. Adsunt quæ a pag. 48. ad pag. 57. editionis exstant, deinde quæ a pag. 25. ad pag. 38: cetera desunt.

DE MONTIBUS PORTIS & VIIS ROMAE. De opere *Sexti Pompei Festi* excerpta sunt.

DE REBUS BELLICIS, DE INHIBENDA LARGITATE, ALIISQUE, AD SACRATISSIMOS PRINCIPES. Ut in editione Basileensi anni 1552, cum Notitia Dignitatum Imperii, eadem omnino lectione, non eadem tamen figurarum forma; quæ in editione antiquitatis vestigiis destituta apparet, secus atque in codice sit. In editione Parisiensi Labbæi anni 1651. lectio Basileensis repræsentata est, sine figuris. Idem etiam quoad opuscula, quæ sequuntur, servatum fuit.

ALTERCATIO ADRIANI IMP. ET EPICTETI.

DESCRIPTIO URBIS ROMAE, & DESCRIPTIO URBIS CONSTANTINOPOLITANAE.

Utraque edita Basileæ cum Notitia Imperii: prior post editiones varias in tomo tertio Antiquitatum Romanarum Grævii recusa: posterior quoque in tomo quarto Antiquitatum Græcarum Gronovii cum Topographia Constantinopolis, Petro Gyllio auctore.

DE GRADIBUS COGNATIONUM Inc. *Gradus cognationum appellantur ab eo quod persona cognatorum, alia proximiore, alia*

aliæ longiore gradu sunt &c. Ut in Codice Gaddiano, posteà Laurentiano.

NOTITIA DIGNITATUM IMPERII UTRIUSQUE.

Insigne hoc eruditionis antiquæ monumentum se Romæ apud Maffæios tractavisse Pierius Valerianus prodit in libris de Hieroglyphicis, tum alibi, tum præsertim libro XV, hæc ad Achillem Maffæium scribens (*edit. Basil.* 1567. *p.* 113): *Antiquæ militiæ vestigia quædam habentur apud vos Maffæos Romæ in Canone quodam circa Theodosii tempora, & aliquanto etiam prius confecto, in quo militum omnes ordines recensentur, gestaminaque ipsa suis etiam coloribus picta conspiciuntur, quæ quisque manipulus turmaque ex quadrupedibus, vel alitibus, vel ex colorum varietate signa sibi desumpsissent.* Qui primus tamen illud in lucem protulit, Andreas Alciatus fuit, suoque de Magistratibus civilibus & militaribus officiis adiecit. Factam editionem fuisse anno 1528, sunt qui putent: cuius ego editionis exemplar, uti Labbæus quoque, frustra quæsivi. At saltem biennio post Lugduni impressus ipse libellus est, & inter opera Alciati omnia postea repræsentatus. Titulum huiusmodi Alciatus imposuit *Index Dignitatum civilium militariumque in Oriente & Occidente*: sectionum titulos sæpe contraxit, figuras omnes prætermisit, hæc de opere scripsit: *Constantinus Romanorum civium coloniam cum Byzantium transtulisset, sedem quoque eam urbem Orientalis Imperii esse voluit, provinciasque certis limitibus designavit, quibus suos magistratus dedit, militiamque ordinavit; cuius rei formulam, a successoribus quoque observatam, ex antiquo eodemque innominato auctore referemus.* In Parergis autem Iuris *Breviarium Theodosii iunioris* appellat (*Lib. V. Cap.* 13.). Integrum postea opus veluti ex *ultimis Britanniis*, *antiquariorum studiis*, *repetitum*, Sigismundus Gelenius anno 1552. Basileæ typis Frobenia-

nianis protulit, inscriptum *Notitia utraque, cum Orientis, tum Occidentis, ultra Arcadii Honoriique Cæsarum tempora, illustre vetustatis monumentum, immo thesaurus prorsum incomparabilis*. Ex codice autem a Mariano Scoto Monaco Fuldensi descripto editionem hanc prodiisse, qua fide Pancirolus in præfatione editionis suæ scripserit, nequaquam video. Haud satis equidem bonus a Gelenio textus prolatus est: atque armorum, instrumentorum, signorum militarium, vestium, rerumque aliarum omnium figuræ immutatæ, iisque pro antiqua forma recens quædam inducta.

Nihilo meliores hæ in editione Veneta anni 1593. & 1602. apparent: opus tamen ipsum ad codicum MSS. fidem est a Guido Pancirolo recensitum, & fuso ac eruditionis pleno commentario illustratum. De codicibus a se adhibitis hæc Pancirolus in præfatione scripsit: *Sed multis mendis scatens, & aliquot, ut puto, membris trunca Notitia in lucem prodiit; quam ex collatione duorum exemplarium manuscriptorum in quibusdam restitui: neque enim impresso codice multo meliora inveni. Horum alterum illius exemplar est quod apud Maphæos Romæ se legisse Pierius Valerianus scribit, ex eoque aliquot militarium ordinum signa recitat, quæ in nonnullis ab aliis differunt. Fuit is liber anno salutis 1436. ex vetustissimo codice Spirensis bibliothecæ a Petro Donato Patavii Episcopo extractus, cum ipse Basileensi Synodo nomine Eugenii IV. præsideret, ut in eius voluminis fine ipse testatur, quem in provinciarum, ut credo, magistratibus & pictis imaginibus deceptus, parum sciite Scoti Cosmographiam appellat.*

Lugdunensis editio anni 1608. cum commentario Panciroli Francisci Rhuardesii annotationibus, & Guillelmi Marani quadruplici Indice sequuta est; ac Genevensis etiam anni 1621. exstat, si Fabricio fides (*Bibl. Lat. Lib. IV. Cap. V. n. 6.*). Luculentissimam editionem cum Historiæ Byzantinæ Scriptoribus Philippus Labbæus moliebatur: at nonnisi mino-

norem aliam dare potuit, Parisiis anno 1651. factam, quâ opus denuo recensitum & varietate lectionis auctum, sine tamen figuris & sine commentariis recusum est. Hoc demum in volumine septimo Thesauri Antiquitatum Romanarum Grævius exhibuit, cum commentario Pancіroli, & figuris omni fere antiquitatis habitu destitutis, atque ad artificis voluntatem mirifice deformatis.

Codices manuscripti, qui textum integrum contineant, figuris etiam depictis instructum, longe rarissimi sunt: ii autem ab uno eodemque Spirensi prodiisse videntur; quem deperditum esse Nicolai Heinsii epistola suadet (*Syllog. Burman. T. IV. p. 149.*). Eius exemplar Petrus Donatus Venetus, Episcopus Patavinus, monumentorum veterum cupidus, sibi confici curavit anno 1436, cum Concilio Basileensi præesset; illud autem hoc ipsum esse, de quo scribo, absque ullo titulo, accurate descriptum, & figuris ad antiquitatis normam expressis ac depictis, annotatio in fine voluminis posita, quam & ipsam inferius afferam, aperte declarat.

Codicem Maffæiorum, cuius exemplar a Fulvio Ursino possessum Pancirolus ad manus habuit, eandem annotationem habuisse, allata eius verba demonstrant: quin etiam exscripta eadem est in codice Romano, olim Petri Victorii, pro bibliotheca Monachiensi, Caroli Theodori Electoris Bavariæ iussu, coempto; qui veluti idem cum Ursiniano a Pancirolo adhibito relatus est in Specimine historico litterario originis & incrementi bibliothecæ Electoralis Monachiensis, auctore Gerhoo Steigenberger, Latine ex Germanico a Francisco Antonio Vitale reddito, & Romæ an. 1785. impresso (*p. 53.*). Neque ex alio, quam ex Spirensi, codice editio Basileensis ducta videtur, cui exemplar hoc Venetum potissimum respondet, licet varias lectiones vel codicis Maffæiani, vel Ursiniani identidem admittat, & ab utroque etiam interdum discedat, librariorum potius licentia, quam alia de caussa. Frequen-

quentissime additamentum accedit in fine segmentorum de peculiarium dignitatum titulis, quale ad Caput 143. dignitatum Orientis in codice Maffæiano & alio esse Pancirolus annotaverat scribens: „ In codice manuscripto est in fine notatum „ *Dux Lybiarum III.* idest tertius numero Præfectus rei mi„ litaris: & hæc verba litteris rubeis in suo codice scripta „ esse Benedictus Maffæus, vir nunquam satis laudatus, mi„ hi pro sua singulari humanitate significavit ". Civitatum nomina, quæ sæpe in editione genitivo casu posita sunt, puta Cap. 146. *Animothæ*, *Tricomiæ*, *Tizæ* &c. in codice nominativo casu esse solent, veluti a præcedentibus verbis seiuncta. In tabulis quoque figurarum differentia gravis nonnunquam est. Pro ea quæ in editione Basileensi exhibetur, itidemque in aliis repræsentatur, cum titulo *Insignia viri illustris Magistri Officiorum in Occidente*, in codice tabula exstat, quæ in editionibus obiicit *Insignia viri illustris Magistri Officiorum in Oriente*: huius autem loco tabula in codice exstat, ei quidem ex parte similis, at quæ clypeos sex habet, supra autem FABRICAE.

De scriptione codicis annotatio huiusmodi accedit: *Exemplata est hæc Cosmographia, quæ Scoti dicitur, cum picturis, ex vetustissimo codice, quem habui ex Spirensi bibliotheca anno Domini M.CCCC.XXXVI. mense Ianuario, dum ego Petrus Donatus Dei patientia Episcopus Paduanus vice Sanctissimi Domini Eugenii Papæ IIII. Generali Basiliensi Concilio præsiderem.*

Eodem charactere, quo codex totus, sequitur

DEMENSURATIO PROVINCIARUM QUAE NON ERAT IN PRAECEDENTI CODICE, SED DE ANTIQUISSIMO LIBRO EXCERPTA. Inc. *India ulterior finitur ab Occidente Oceano Ægeo* &c.

Farrago rerum geographicarum est, in codice Laurentiano co-

eodem sub titulo descripta, itidemque in Vaticanis duobus ; ad quorum fidem Schelestratius an. *1697.* typis edidit T. II. p. 525 Antiquitatis Ecclesiæ a se illustratæ, iisdem tamen exhibitis lectionibus admodum vitiosis, quæ in hoc etiam codice apparent. In fine voluminis totius alia manu adiectum est

Cyriaci Anconitani Opusculum de septem Mundi spectaculis, ex Gregorio Nazianzeno sumptum, Græce ac Latine scriptum; quod sibi missum Petrus Donatus ut adiiceretur curavit. Huiusmodi vero est.

Γρηγόριος ὁ Θεόλογος περὶ ζ' Θεαμάτων.

Ἐν μὲν αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Θῆβαι, οὐχὶ κατὰ τὰς ἐν Ἑλλάδι ἑπταπύλοι, ἀλλὰ ἑκατοντπύλοι, τείχη ἔχουσαι περικαλλῆ καὶ ἀξιοθαύματα.

Δεύτερος δὲ τὰ Βαβύλωνος τείχη, ἃ Σεμίραμις κατεσκεύασεν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, περίμετρον ἔχοντα σταδίων υπ'. ὕψος δὲ πηχῶν σ'. πλάτος δὲ ν'.

Τρίτος ὁ ἐν Καρίᾳ τάφος, ὃν Μαύσολος ὁ τῆς χώρας δυναστὴς μέγιστον καὶ ποικίλον καὶ πολυτελέστατον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν·

Τέταρτος αἱ πυραμίδες οἰκοδομήματά τινα ἐν Αἰγύπτῳ

Πέμπτον ὁ ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸς, εἴδωλον Ἀπόλλωνος πάντων μέγιστον. τινὲς δέ φασι κίονα εἶναι τοῦτο χαλκοῦν παμμεγέθη, ὑψηλὸν πηχῶν κατ' Ἀριστοτέλη ἑξακοσίων

Ἐπὶ τούτοις ἕκτος ἐν κόσμῳ θέαμα τὸ Καπετώλιον Ῥώμης.

Ἕβδομος τὸ Ἀδριανοῦ ἱερὸν ἐν Κυζίκῳ.

Ex Gregorio Nazianzeno Theologo De VII. Mundi Spectaculis Kyriaci Anconitani brevis in Latinum Expositio ad R. P. D. Petrum Donatum optumum Patavinæ urbis Ἐπίσκοπον.

Primum quidem mundi spectaculum habetur Thebæ magna civitas in Ægypto, non ut quæ in Græcia septem portas

tas habentes, sed centiportæ, mœnibus munitæ conspicuis & admirandis.

Secundum vero Babyloniæ muri, quos Semiramis ex cocto latere & bitumine condidit, habens in circuitu amplissimæ civitatis mensuram stadiorum CCCCLXXX: altitudinem autem cubitorum CC. latitudinem vero 50. fuisse constat.

Tertium egregium illud in Caria sepulcrum, quod Mausolus eiusdem loci dominus maximum variumque in sculpturis ac omni ex parte ornatissimum sibi dicaverat.

Quartum autem Pyramides, ædificia ingentia quædam in Ægypto.

Quintum nobilissimus ille in Rhodo colossus, idolum Apollinis omnium maximum. Aliqui autem dicunt id columnam esse æneam maximam, altitudinis cubitorum, secundum Aristotelem, DC.

Sextum præterea in mundo spectaculum Capitolium Romæ præstiterat.

Septimum vero celeberrimum illud in Cyzico Adriani delubrum.

Ego vero præcellentissimum illud Dianæ Ephesiæ templum a Gregorio hac in parte prætermissum esse miror,

Exstat Gregorii Nazianzeni Epigramma a Muratorio in Anecdotis Græcis Patavii anno 1709. p. 142. vulgatum, quod incipit

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
Κῆποι, πυραμίδες, νηὸς, ἄγαλμα, τάφος.

Ex eo Cyriacus hausit, eandemque spectaculorum descriptionem Latinam ad Fridericum Contarenum & Ioannem Cornelium patricios Venetos misit, in codice Richardiano (*Lami Catal. MSS. Richard. p. 156.*) & in Cortonensi (*Mehus Præf. in Epp. Ambrosii Camald. p. 24.*) servatam. De codice quoque Malatestiano Cæsenatensi, in

In quo Basilii Magni & Nazianzeni opera quædam Græce sunt, hæc Frater Iosephus M. Mucciolus in Catalogo tradit (T. I. pag. 107.): „ Eodem charactere legitur „ τῦ Θεολόγυ περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων, idest *Theologi de se-* „ *ptem Spectaculis*. Hisce verbis hæc sunt comprehensa: „ τεῖχος, ἄγαλμα, κῆποι, πυραμίδες, ναὸς, ἄγαλμα, τάφος... „ Clarius autem ita explicantur. 1. *Murus Babylonis*. „ 2. *Simulacrum Colossi*. 3. *Horti Babylonis*. 4. *Py-* „ *ramides in Ægypto umbra carentes*. 5. *Templum Cy-* „ *zici*. 6. *Statua in Capitolio Romæ*. 7. *Sepulcrum Mau-* „ *soli in Caria* “. „ Hæc clarior explicatio ne hilum „ quidem differt ab iis, quæ deinde Græce in codice scri- „ pta sunt “. At Nazianzenum, dum in epigrammate ἄγαλμα alterum enumerat, non Capitolium, sed Iovis Olympici statuam, Phidiæ opus, cui Philo Byzantius & alii inter spectacula septem locum dedere, potius intellexisse putarem.

Cyriacus Pizzecollius Anconitanus, sæculo XV. antiquitatum cuiuscumque generis scrutator, & scriptis suis, & commentariis aliorum, Scalamontii præsertim, Colucii, Mehusii, Bandinii, Tiraboschii, Targionii, & Oliverii, celebrior est, quam ut de eo me dicere oporteat.

Cod. membran. in 12. Sæc. XV. — C.

Poggii Florentini Oratio in laudem illustrissimæ excellentissimæque Reipublicæ Venetorum. Inc. *Singularem Reipublicæ Venetorum in omni virtutum genere præstantiam quibus possem laudibus prosequi cupientem tum plurima ad hanc diem a scribendi studio atque a rebus domesticis occupationes ab ea cura averterunt, tum timor quidam ne pos-*

possem rerum dignitati parem dicendi facundiam praestare &c.

Typis nunquam prodiit celeberrimi auctoris Oratio, neque nisi titulo nota est. Fuit olim in bibliotheca Veneta Divi Marci, non tamen inter codices a Bessarione Cardinali donatos; iamque Iacobi Philippi Tomasini tempore ibidem servabatur (*Biblioth. Venet. MSS. p.* 55.), Florentiae in codice Magliabechiano superest, ex quo Marcus Fuscarenus Dux Venetorum inclytus, Laurentii Mehusii opera, eam sibi describi curavit (*Foscarini Letter. Venez. p.* 332.), rei ab ipso Mehusio attestatione vulgata (*Ambros. Camald. Vita p.* 407.). Utrumque librarius in errorem induxit, dum Orationem a Poggio anno 1409. factam fuisse in eo codice adiecit; Franciscum siquidem Carminiolam a Venetis capite multatum Poggius commemorat, inquiens: *Una vero est, & ea exquisita virtus, in qua ceteris antecellant, taciturnitas videlicet eorum quae in Senatu tractantur. Sunt eorum consilia secretissima, cum de statu agitur civitatis; tanto enim silentio eorum decreta teguntur, ut tum denique appareant, cum executio fiat rerum quas antea decrevere. Octo fere mensibus est in Senatu de tollendo Duce belli Carminiola agitatum: id nunquam scitum est, priusquam is captus erroris poenas dedit.* Id vero anno 1432. contigisse nemo, qui rerum Venetarum historiam vel ex Sabellico scriptoribusve aliis pervulgatis delibarit, ignorat. Urbis laudes & regiminis praestantiam Poggius persequitur, nihil a veritate alienum, uti nihil etiam novum, dicens. Diuturnitatem imperii tantopere celebratam ex recta iustitiae administratione ortam statuens, Orationem sic absolvit: *Huius tam longaevi tamque diuturni Reipublicae status causas consideranti mihi illa occurrit potissima, iustitiam, quam scribit Aristoteles rerum publicarum certissimum fundamentum, in ea urbe prae ceteris viguisse, neque homines, sed leges in ea imperasse. Ea*

sola

sola virtus ad hanc diem firmam stabilem, perpetuam praestitit Rempublicam Venetorum. Nulla enim unquam fuit civitas, nullum regnum, nulla respublica, ubi diutius, severius, sincerius fuerit versata, ubi par honor tanto tempore iustitiæ fuerit habitus & impensus, ubi magis fuerit legibus publicis obtemperatum. Sperandum quoque est, si quid diu in humanis rebus esse potest, hanc Rempublicam ita moratam, ita institutam, factiones tantummodo absint, cum æternitate esse certaturam.

EGINHARDI Vita Caroli Magni Imperatoris.

Auctoris nomen deest operi magna cum negligentia exscripto, ac etiam mutilo in Capite septimo segmentis N. 27. 28. 29. 30. iuxta editiones notatis, quæ ad Caroli Magni vitam privatam maxime pertinent. Nomina Episcoporum Abbatum & Comitum in supremis eius tabulis, testium itidem, desunt. Attamen si textus ad editionem in Ianuario Bollandiano factam expendatur, lectiones varias, easque non spernendas, offert; quas nec Io. Hermannus Schminckius in editione Traiectensi an. 1711. attulit. Eas itaque hic proferre operæ pretium est.

Editio.	MS.
Cap. I. §. 6. *solus imperaret*	*solus imperasset*
Cap. II. §. 8. *perseverantia quadam ac iugitate*	*perseverantia quadam ac vigore*
——— *eius potestati submisit*	*eius potestati permisit*
——— §. 11. *vix annus unus exactus sit*	*vix ullus annus exactus sit*
——— *& Francis adunati*	*& Francis coadunatis*
Cap. III. §. 15. *se regi subiecit*	*se regi permisit*
Cap. IV. §. 17. *insidiis oppidanorum interceptus*	*insidiis oppidanorum interemptus*

— §.

Ed.	MS.
——— §. 18. *quin putaretur*	*quin potius putaretur*
——— §. 19. *quibus regnum Francorum*	*quibus quidem regnum Francorum*
——— *intra Rhenum & Ligerim*	*inter Rhenum & Ligerim*
——— *quæ intra Saxoniam*	*quæ inter Saxoniam*
Cap. V. §. 20. *dona transmisit*	*dona direxit*
——— §. 21. *adhibens curam*	*adhibens curam per legatos*
——— §. 23. *hinc dicere exordiar*	*iam ab hinc dicere exordiar*
Cap. VI. §. 24. *unum filium suum*	*unum filium*
——— §. 26. *in exilium acti sunt*	*exilio deportati sunt*
Cap. VIII. §. 31. *& in commune cantaret*	Hæc in codice accedunt : *Octingentas & octuaginta sex ecclesias suis propriis sumptibus cum supellectilibus & aliis ornamentis, ad laudem Dei beateque Virginis dedicavit. Tria millia & septingentas in toto orbe restauravit;*
——— §. 32. *ac relevatio proveniret*	In codice accedunt: *Redimebat omnes captivos & detentos in manibus barbarorum, & suis pecuniis eos liberabat.*
——— §. 33. *Constantinopolitanis tamen Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum invidiam magnanimitate*	*Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis* (Constantinopolitanis) *Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate.* Sic etiam est in editione Coloniensi an. 1561. & apud Alber-

Ed.	MS.
	tum Stadensem in Chronico, ubi multa ex Eginhardo syllabatim sumpta.
—— §. 34. *iuxta patriam linguam*	*iuxta propriam linguam*
Cap. IX. §. 37. *castro egressus*	*castris egressus*
—— *sine adminiculo*	*& sine amiculo*

Hic idem quoque codex, utpote qui textum editioni primæ fere ubique respondentem exhibeat, vanam eorum sententiam esse arguit, qui dictionis elegantiam editorem eius Hermannum Nuenarium in Eginhardum identidem induxisse putant: qua de re Fridericus Wideburgius disserit in Oratione de reliquiis melioris humanitatis in barbara ætate, Halæ Salicæ impressa an. 1731. in 4. p. 24.

CONFESSIO composita a beato ac devotissimo ALCUINO pro Serenissimo Imperatore Carolo Magno, quam quotidie devotissime dicere solebat, & cum magna reverentia. Inc. *Deus inæstimabilis misericordiæ &c.* Est inter Alcuini Opera an. 1777. typis Monasterii Ratisponensis Sancti Emmerami impressa T. II. Vol. I. p. 63.

Cod.

Cod. chartac. in 4. Sæc. XV. — V.

BENEDICTI RINII Medici & Philosophi Veneti Liber de Simplicibus. Præfatio Inc. *Priscorum equidem virorum mores &c.*

INTER opera rei botanicæ, quæ antiquitate simul & copia præstant, hoc maxime locum habet; de quo auctorem ipsum in præfationis fine disserentem primum cognoscere interest. *Sane*, inquit, *antiquorum pro posse sumens exempla virorum, varias perlustrando regiones, in florentissima tandem urbe Venetia, Venetiarum provinciæ metropoli, domicilium statui, post primi stadii perfectionem in Patavia urbe, Christi currentibus annis millenis quadricentenis quindecenis .... Eapropter mente cum opere decrevi, quæ iam vetustate fere deleta sunt, authentice dicta de Simplicium notitia in lucem quantum valuero serie quadam moderniori revocare; ut sexagenarii mei Nicolai Rochabonella Coniclanensis physici ætas frustra non elabatur, novave non pauca mihi memoriæ reponantur, atque pro vanis quicquam recompensem utilitatis; ad fructum quoque nati primi Artium Doctoris & Medicinæ Iacobi; ut & mihi nato suo Ludovicus Medicus doctissimus maxima in hac scientia præstitit beneficia; non parvo mihi collato favore, pro huius operis complemento, in designatione formæ primæ Simplicis cuiusque per Magistrum Andream Amadio Venetum pictorem sublimem, ad intenta descendens infrascripto ordine.*

Variis itaque regionibus perlustratis, absolutoque studiorum curriculo in gymnasio Patavino, Rinius anno 1415. Venetiis sedem fixit, atque ad opus conficiendum omne studium ad-

adiunxit. Nicolaum Roccabonellam Coneglanensem praeceptorem vel studiorum adiutorem is laudat, ac sexagenarium dicit; quem anno 1410. in gymnasio illo laurea Medicinae donatum fuisse cum ex tabulario Episcopatus Patavini mihi constet, de operis aetate circa dimidium saeculi XV. statuenda argumentum inde sumo.

Plantae, de quibus agitur, duae ac triginta supra quadringentas sunt. Singulae quibus nominibus Latine, Graece, Arabice, Slavonice, Theutonice appellentur, indicium fit; praeceptaque adiiciuntur de tempore ad eas colligendas opportuno, deque earundem in arte medica usu. Scriptores qui de iis tractaverint singulatim afferuntur; in quibus praeter Dioscoridem, Galenum, Plinium, Macrum, Mesuem, Avicennam, Serapionem, Rhazem, Albucasim, Isaacum, Constantinum Africanum, Kiranidis auctorem, Petrum Aponensem, Petrum de Crescentiis, Ioannem Platearium, Bartholomaeum Anglicum, Simonem Ianuensem, aliosque pervulgatos, hi reperiuntur, vel parum cogniti, vel prorsus etiam ignoti; nonnulli tamen suppositititii.

Alexander Magnus in Tractatu de septem Herbis secundum septem planetas. Affertur pag. 82. 290. 300.

Tesilus Libro suo de Virtutibus XVIIII. herbarum Capitulo de Berbena, licet in hoc nomine Berbena erraverit, ut plures alii volentes de Peristereon; qui Tesilus docet colligi hanc herbam (Sclaream) *Aprili mense VIIII. diebus praecedentibus Kalendas Maii.* Pag. 5. -- *Tesalus in libello suo de Virtutibus herbarum XVIIII.* Pag. 115. *Tesilus philosophus in libello suo de Virtutibus herbarum XX.* Pag. 9. 164. 169. 205. 272. &c.

De utroque scripto apocrypho apud Fabricium Bibl. Gr. T. II. p. 206. haec sunt: „ Vetus interpres Latinus Kyranidum in proemio: *Volo scire*, inquit, *quod est apud* „ *Graecos quidam liber Alexandri Magni de VII. herbis*

„ *VII.*

„ *VII. planetarum, & alter qui dicitur Thessali Myste-*
„ *rium ad Hermem de XII. herbis XII. signis attribu-*
„ *tis, & de VII. aliis herbis per VII. alias stellas* “.

Hippocrates in Epistola de tempore colligendi herbas. Pag. 24. t. ubi de Acetosa: *Colligitur herba, & ex ea fit succus & depuratur de mense Iulii, semina de mense Septembris, radices vero de mense Octobris, & luna crescente, secundum dictum Hippocratis in Epistola sua quadam de tempore colligendi herbas &c. licet secundum Thesilum debeamus colligere a 18. die Decembris, praecedente Kalendas Ianuarii*.

Plato Apuliensis, sive Apuleius in libro suo de Herbis masculinis centum & triginta una. Pag. 5. 7. 20. & passim. *Plato Apuliensis, sive Apuleius in libro suo antiquo historiato de Herbis femininis*. Pag. 5. 7. 18. 23. 25. Opus prius Herbarium Apuleii nomine vulgatum, quod plantas viginti ac novem supra centum continet, esse video: posterius, non aliunde mihi notum, veluti brevius quoddam scriptum, Rinius sic affert pag. 25. ubi de Bardana: *Item idem Apuliensis Plato libro suo de Herbis femininis Capite 70. & ultimo De Aparme, sive Philanthropos*.

Copho in libro suo de Simplicibus. Pag. 1. & passim. Cophonis Methodum medendi & Anatomen porci, ex editione Haganoensi an. 1532. & Veneta 1582, Io. Georgius Iacobus Bernhold, qui auctorem saeculo XII. adiudicavit, Marcobraitae an. 1793. denuo imprimi fecit: de scripto tamen herbario Cophonis nihil iis in editionibus allatum est.

Mundinus de Bononia in sua Practica de omnibus aegritudinibus a capite usque ad pedes. Pag. 394. Mundini de Luciis Bononiensis, praesertim ob Anatomiam clarissimi, opus hoc titulo inscriptum non reperiri solet. *Mundinum de Civitate Austriae*, qui Synonima Medicinae fecit, Rinius diserte

te a Bononiensi discernit, & Foroiuliensem appellat pag. 1. 152. & alibi.

Rufinus in libro suo de Simplicibus. Pag. 1. & sæpissime. *De Lunaria tractat Rufinus satis plene libro suo de Simplicibus*. Pag. 113. *De Frasinella tractat Rufinus libro suo de Simplicibus, qui in capitulo de Eringis & in capitulo de Secacul visus est ignorasse quid sit cum veritate: sed in capitulo de Sigillo Sanctæ Mariæ hanc describit herbam cum veritate sub hoc nomine Sigillum Sanctæ Mariæ*. Pag. 148. *De Oculo bovis Rufinus tractat false in suo libro de Simplicibus*. Pag. 274. *De Kali tractat Rufinus libro suo de Simplicibus, capitulis de Alkali & de Cachile; qui visus est discedere a veritate in eo quod dixit, quod Alkali sit Cachile; cuius contrarium scribit Serapio capite præallegato; quanquam assimiletur ei multum in forma sua*. Pag. 341. Opus incognitum continet liber manuscriptus, in Indice Librorum Iulii Saibantis Patricii Veronensis an. 1734. Veronæ impresso in 8. pag. 203, ita relatus: *Magistri Rufini Liber de Virtutibus Herbarum & earum Compositionibus. Membran. Sæc. XIV. in folio*.

Philippus in libro suo De proprietatibus rerum. Pag. 45. 46. 47. 48. & alibi. *Philippus libro suo De proprietatibus rerum, Sermone generali de Herbis Capite 386. de Betonica*. Pag. 40.

Christophorus de Honestis (Bononiensis) *in Problematibus suis de Venenis*. Pag. 383. 408.

Maphæus de Laude in quodam Tractatu suo de Vulneribus cassalibus. Pag. 256. 258. *Plures Doctores scribentes in Chirurgia, ut Lanfrancus de Mediolano, Maphæus de Laude, ponentes ad vulnera sananda, maxime pectoris cassalia* &c. Pag. 188. Maphæi de Laude (*non de Lande, ut impressum est*) Problemata Medica manuscripta

exstant in bibliotheca Bernensi (*Sinner Catal. MSS. B. Bern. T. III. p.* 18.).

De Caranza, Latine Momordica, copiose tractat Doctor quidam modernus in libello particulari, quem composuit, intitulato Libellus de virtute herbæ Momordicæ, id-est Caranzæ. Pag. 140.

Longe tamen maius, quam ex doctrina, quæ tunc levis incertaque erat, operi pretium inest ex imaginibus plantarum ad vivum depictis *per Magistrum Andream Amadio Venetum pictorem sublimem*, uti ex Rinii ipsius attestatione cognoscimus. Sane tanta in iis naturæ æmulatio fere ubique est, nihil ut ei propius in eiuscemodi rebus videri possit. Ad hunc ipsum vero codicem Pandulphus Collenucius Pisaurensis provocat in Defensione Pliniana adversus Nicolaum Leonicenum, Ferrariæ circa an. 1493. ab Andrea Belforti Gallico impressa; ubi Plinium a Leoniceno immerito reprehensum affirmans, quasi pentaphyllum & herbam fraga ferentem pro una eademque acceperit, scribit: *Est Venetiis in eo vico quem Speciarium vocant, seplasarii cuiusdam non ignobilis taberna, cui pro titulo insignique sit Æthiopis caput. In ea liber est herbarius tanta arte ac diligentia pictus, ut natas paginis illis suis herbas, non effigiatas credas. In eo pictam vidimus iisdem prorsus, quæ hic diximus, signis herbam foliis quinque; quæ & ipsa quinque, ut pinximus, porrectiores angulos sinuatosque haberent; sed & fructus, quos fraga dicas: tum ad ipsam herbam Latinum nomen* Sanicula, *Germanicum* Sanichel *scriptum est. Citanturque inibi de Sanicula hac scribentes in Dynamidiis Galenus & Petrus Hispanus, is qui postea Summum Pontificatum gessit, & Ioannes XXI. nuncupatus, eum de medicina librum scripsit qui Thesaurus Pauperum inscribitur: tum Cerviensis Episcopus quidam & Laudensis Mapheus, & Gilbertus Anglicus Chirurgi.* Hæc vero

Ca-

Caput LVIIII. pagina 58. codicis scriptum respiciunt, quod eiuscemodi est:

De Sanicula Caput LVIII.

Herba picta in hac charta, quanquam ab auctoribus Simplicistis non reperierim descriptam; tamen per herbolarios in ultramontanis partibus conversatos & fide dignos ostensa hac herba, dictum est quod nominatur in partibus ultramontanis Sanicula *Latine*, Sanichel *Teotonice*. *In medicinis utimur tota herba cum suis radicibus. Colligitur vere, æstate, & autumno, in nemoribus. Servatur per annum.*

De ea tractat Galenus libro suo Dynamidiorum capitulis de potionibus ad plagatos. Item Gilbertus Anglicus in Practica sua libro 2. cap. de vulneribus capitis in potionibus ad plagatos. Item Episcopus Cerviensis in Cirurgia sua in potionibus ad plagatos. Item Fidelis in Practica sua intitulata Thesaurus Pauperum cap. 64. de potionibus vulneratorum. Item Maphæus de Laude in Tractatu suo de Vulneribus cassalibus, in fine ubi ponit potiones. Item fere omnes doctores moderni, & specialiter ultramontani tractantes in Cirurgia de vulneribus cassalibus, potiones ponentes.

Specimen operis maius ut exhibeam, Caput aliud profero.

De Papyro Caput CCCXXXI. *Herba picta in hac charta infrascriptis appellatur nominibus:*

Xilocarti }
Cataxirion }
Vaporium } *Græce.*
Papyros }
Xifion }

 Xi-

Xilocartion Xantium Fagasmon	*secundum Paulum, Græce.*
Kirta Burdhi	*Arabice.*
Lanaria Papyrus Valvirus Spatula fetida Bibula & Biblus Gladiolus Carta	*Latine.*
Botur	*Sclavonice.*

In Medicinis utimur foliis & grossitie virgæ in summitate eius, quæ est ut clava Turchorum. Colligitur de mense Augusti luna crescente. Servari potest per annum.

De ea tractant Dioscorides libro suo de Simplicibus cap. 616. de Vaporio. Item Serapio libro suo de Simplicibus cap. de Burdhi. Item Galenus libro suo Dynamidiorum lib. primo Simplicium Medicinæ cap. de virtutibus herbarum, particula de Alburdhi, idest Papyro. Item Avicenna 2. Canone, Cap. de Papyro. Item Rufinus libro suo de Simplicibus cap. de Spatula. Item Plato Apuliensis libro suo de 131. herbis masculinis cap. 79. de Gladiolo, idest Spatula. Item Petrus de Crescentiis libro suo Ruralium Commodorum lib. 6. cap. 98. de Papyro. Item Frater Bartholomæus libro suo de proprietatibus rerum particula 17. cap. de Papyro. Item Simon Ianuensis & Mundinus in suis Synonimis, capitulis de Burdhi, & de Papyrus, & de Spatula fetida, & de Vaporium, & de Carta, & de Kirta, & de Xilocarti, & de Lanaria, & de Biblus, & de Papyros, & de Xantium, & de Fagasmon.

Her-

Herbæ figura eadem est, quæ *Typham palustrem* ob oculos ponit in Historia generali Plantarum, impressa Lugduni apud Gulielmum Rovillium anno 1586. in folio, T. I. p. 994.

Codex autographus idemque unicus in bibliothecam Fratrum Prædicatorum Cœnobii Sanctorum Ioannis & Pauli venerat anno 1604, ex testamento Alberti Rinii, qui patrem habuerat Benedictum alium, libelli de morbo Gallico auctorem & Canonis Avicennæ anno 1555. Venetiis editorem, decennio post vita functum; atque inibi cum servaretur, in Catalogo Codicum Manuscriptorum bibliothecæ illius relatus paucis est, tota tamen præfatione vulgata (*Nuova Raccolta Calogeriana T. XXXVII. p.* 51.).

Cod. membran. in fol. Sæc. XV. — V.

Antonii Averulini Florentini De Architectura Libri XXV, ex Italico idiomate ab Antonio Bonfinio Asculano Latine redditi, ad Matthiam Corvinum Hungariæ Regem.

Opus ab Averulino, qui & Philaretes appellari consuevit, idiomate Italico primum conscriptum, Francisco Sfortiæ Mediolani Duci epistola ad initium posita dicatum in codice Senensi se vidisse, Iacobus Carrarius Comes prodidit (*Lettere pittoriche T. IV. p.* 316. *T. V. p.* 234.). Id autem anno 1460. factum suadet non tantum codex olim Peirescii, in quo Latine opus erat, a Montfauconio cum anni illius annotatione relatus (*Biblioth. MSS. p.* 1182.); quantum auctor ipse de observatione horoscopi in urbe fundanda scribens li-

bro quarto: *Dominus* (Princeps nimirum, a quo urbem exstrui putat), *ne qua sideris iniquitate gravetur, mathematicos consulit & astrologos. Ex his unus astrorum peritissimus benignum horoscopon idibus Aprilis futurum significat; nam eius diei hora decima, quando ab inita salute Christiana annus tunc quadringentesimus & sexagesimus supra millesimum agebatur, nil faustius astronomica ratione fundari posse docebat*. Quadriennio post opus, uti videtur, reformatum ipsemet auctor Petro Medieeo Cosmi filio, epistola nuncupatoria immutata, obtulit; Vasario teste, qui codicem Mediceo tunc datum a se visum refert (*Vite Pitt. T. IV. p.* 235. *ed. Siena*). De codice itidem alio Italico, in bibliotheca Cœnobii Sancti Hieronymi prope Valentiam Hispaniarum asservato mihi constat ex Indice librorum manuscriptorum qui inibi sunt, mecum a Ioanne Andres V. C. communicato; in quo titulus *Antonii Averulini Philareti Florentini De Architectura ad Petrum Medicem, en Italiano, sac. XV.* Cum autem in Hungariam ad Matthiam Corvinum Regem Franciscus Bandinius Florentinus, *vir ingenio magnificentiaque excellens* (*Ficinus Epist. ad Iacob. Bracciol. Oper. T. II. p.* 657.) anno circiter 1482. accessisset, Averulini Architecturam Italice scriptam ad eum detulit; rexque, pro insigni suo in bonas artes studio, Antonio Bonfinio, apud se degenti, ut eam Latine redderet, mandavit: quam equidem interpretationem trium mensium spatio se fecisse Bonfinius affirmat scribens; *Addebat animum Architectura, quam tribus sane mensibus Antonius Bonfinis in Latinam e materna lingua traduxerat* (*Rerum Hungaricar. Decad. IV. Lib.* 7. *p.* 633. *edit. Francof.* 1581.).

Interpretis Præfatio in ipso codicis initio se offert hac inscriptione *Divo Matthiæ Pannoniæ & Bohemiæ Regi Principi invicto Antonii Bonfinii Traductio in Architecturam Antonii Averulini pie dicata*. Præfatio incipit *Cre-*

de-

debam, Dive Matthia Princeps invictissime, &c. Post laudes regis bellicas, alias ob ædificia sumptuosissime condita, & operis huiusce versionem sibi commissam, Bonfinius adiicit; scribens: *Accedunt & alia, quæ Maiestatem Tuam non minus illustrant, teque & Corvinum & Romanum Cæsarem esse plane testantur; præclaris enim delectaris ædificiis, & iis præsertim quæ vetustatem æmulentur. Nam cum Syllam, Lucullum, & Agrippam, item Augustum, Corvinum Messalam, multosque Romanos insana opera fecisse lectitaris, quæ illorum magnificentiam referrent; non sane æquo animo pateris, Princeps invictissime, te hac ædificiorum magnificentia superari, sed priscam architecturam in lucem revocasti; & hoc præsertim tempore, dum breves utriusque Imperatoris exiguntur induciæ, ne ingrato otio cessare videaris, quando nemo te unquam impune vidit otiosum, ad excolendas politicas artes animum convertisti. Et quamvis his artibus belli pacisque tempore, quam nunquam fortasse prælibasti, confectus curis animus tuus mirifice recrearetur, quia ab ædificando nunquam desisteret visus est; nunc tamen vel maxime iis operibus incumbit quæ cum antiquitate decertent, ne qua in re illi cessisse videatur. Disquiris statuarios, plasticos, pictoresque optimos undique accersiri iubes: coeunt undique topiarii atriensesque fabri: lapidicinæ studiosius, quam aurifodinæ quæruntur: scalpuntur ubique marmora, ut maximis satisfaciant operibus. Pannoniam olim barbarorum aream, ac gentium ludum undique incursantium, in qua præter temporarios pagos vastationisque vestigia nihil fere cernere erat, tot præclaris ædificiis exornasti; ut ea potius destinatione æternitatis, quam temporaria mora erecta spectentur. Apud Vicegradum arcem cum rure ædificasti, præter quam Danubius effluit, tanto sumptu & amœnitate præditam, ut Lucullanam villam superare videa-*

 tur.

tur. Distincta sunt ibi regis & reginæ mansiones: distincta sunt triclinia cubiculaque cum procestriis, diurna & nocturna: magnificæ cœnationes collaqueatis contignationibus irradiantes. Ad hæc auratæ porticus & amœnissimæ zetæ, marmorei fontes magno sumptu absoluti, fenestræ superbissimæ & cratefactæ, iucunda sphæristeria, munitissimæque regalis gazæ apothecæ, elata item subdivalia marmoreis ornata fontibus. Neque horti desunt, xysti violis odorati amœnæque gestationes buxetis undique conviridantes. Ad hæc frigidariæ & caldariæ cellæ: item hypocaustum, & cum unctuario baptisterium. Nonnullæ zeteculæ specularibus & velis obductæ sunt: & necubi religio cesset, ædicula ornatissima. In plerisque locis marmorea & aurata podia prominent, unde late prospectari licet. In villæ latus regalium amphibolarum gynæcea secedunt. Dietæ multo auro coruscant. In hortis viridantes perpetuo scenæ tanto laxamento spatiantur, ut voleuterii vicem præstare possent. Neque minus spectatorem distrahunt virides euripi, piscinæ, gymnicus agon, & hippodromi præter Danubii ripam longe producti. Verum hæc omnia non ad Vicegradum, sed Cumaræ, Budæ, & in multis fere locis longe maiora spectantur. Quid Budensi arce superbius inveniri possit, haud facile dixerim; ubi subdivalia plura, fons in area elaboratissimus, aream porticus laxa complectitur, supra porticum obambulatio duodecim cæli signis illustris. Ibi bibliothecam statuisti, ubi non modo quæque scientiarum volumina, sed stellas & sidera recensere licet. Auget huius gratiam Danubii æquorisque subiecti longus latusque prospectus. Dimitto regales hortos hortorumque domos & topiaria opera: dimitto Herculeas statuas in propyleo stantes: dimitto valvas æneas tanta arte elaboratas: quæ si prosequerer, viderer fortasse potius Maiestati Vestræ blandiri, & detrahere vetustati, quam vera scribere, quæ de-

ne-

negari nequeunt. In arce Viennensi pensiles hortos erexisti, pensilique porticu obduxisti, ne corpus die noctuque defatigatum intempestive confici videatur .... Quid dixeris, iam viso hoc libro, quem in Latinum mihi traducendum demandasti? Nonne statim, visa pontium ichnographia, de traiiciendo marmoreo ponte Danubio, Traiani exemplo, ac de ædificandis plerisque urbibus in Pannonia cogitasti? Quid erecta insano sumptu sub tuo nomine templa commemorem? Sat pro me basilicæ Albanæ Budensesque loquuntur, pro quibus sacrorum regum manes pientissimæ Serenitati tuæ gratias quotidie agere videntur, & beneficentiæ tuæ se mirifice debere fatentur. Secundum Danubium vivaria tam ampla, & tam perpetuo aggere statuisti, ut inundantem exciperet. Quis non, si loci ac temporis ratio habeatur, hoc Romanorum Principum in ædificando audaciam fateatur? Quas ob res cum omnes bonas artes colas, & in primis architecturam, qua nihil ad principalem magnificentiam magis pertinere videtur; & Bandinus, mira ingenii dexteritate suavissimus, tuoque numini deditissimus, Antonii Averulini civis Florentini opus mirabile de architectura nuper ad Maiestatem Vestram attulerit; haud ab re fortasse factum esse putasti, quod a vernacula lingua in Latinam quamprimum traducendam curasti; quandoquidem hinc magnam cum Romana antiquitate certandi copiam tibi oblatam esse duxisti; ex hoc enim Tua Serenitas omnem symmetriæ rationem, omniumque ædificiorum structuram accipiet. In qua quidem traductione, ne opus evilescat, si Latinis aliquantum vocabulis inhæsero, patiatur quæso æquo animo Vestra Serenitas me non minus doctorum, quam imperitorum, & vestræ dignitatis, ac mei nominis habere rationem: ego autem in traducendo hoc utar temperamento, quo dilucidi tati simul & latinitati satisfacere studebo.

Ave-

Averulini epistola nuncupatoria ad Petrum Mediceum sequitur, & ipsa a Bonfinio Latine reddita, in qua ille scripserat: *Quamobrem non ut a Vitruvio, neque a ceteris eruditissimis architectis; sed ut a tuo Philareto architecto Antonio Averulino cive Florentino, qui Romæ Divi Petri postes, sedente Eugenio Pontifice Maximo, ex are fecit, hoc opus accipies. Quin etiam Mediolani, imperante Francisco Sfortia, qui primus lapidem in iaciendo fundamento sua manu statuit, amplissimum miserorum Hospitium, Divinæ Pietati dicatum, ipse statui, variaque in ea urbe opera fabricatus sum. Bergomi quoque Basilicam insano sumptu faciendam curavi. Dum his præeram ædificiis, cum aliquid dabatur otii, hos & nonnullos alios scripsi libellos.* Opera tria hæc ex ipso Averulini libro Vasarius refert; at primum valde improbat, alia duo laude dignatur: de scripto autem ipso veluti de re futili iudicium fert, exemplari usus, hoc aliquanto fusiori. Neque tamen sine utilitate idem adhuc versari potest. Libris quinque ac viginti constat, quibus de urbe condenda, eiusque singulis ædificiis, tum sacris, tum profanis, tum publicis, tum privatis exstruendis exornandisque præcepta fuse traduntur; paucis de Vitruvio ac Leone Baptista Alberto, cuius opus tunc ineditum erat, sumptis. Singularia quædam quæ ex Averulino peti possunt, mihi hæc esse videntur; quæ proferre haud inopportunum est, cum typis editum opus nunquam fuerit.

Libro tertio, ubi de marmoribus præcipuis: *Nobiliora marmora in Liguria ad Carrariam fodiuntur. Horum tria sunt genera: unum e crassiore mixtura conflatum, neque omnino album, sed ad contemnendam lividam vetustatem, tolerandaque pondera nimis aptum: aliquanto pulchrius alterum: tertium, quod Lucullanum dicitur, quo in privata domo magnopere usus est Lucullus, tantum in se candoris*

ha-

habet, ut nullam ibi notam inveneris. Sepulchro, vel statuæ, vel cuique præstantissimo operi statuendo nil hoc dixeris fore magis idoneum; quin & in plerisque locis his abundat Italia. Montes qui Mediolano imminent tria genera ferunt: unum album est: maculis alterum haud decoris aspersum: tertium miscellaneum dicitur, quod iis videtur esse deterius, re vera multo commodius; nam album fragili duritia sæpe fallit artificem, & antequam exigatur insperato fragmento dehonestat opus, irritumque laborem reddit universum. Illa erudientem manum libentissime patiuntur; quibus ad exornandam D. Ambrosii Basilicam Mediolanenses utuntur. Est & Comense marmor, quod cum difficulter Mediolanum vehatur, prætermissum est. Insuper in Alpibus quoddam genus est, quod Salignem dicunt, quoniam sali videtur esse consimile. Non sine difficultate eruditur: quare durabile est, & rubore suo decorum. Item Bergomense, quod album est & nigrum, & ad tertium lapidem terra eximi potest. Marmorum feracissima quondam Græcia perhibetur, quod ea quæ Romam & Venetias advecta sunt plane testantur. Miram pulchritudinem referunt: aliqua addecentibus maculis sunt aspersa, variis etiam nonnulla venis. Plerisque variæ animalium formæ insunt, ab ipsa natura sponte productæ: quod in Divi Marci basilica videre licet, ubi ad dexteram duæ sunt marmoreæ tabulæ, quibus dissectis eremita inest, qui elatis manibus aliquod numen adorare videtur. Idipsum Byzantii in celeberrimo Sophiæ templo sæpe visum est. Et libro XIX. *Non solum homines, verum & ipsam naturam pictura mirifice delectari novimus; quandoquidem in marmoreis tabulis, quæ in Marci basilicæ spectantur apud Venetos, humanas suapte natura figuras inesse vidimus.*

Libro VI, ubi de gestis Principis urbis adytibus insculpendis: *His marmoribus non modo Principis nostri tituli, sed*

sed artificum quoque nomina, qui convenerunt, incisa fuerant; in primisque Donatelli, deinde Lucæ, Augustini, Octavianique fratris, item Desiderii, Dini, Michelotii, Pagnii, & Bernardi nomina ibi excisa leguntur. Item Laurentium, Victoriumque filium, & Massatium iusseram acciri; sed morte præventi ad hoc opus convenire nequiverunt. Item Varronem meum condiscipulum, & Nicolaum, ac Lucam. Præterea Delium in Hispania commorantem ad hanc immortalitatem invitaveram. Invitassem quoque Pippum Brunellescum, summum ædepol architectum, sed multo ante tempore vita defunctus erat. Florentini hi fuerant. Neque hac invitatione caruit Urbanus Cortonensis, Iacobus Quernus, Pasquinus Politianus, item Antonius Isaiasque Pisani, & Ioannes: præterea Dominicus Lacensis Pippi architecti discipulus, & Ieremias Cremonensis. Neque ex Dalmatia Traurensisque (sic) *Hispania defuere statuarii, neque ex Istria Dominicus: item Florentini duo Antonius & Nicolaus*. Locus corruptus Iacobi Traguriensis, architecti & statuarii præstantis, nomen habuisse videtur; a quo Istwanfius (*Hist. Hungar. Lib.* 28.) Novigradi arcem instauratam fuisse scribit, ac Matthiæ regi statuas tres, Herculis Dianæ Apollinis, ex aurichalco fusas commemorat Xistus Schier (*De Bibl. Budensi* §. *XII.*).

Libro IX, ubi de porticu exornanda, instituto cum regio adolescente colloquio: *Quid a tergo & utraque fronte? Sedilia, inquam, in primis marmore obducemus: a tergo ad tertium usque brachium altitudinis ex vario vitrorum genere, tessellato marmore, exornabimus: item alterius parietem depicto intus vitro incrustabimus, quod varias animalium formas referet; spectatu quidem nimis admirabile. At quis hæc efficiet? Angelus, inquam, Muranus mei amantissimus, vitreariæ artis peritissimus, qui etiam ex vitro crystallinum & pretiosorum lapidum colo-*

res

res adulterat, intus varias imagines recondit, quas nemo est qui non admodum admiretur. Et Libro XI. ubi de ecclesia, non tamen constructa, uti verba præ se ferunt: *Ecclesiam e vario marmore construximus intus, tessellato opere pinximus: picturæ auctor Marinus Muranus Angeli Murani filius. Fenestræ omnes pictis specularibus exornatæ: vitrea mixtura testudo & culmina renitebant.*

Angelo huic operum vitriariorum artifici præstantissimo, non satis tamen clari nunc nominis, epitaphium, Muriani in Ecclesia Divi Stephani positum iamdiu exscripsit Ioannes Georgius Palferus, retulitque inter Memorabilia Venetorum Monumenta, quæ codex manuscriptus olim Apostoli Zeni continet. Huiusmodi vero illud est:

Angele, Pontificum qui Secretarius eras,
Terrarum fueras miraculum Dominis,
Cui patuit vitrea quidquid in arte latebat,
Nunc pars terra iaces, parsque retenta polo.

Angelo Beruerio suisque Posteris Sacrum

Eius in laudem Ludovicus Carbo Ferrariensis epigramma hoc fecit, quod in codice manuscripto Orationum Carminumque ipsius multorum apud me est.

Epigramma in Angelum Venetum
Optimum artificem crystallinorum vasorum

Hic situs est vitream qui totam noverat artem,
Angelus angelico præditus ingenio.
Lector Apostolicus, & Secretarius olim,
Additus ad cives, Florida terra, tuos.
Hunc Rex Alphonsus, Byzantius Induperator,
Gallia dilexit, Insubrium Dominus.

Libro eodem IX, ubi de pictoribus: *Pictores Philippum*

pum Monachum, Petrum Burgensem, Andream Patavinum Squarcionem cognominatum, item Gusmeum Ferrariensem, Vincentium Brixiensem; praeterea Desiderium, Christophorum; & Ieremiam Cremonenses mandabo quamprimum acciri . . . . Sed vereor ne pictorum aliquantum laboremus inopia; namque periere multi. Massatius enim & Massolinus diem obiere, qui in hac arte Florentiae floruerunt: item Dominicus Venetus, Franciscus Pesellus, & Bertus in Eridano demersus: praeterea Andreinus, Ioannes Brugiensis, & Rugerius.

Libro XIII. de fundamentis pontis iaciendis, qua ratione etiam tunc apud Venetos aedium fundamenta constituerentur, sic explicat: *Palos brachiatim rite defigunt, deinde tabulas hinc & inde configunt, prout fundamenti crassitudo postulat: mox inclusam aquam exhauriunt, palos in imo defigunt, lapidum fragmenta inserunt. Super hac tabulas ex robore sternunt, quae sextantis magnitudinem habeant: tabulis quadratos lapides imponunt ad aquae usque superficiem: mox parietem e lateritio lapide construunt. Pali ne marcescant, aut e robore, cerrove, aut alno, piceave arbore fieri debent; quae quidem materia in aqua nunquam contabescet: quod experientia mihi approbavit. Bergami in basilica fundamento arborem inveni sexdecim fere cubitorum; quae cum neque erui, neque cadi facile posset, super eam fundamenta iecimus.*

Libro XIV, ubi de pyramide facienda ac elevanda: *Donatellum ac Desiderium statuarios acciri iubeo. Ne Christophorum quidem & Ieremiam Cremonensem dimittendum esse duxi: neque Letistoriam Bononiensem, qui ad evehendas in altum insanas moles artificiosas machinas commentabatur.* Aristotelem Floravantis, anagrammate conficto, Letistoriam Averulinus appellat, de quo machinatore insigni, aedificiis de loco ad locum transferendis, in re-

ctum-

ctumve restituendis, magnum nomen assecuto, fuse Tiraboschius disserit (*Stor. Lett. Ital. T. VII. P. III. pag.* 1182.). Addam ego, ex fide veterum rerum patriæ scriptorum, hunc ipsum Aristotelem respicere, quæ sequuntur, Flaminii Cornelii verba de turri Ecclesiæ Sancti Michaelis Archangeli Venetiarum: „ Chronicon anonymi „ authoris MS. refert anno 1455. die XI. Decembris ho- „ ra noctis 13, improviso lapsu turrim sacram ad ter- „ ram corruisse; cuius pondere pars ecclesiæ D. Angeli „ atque portio non exigua adversi dormitorii Fratrum E- „ remitarum attritæ fuerunt, & duo Fratres ruinis oppres- „ si occubuere. Causam infortunio dedit architectus Bo- „ noniensis, qui, cum eam turrim vidisset ad areæ par- „ tem aliquanto inclinatam, effossa ex adversa parte hu- „ mo, illam speravit restituere se posse, ut recta insi- „ steret, tertia autem post patratum opus nocte in præ- „ ceps ruit " (*Eccles. Venet. Illustr. T. XII. p.* 297.).

Libro XXI. de palatio ex Venetorum usu construendo præcepta traduntur, ædificii etiam fronte exhibita. Interpolationis a Bonfinio factæ indicium sub hisce verbis apparet: *Neque Bononienses & Flaminiæ, neque Asculana balnea, quæ Antonius Bonfinis huiusce interpretationis auctor tantopere prædicat, dum singulares urbis suæ dotes enarrat, hoc ædificium habuisse vidimus.*

Libro XXIV, ubi de opere musivo: *Pictura vero quæ ex tessellati operis incrustatione fit jam exoleverat; sed apud Venetos aliquantulum instaurata est. Ex vitreis tessellis constat, quæ variorum sunt colorum: ex quoque colore quinque genera luminum umbrarumque gratia fiunt. Vitra namque scalpello prout res ipsa postulat in tessernlas mutilantur, quas ubi miro ordine præparaveris in lævigato arido designatoque pariete, indito glutine, affiges: glutinum autem tale ex calce fit, quod sale careat, &* mar-

marmore. In Petri basilica Romae tesellata pictura a Gioto elaborata spectatur: item Venetiis in aede Marci tabula spectatur ex tessella tam tenui, ut ex ovorum putaminibus constare putetur.

Libro XXV. quae a Cosmo Mediceo & Petro eius filio constructae aedes fuere, pancis recensentur & describuntur: Palatii tamen, quo Cosmus Mediolani a Francisco Sfortia Duce donatus fuerat, ac ipse in augustiorem formam reaedificaverat, uberrima descriptio fit, eiusque facies in fine voluminis adiicitur. Textum de hoc aedificio totum dedi in libro anno 1800. Bassani typis Remondinianis impresso, cui titulus: *Notizia d' Opere di disegno nella prima metà del secolo XVI. esistenti in Padova Cremona Milano Pavia Bergamo Crema e Venezia, scritta da un Anonimo di quel tempo, pubblicata e illustrata (p. 161.)*. Iam tum vero animadverti quae de Michelotio eius architecto, deque picturis a Vincentio Foppa Brixiensi inibi factis Vasarius ex Averulini fide tradidit, in hac Bonfinii interpretatione deesse. At Vasarium immerito reprehendisse auctorem, quasi de artificibus sui temporis indicium nullum is fecerit, superius allata declarant.

Operis Averulini a Bonfinio Latine redditi exemplaria alia Romae exstare in bibliotheca Vaticana & in tabulario Sancti Petri in Vaticano, Mediolani in bibliotheca Ambrosiana, & alibi, ex Montfauconio & Mazzucchellio constat: omnium tamen luculentissimum proculdubio hoc est, quod pro Matthiae regis bibliotheca Budensi scriptum & exornatum fuisse quisque videt intelligit. Pagina siquidem prima, quae Bonfinii epistolae initium affert, ad oram summam regis insignia, ad imam regem ipsum in throno sedentem exhibet; marginem vero praelia, corvi, aves, pueruli, flores, fructus implent, cum regis tropaeis, addita inscriptione MA. C. TRO. (*Matthiae Corvini Tropaea*); omnia miro artificio de-

pi-

picta. Quinta itidem pagina, qua Averulini ad Medicenm epistola incipit, in parte summa regis insignia, in ima eadem multo ornatiora habet, inter varii generis ædificationes; in margine autem toto, æque ac pagina prima, picturis varii generis, eiusdem tamen elegantiæ, ornata est. Per totum quoque opus schemata multa ad rem, de qua agitur, spectantia, diligentissime facta occurrunt; & in iis ædificiorum formæ nonnullæ ex nova prærsertim architectura compositæ. Codicem anno 1488. exaratum fuisse, anni illius nota, in lapide ad instar termini, qui libro undecimo depictus apparet, posita, indicio est. Biennio post Matthia rege vita functo, Ioachimus Turrianus Venetus Ordinis Prædicatorum Magister summus eum sibi acquisivit, ac in bibliotheca cœnobii Sanctorum Ioannis & Pauli Venetiarum, quam instruebat, reposuit; in qua ad annum usque 1789. asservatus, bona tunc de caussa in Marcianam cum aliis plerisque translatus est.

Matthiæ Corvini Hungariæ regis bibliothecam Budensem nemo ignorat, nisi qui in historia litteraria rudis plane sit; namque de copia eius præstantia & luxu scriptorum plurium pervulgata testimonia exstant, immo vero commentationes peculiares suppetunt, quæ eius ortum incrementa & fata explicant, Petri nimirum Ienichii, Georgii Matthiæ Bosii, Guillelmi Bergeri, Pauli Fabri, Pauli Wallaszky, ac Xisti Schier Augustiniani. Huiusce postremi Dissertatio anno primum 1766. Vindobonæ edita, anno 1799. ibidem recusa, rem uberiori atque accuratiori tractatione enarratam complectitur: non omnia tamen auctor vidit, aut videre potuit quæ opportuna illi fuissent, potissimum quoad codices ex ea ad alias bibliothecas postea devectos; de quibus Kollarius, Denisius, Telekius, Tiraboschius, virique alii eruditi indicium postmodum præbuere. Ad me quoque eorum unus pervenit, eleganter scriptus in membranis, regiisque insi-

gniis exornatus, cuius mentio apud neminem est; isque Benvenuti de Rambaldis Librum Augustalem sine auctoris nomine continet, a quodam *Ant. Th.* recensitum, hisce verbis regi dicatum: *Mandavit mihi Maiestas tua ut libellum de Vitis Imperatorum emendarem; quem etsi propter barbarorum pertinaces mendas omni ex parte depravatum reperi, conatus sum reddere emendatiorem ac proprio scribere χειρογράφῳ. Sed cum sciam splendorem tuum plurima lectione oblectari: & velle ad unguem optima quaeque noscere; non videor, propter summam auctoris brevitatem, illi, aut mihi satisfecisse. Quod si gratum erit, expectabit a me novam editionem, quae singulorum Imperatorum Vitas non ita ieiunas, sed floridiores & uberiores enarrabit summo cum studio; nam nihil esset tam arduum atque laboriosum, quod illius nutu avidissime non exequerer.*

Ad plurima, quae patent, variorum scriptorum testimonia de bibliothecae celeberrimae fortuna ineditum quoddam accedit, ex epistola Francisci Massarii Veneti, a Secretis Laurentii Aurii pro Republica Venetorum ad Ludovicum Hungariae Regem Legati, Budae die prima Maii anno 1520. ad Io. Baptistam Rhamnusium scripta. Ipsissima verba Marinus Sanutus patricius Venetus in Diariis Historicis servavit, quae manuscripta in Regia D. Marci Venetiarum bibliotheca asservantur; eaque ita se habent: „ Quanto alla „ Libreria di Buda, dico esserli stato dentro, & non si tro„ vare alcuno buono libro. Tutti li buoni sono stati ro„ bati. Io trovo bene uno Virgilio vecchissimo de lettere „ Longobardiche, & alcune opere de Eliano tradutte per „ Teodoro Gaza: non so se siano impresse, perchè se „ non fussino impresse, io le stamperia. Item uno bel *Ci„ cero de Legibus*. De' libri Greci io ne vedo molti squa„ dernati, vecchi, marcii, rotti, & dissipati: ma io non „ me intendo de Greco. Ci era uno Plinio molto corret-

„ to:

„ to: ma il Reverendo Preposito Don Ieronimo Balbo Veneziano, uomo dottissimo, l'ha avuto. Io l'ebbi qualche giorno in le mani, & trovai molte castigazioni bellissime. Mi sopraggiongono poi queste mie maledette egritudine; che non ho possuto scontrare: che se l'avesse scontrato tutto, averia trovato più de tre millia castigazioni. Adesso mo questo Don Ieronimo Balbo va ambassador ora in Polonia, ora in Ispruch, e non sta mai fermo; talchè non posso aver così il Plinio suo ". Iam itaque colligere licet ad codicem quoque Plinii Budensem Massarium respicere, cum emendationes ex codicibus manuscriptis affert in Commentario in Librum IX. Historiæ Naturalis Plinii, Basileæ primum anno 1537. impresso, & Parisiis ann. 1542. recuso; in quo de Hungarica commoratione sua mentionem iniicit scribens: *Sed & mures quosdam silvestres magnitudine muris, & specie mustellina, colore ceu virides, per campos vagantes, & foramina subeuntes in Pannonia conspeximus* (*p.* 118. *ed. Basil.*). Quin etiam Ioannes rex, cui opus Massarius ipse dicavit, Zapolsius, qui ab an. 1526. ad 1540. Hungariæ regnum tenuit, plane videtur.

 Cod.

Cod. membran. in 8. Sæc. XV. — C.

Io. Francisci Poggii Florentini ad Illustrissimum Ducem Augustinum Barbarigum ac Venetorum Senatum Panegyricus. Inc. *Complures egregii ac fide digni rerum scriptores posterorum memoriæ prodidere &c.*

Poggii Bracciolini, scriptoris clarissimi, filium Oratio auctorem habet; qui ad patris exemplum Venetorum laudes persequutus, iustitiæ præsertim magnificentiæ fortitudinisque exempla ab iis publice edita enumerat, iisdemque virtutibus rempublicam feliciter diuque conservatam fuisse demonstrat. Scribendi caussa arrepta a Gallis, anno 1496, Venetorum ope, Italia pulsis, huiusque libertate restituta, factum illud hac enarratione complectitur; quam ab homine eiusdem omnino temporis cognoscere interest.

Porro bellum illud acerrimum, novissime per vos contra Carolum Octavum Francorum regem, pro communi Italiæ libertate susceptum, nonne novis est annalibus memorandum? nonne longa historia atque ampla posterorum memoriæ demandandum? nonne altiore stilo exornandum? Eripuistis nos hercle e sævissima immanium barbarorum tyrannide: liberastis totam provinciam a miserrima ac crudelissima hostium servitute. Rex ipse etsi ingenio bonus existeret, & ad virtutem gloriamque proclivis; cum tamen iuvenis foret, nonnullorum consilio ducebatur, qui humana ac divina iura omnia pro libidine venundabant, suaque scelera ac rapinas eius velamine protegebant, commodisque propriis tantum studentes, nullam decoris regii rationem habebant, penes quos nulla fides, nullum iusiurandum,

dum, nulla religio. Horum vero opera factum est ut permulta sint perperam atque inique patrata, quæ licet regi imputarentur, suam nihilominus maiestatem insciam fuisse crediderim.

Is fallacibus eorum suasionibus, ob varias in ea discordias, Italiæ imperio aspirabat. Votum igitur pro Christi fide contra Turcas bellandi simulans, ut religionis velamine quod mente conceperat ad finem perduceret, regnum Siciliæ ante omnia decrevit invadere, velut iure sibi debitum, ac expeditioni huiusmodi peropportunum; re vera ut, eo obtento, totius Italiæ invadendæ exitus esset facilior. Vos, incognita Gallorum fallacia, (quis enim crederet hanc in iis vigere, qui se Christianissimos profitentur?) nil mali suspicantes, expeditionem hanc disturbare noluistis, existimantes regem, sicut persancte omnibus erat pollicitus, regno potitum in Græciam quam primum cum exercitu transiturum, neque in Italiam, præter Regnum, novi quicquam moliturum. Validissimis itaque equitum peditumque copiis bipartitis Italiam ingressus omnibus terribilis ac metuendus apparuit. Erat autem eius exercitus ex varia barbarorum colluvie congregatus, ferus sane atque indomitus, agros populans, villas oppida domosque diripiens, vel incendens. Hic mortalium nulli parcere, nullum habere ætatis sexusque discrimen, cuncta more plusquam barbarico militari libidini sevitieique exponere.

Superatis Alpibus, Galli in Etruriam descendentes, castellis quibusdam in transitu partim occupatis, partim a Florentinis sibi pro regis securitate commendatis, primum Pisas perrexere, credita antea illorum fidei arcis custodia. Pisanis ad defectionem incitatis, Florentinos ibi commorantes ignominiose expulere, urbemque iis per summam fraudem eripuere. Tum Florentiam tendentes, Florentinos, qui ob antiqua Caroli Magni erga eorum Remp., ut fer-

tur, beneficia, Petrum Medicem urbis primarium, velut hostem regis, eiecerant (is enim ei aliquando obstiterat); Carolum quoque eiusque exercitum intra mœnia ac lares honorificentissime susceperant, nullo honoris gradu prætermisso qui tanto regi impendi posset, civilibus factionibus dividere sunt conati, quo urbem diriperent in servitutemque redigerent. Verum cernentes animos civium unanimes ad tutandam patriæ libertatem, proque illa paratos, oppetere periculum veriti (nullibi enim magis trepidarunt) icto cum Florentinis fœdere, abscessere, grandi prius pecuniarum summa eis indicta; Pisis, Liburno, aliisque oppidis ab iis occupatis, quæ ex pacto reddenda erant, minime restitutis. Omitto varias in urbe cædes ac rapinas a Gallis perpetratas; pervetus enim huius gentis est mos obvia quæque pro libidine rapiendi: superbia quoque ac levitas iis potissimum dominatur: perfidiam vero proverbium illud vetus ostendit Fides Gallica, quod prisci, cum alicuius infidelitas notabatur, vulgo usurpabant.

Romam dehinc rex petens, a Pontifice Maximo Alexandro Sexto susceptus, eum blande prius adortus, postmodum suis postulationibus renitentem vi aperta oppugnaturum se minitans, quamplurima ab eo contra Ecclesiasticam libertatem extorsit. Taceo latrocinia homicidiaque innumera intra urbem a suis commissa. Hac relicta, in Regnum proficiscens, illud brevi, nullo obstante, totum fere suam in potestatem redegit, Ducum & Baronum proditione a Ferdinando rege desciscentium: huic enim Alfonsus pater suis armis diffidens paulo ante Regnum tradiderat, Siciliamque desperatis iam rebus, petierat. Capto maiore ex parte Regno tanta cum facilitate, fortunisque fere omnibus spoliato atque exhausto; militibus enim suis nullus erat rapiendi modus, nullus finis præstitutus, nulla cum inimicorum, tum amicorum discretio; in omnes

pari-

pariter sæviebant, Dei ac sanctorum sacrariis nequaquam parcentes, dispositis etiam iuxta altaria equorum præsepibus; sperans eundem in ceteris felicitatis successum, totiusque Italiæ imperio anhelans, magno cum exercitu urbem repetiit, Pontifici multa pollicitus, simulans velle eum in sua vota pellicere, re autem vera oppressurus incautum, quorundam malevolorum susurrationibus stimulatus. Is porro cognita Gallorum astutia, una cum Cardinalibus, vestro quoque ex consilio, ab urbe profugit. Ita dolus dolo elusus.

Verum ubi Galli rem ad vota sua minime cessisse cognorunt, Lombardiam versus infesto agmine contendere existimantes, Novaria ab Aurelianensi Duce iam capta civium proditione, Ludovicum Insubrum Ducem, cuius opera potissime Regnum fuerant assecuti, grata ei rependentes merita, improvisum pœne, nilque tale timentem opprimere. Quid enim ab iis timendum erat quos magna pecuniarum summa, commeatu insuper ac copiis iuvisset, in Etruriam usque comitatus? quemque illorum rex parentem appellare solitus erat? nec immerito, si grati animi fungi officio voluisset. Atque voto fuissent forsan potiti, nisi vestra prudentia mirabilis hæc omnia prævidens illorum consilia interrupisset. Permagnis enim peditum equitumque copiis undique quam celerrime congregatis, nullis tum necessariis, tum utilibus expensis parcentes, impigre strenueque ad Alpium Parmensi agro adiacentium radices occurristis hostibus recentioris fortunæ beneficio tumidis atque elatis, non ad pugnam, sed ad certam prædam ruentibus indubitatamque victoriam; animo enim iamdiu conceperant nullas posse iis vires obstare. Verum aliter evenit, quam putarant. Nam commisso apud Fornovum ingenti prælio, magna edita strage, tandem fuere Italicum robur experti. Rex ipse in ea pugna Ducis vestri exercitus manus vix effu-

effugit. Desperatis demum rebus, maioreque impedimentorum parte amissa, ceteri qui ex pugna superfuere, pendentibus induciis, pro occisorum sepultura dolose meticuloseque petitis, usi, tam noctis, quam Tari fluvii, qui supra modum excreverat, beneficio, clam fugam arripuere; sarcinis armisque gravioribus, ac, quibus tormenta vehebantur, curribus partim relictis, partim in fuga proiectis, quo levius ac expeditius evolarent, magnisque itineribus velocissime fugientes (pedibus enim timor alas addiderat) hostilem tandem vim atque impetum evasere. Plurimum hercle a fortuna adiuti (fluminis enim inundatio vestris obstitit, cum nequiret præ aquarum multitudine pertransiri, quare via persequendi illos fuit præclusa) Gallicarum profecto reliquiarum nihil haberemus, neque hæ Italos amplius exercerent, nisi fortunæ beneficio tam cito evolassent: adeo vestri tum milites, tum duces inflammati erant ad illorum excidium. Permultum fluvio illi debent Galli, cuius munimine mortis periculum effugere, tutumque se in locum recepere.

Hac clade consternatus rex, qui prius totius Italiæ imperium affectabat, cuius arma ac potentiam cuncti pavebant, omnes præ metu mussabant, trepidabaturque quacunque pergebat, inani spe potiundæ Italiæ destitutus, vestris armis illam acriter defensantibus. Siciliæ quoque regno maiori pro parte ab eo deficiente, perosa Gallorum sævitia, icto cum Ludovico fœdere, in Galliam actutum revertit, seminudum secum ducens exercitum ac pœne dilaceratum, fortissimis quibusque in prælio captis, aut desideratis; vix enim tertiam copiarum partem secum reduxit incolumem. Atque hoc magni animi signum videtur esse non parvum, præclarissimi Patres, cum vos parvi Gallos pendentes, pactionibus inter eos ac Ludovicum Ducem initis assentire noluistis, nullamque cum eis confœderationem habere; quin im-

immo illorum proceres militesque variis in locis pro tutela Regni dispositos pro viribus perdere cupientes, permagnas perque opportunas misistis Ferdinando regi suppetias. Qui licet Neapolim compluresque urbes suam in ditionem iam recepisset; perexiguæ tamen sibi vires erant, minusque validæ ad Gallos suis finibus depellendos; præpotentes namque erant, ac secundæ fortunæ beneficio ultra modum elati, munitioresque præterea validioresque urbes tenebant, illasque strenue atque acriter tutabantur. Omnibus quoque erant ob eorum sævitiam formidabiles: maior etiam ac potentior Baronum pars iis adhærebat: perdifficilis itaque videbatur illorum expulsio. Verum Marchione Mantuano Duce vestro magno cum exercitu in Regnum destinato, vestra opera factum est ut Galli, qui se victores ferebant, Atellæ obsidione durissima pressi, brevi fuerint ad turpissimam deditionem coacti: quorum exemplo ceteri Gallorum milites ac duces perterriti, Ferdinando provinciam totam pœne pacatam reliquere, restitutis omnibus quæ tenebant, seminudi fere inermesque abire permissi: Barones etiam qui a rege desciverant, in amicitiam sunt recepti. Ob hoc ergo facinus tam magnanimum, tam memorabile, præclarissimi Patres, parastis vobis cum exterarum nationum complurium, tum vero maxime Italiæ benevolentiam, vestro auspicio e barbarica truculentia liberatæ, tum etiam apud posteros famam immortalem gloriamque perpetuam.

Nunquam typis commissa Oratio est, ac ex uno hoc ipso codice, qui luculentus est, picturisque aureis eleganter ornatus, utpote ipsi Duci Barbadico ab auctore exhibitus, Marco Fuscareno Duci Venetorum eruditissimo innotuit; estque in opere de Litteratura Venetorum ab eo allata (*p. 9. & 333.*), tum ut publicos privatosque mores civitatis ex ea cognosci declararet, tum præsertim ut lites apud magistratus simplicitate eximia agi consuevisse osten-

ostenderet. Dixerat enim Poggius: *Sunt & alii magistratus, in quis iuri reddendo tum civibus, tum peregrinis suus est iudex, neque ille externus; coram quo non libellis, non verborum inanibus formulis, non tabellionum cavillationibus, non iureconsultorum callidis interpretationibus lites protrahuntur immortalesque fiunt; sed ex bono & aequo, secundum civitatis leges causae deciduntur, subtilitate iuris omissa, longisque reiectis ambagibus. Hoc in iudicio adolescentes clientum cum actionibus, tum defensionibus intenti, ita perorandis causis assuescunt, ut operae pretium sit videre illorum perspicaciam ingeniique acumen qua elegantia, qua facundia, qua gravitate agant causas, vel defendant, oratorum facundissimo, vel iurisconsultorum peritissimo cuique nequaquam cessuri*. Auctorem Leoni X. P. M. ab epistolis fuisse, opus de Potestate Papae & Concilii edidisse, ac Romae an. 1522. vita migrasse iam constat (*Negri Scrittori Fiorentini pag*. 254. *Bonamicus De claris Pontificiar. Epistol. scriptorib. p*. 84. 215.). Idem vero sub Ioannis Poggii Florentini nomine librum de Officio Principis, sententiis homine libero dignis refertum, ad Iulium II. P. M. scripsit, typisque Romae dedit anno 1504, qui liber quidem infrequens admodum est.

Cod.

Cod. chartac. in 8. Sæc. XVI. — M.

Marci Antonii Flaminii Annotationum Silvæ duæ ad Leonem X. Pont. Max.

Scripta tibi libro duplici iam plurima sunt, quæ
Silvarum titulo conveniente vocas:
Iuncta meis Decimo quæ per te missa Leoni,
Perpetuum nobis iam peperere decus.

Hæc ad Marcum Antonium filium de Silvis hisce & libris Carminum duobus eodem titulo a se conscriptis Ioannes Antonius Flaminius pater cum dixisset (*Epigrammatum Lib. III. pag.* 108. *ed. Bonon.* 1515.); Francisco Mariæ Mancurtio occasionem præbuere ut M. Antonii Silvas carmine itidem scriptas fuisse putaret, easque ab Observationibus & Annotationibus in varios auctores omnino diversas esse statueret (*Vita M. A. Flaminii &c. p. XXXIX. ed. Comin.* 1743.). De his porro Ioannes Antonius in Dialogo de Educatione Liberorum (*p.* 21. *Ed. Bonon.* 1524.) sic habet: *Sed non paterna tantum monumenta secum filius ad talem Pontificem detulit, sed & sua & proprio elaborata ingenio. Observationes ea fuere, & Annotationes in varios scriptæ auctores; non adolescentuli, sed reconditæ & consummatæ eruditionis opusculum. Quod ubi Pontifex ipse, illo præsente, cœpit legere, tantopere miratus est, ut non esse illam puerilem, sed maturæ ac in studiis consummatæ ætatis doctrinam crederet. Ubi vero cœpit illum super multis interrogare, & experiri an ingenium & verba scriptis responderent, & in omni-*

omnibus plene satisfecisset, stupens aliquandiu siluit; mox Virgilianum de Ascanio versum in illum protulit:

Macte nova virtute puer: sic itur ad astra.

At utrumque testimonium unam eandemque opellam hanc respicit, quam recensere atque typis edere Flaminius pater constituerat (*Io. Ant. Flamin. Epistol. Lib. V. Ep. VIII. p.* 203.): nunquam ea tamen edita in hoc uno codice ad nos pervenit. Id sibi Flaminius filius, quamvis annum ætatis suæ sextum decimum vix supergressus, proposuerat ut crisin in auctores antiquos exerceret, & loca nonnulla emendaret obscuraque illustraret; Politiani, Hermolai Barbari, Sabellici, Beroaldi, Pii, aliorumque Italorum illustrium, qui omnium primi provinciam hanc excoluere, exemplo potissimum incensus. Iam vero quod ab eo tempore, anno nimirum 1514, ad hanc usque ætatem a multis & maximis viris in antiquorum scriptis emendandis explicandisque sedula opera atque accuratissima posita fuerit, vix quidquam superest a Flaminio animadversum, quod alii non dixerint: levissima etiam quædam ab eo sunt observata, quibus vel interpretum Latinorum e Græco, vel typographorum incuria argumentum dederat. Itaque nonnisi pauca hæc luce digna esse mihi videntur; quamvis omnia selecta eruditione conspersa, & cum peritia Latinæ linguæ singulari pertractata probe videam.

MAR-

MARCI ANTONII FLAMINII

In secundam Annotationum Silvam Præfatio Ad Leonem Decimum Pontificem Maximum (1).

„ ECCUM tibi secundam, Princeps Maxime, Annotatio-
„ num Silvam, in qua, fateor, non colliges fructus Poeticæ
„ commentos, Geometriæ limpidos, Musicæ dulces, Diale-
„ cticæ austerulos, Philosophiæ nectareos. Qualiacunque ta-
„ men hæc sint, nihil in eis alienum, omnia ex nostro prom-
„ ptuario: non ex racemulis vicini, sed de vinea nostra hæc
„ racematio. Absit ut canem ego magdalia viventem agam;
„ utpote qui nonnullos ex mortalium fæce odio oderim Va-
„ tiniano, qui Cingali & meri Phrynondæ ex aliorum par-
„ tis Sardanapalitio luxu nepotantur, digni per Iovem lapi-
„ deum qui Bœotiis vaticinentur. Nec vero improbent docti
„ aliqua his silvulis conspergi, quæ pro humilitate aures pro-
„ vectiorum vix subire audeant; siquidem non rudiariis scri-
„ bimus, aut gymnasiarchis, sed rudibus tirunculis, & meis
„ coævis, qui necdum in arenam prodierint, aut se nuda-
„ rint in stadio. Quod si primitiæ hæ nostræ duriores & a-
„ cerbiores videantur, *non id sane me pœnitet; meliora enim*
„ *fore*

(1) *Codex initio mutilus est, atque adeo etiam Præfatio in Silvam primam deficit.*

„ *fore spero quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est,* „ *itidem* (ut non minus scite, quam vere Accius dixit Pa- „ cuvio) *esse aiunt in ingeniis, quæ dura & acerba nascun-* „ *tur, post fiunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur sta-* „ *tim vieta & mollia, atque a principio sunt vivida, non* „ *matura mox fiunt, sed putria* (1). Verum sentiant alii „ quod velint. Mihi sufficiet Principis in encyclopædia emi- „ nentissimi Iudicium *apud posteros, cum obtrectationis,* ut „ ille inquit, *invidia decesserit, industriæ testimonium habi-* „ *turo* (2)".

Silvæ I. Caput VI.

Quanta sit in septem orbis spectaculis scriptorum dissensio.

„ Sumpseram in manibus calamum, variam ex diversis „ auctoribus septem orbis spectaculorum relationem annota- „ turus, cum repente animum subiit satius fore, si prolixi- „ tate evitata, propositæ studerem brevitati. Quæ igitur „ super ea re, nec aconiti sane, observaveram chilonio epi- „ grammate inclusi; quod licet neque elegans, neque lepore „ museo pigmentatum esset, tamen his nostris silvulis inter- „ serendum putavi, ne, dum scilicet obstrigilationes & li- „ vidulorum latratuum scyllas expavesco, studiosæ iuventuti „ non prodessem. Quod si tamen illud cum annis nostris, „ qui modo pueritiam excessere, Critolai libra non indocti, „ nec inhumani perpendere voluerint, non prorsus dignum „ spon-

(1) Apud Gellium Lib. XIII. Cap. 2.
(2) Iustinus Præfat. Histor.

„ spongia, ut spero, indicabunt. Præterea notum est illud
„ Manilianum

„ *Ornari res ipsa negat, contenta doceri.*

„ Verum hæc satis: quæ quidem dixisse volui, ut obiter ea-
„ verem quosdam Homeromastygas. Epigramma nostrum ta-
„ le est:

Si quæ diffusi fuerint miracula mundi
Scire cupis, lector, carmina nostra vide.
Cornea Loxiæ sunt hæc altaria Phœbi:
Et Babyloniaca mœnia celsa Deæ:
Pyramides Memphis, & Medi regia ditis
Aurea, Olympiaci cultaque forma Iovis.
Telchinique Dei moles, ac pensilis hortus,
Et iaculatricis mollia templa Deæ.
Inde Semiramia præceps obeliscus in urbe,
Et Caris demum nota sepulchra ducis.
Hæc discordantes referunt miracula docti,
Dumque volunt septem, dena fuisse vides (1).

(1) Quantum inter se dissideant qui septem orbis miracula statuunt, Allatius in Philonem Byzantium de iis, Staverenius in Hygini Fabulam CCXIII, Montfauconius in Antiquitate explicata T. III. P. I. Lib. V. Cap. I. p. 178. præsertim declarant. In epigrammate Flaminii pro corrupta voce *muli*, quam exhibet codex, *Medi* suffeci; ab Hygino namque inter spectacula posita est *Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis & candidis, vinctis auro*; & a Cassiodoro *Cyri Medorum regis domus, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit* (*Variar. Lib. VII. n.* 15.).

SIL-

Silvæ I. Caput XVII.

Correctus Plutarchi & Hieronymi codex de Ismenia; tum obiter locus in Epistolis Symmachi pensiculatus.

„ APUD Plutarchum latina civitate donatum in libro „ illo aureolo de Tranquillitate animi hæc sunt verba: „ *Idem indignum esse censens, atque vix ferendum, nisi* „ *& propter immensas opes insignis non minus Ismentia* „ *sit, & propter virtutem non minus Epaminunda* (1). „ Ceterum ego cum nusquam Ismentiæ mentionem fieri „ videam, contenderim Ismeniam procliviter librariorum „ incuria in Ismentiam, labili quidem, sed parum ad- „ vertibili, errore transilisse. Siquidem Ismeniam inter „ viros opibus insignes memorat Plato Lib. I. de Repu- „ blica his verbis: So. *Sed nosti cuius mihi esse hæc* „ *sententia videatur, qua iustum asseritur prodesse ami-* „ *cis, inimicis obesse*. Po. *Cuiusnam?* So. *Periandri es-* „ *se existimo, vel Perdicæ, vel Xerxis, vel Ismeniæ The-* „ *bani, aut alterius cuiusdam opulentis viri, maxima se* „ *posse putantis*. Idem in Menone: *Profecto non casu* „ *quodam, aut alicuius largitione opulentus evasit; quem-* „ *admodum nuper Thebanus Ismenias, Polycratis pecunias* „ *nactus*. Ad hoc etiam Plinii verba maxime faciunt; „ quæ in trigesimo & septimo Naturalis Historiæ huius- „ modi sunt: *Nec deinde alia, quæ tradatur, magnope-* „ *re*

(1) Sunt hæc ex interpretatione Budæi, in editione tamen, quam Flaminius videtat, corrupta.

„ *re gemmarum claritas exstat apud auctores, praterquam*
„ *Ismeniam choraulem, multis fulgentibus uti solitum;*
„ *comitante fabula vanitatem eius, indicato in Cypro sex*
„ *aureis denariis smaragdo, in quo fuerat sculpta Amy-*
„ *mone, iussisse numerari*. Compar mendum, sed tamen
„ evidentius, Hieronymi Prologum in Paralipomenon oc-
„ cupavit, ubi sic scriptum invenies: *Et quod nunc* Da-
„ breiamin, *idest* Verba Dierum *interpretatus sum, id-*
„ *circo feci, ut inextricabiles moras & silvam nominum,*
„ *quae scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barba-*
„ *riem apertius & per versuum cola digererem, mihimetipsi*
„ *& meis iuxta Ismenium canens, si aures surdae sunt*
„ *ceterorum*. Ibi minima litterarum immutatione pro *I-*
„ *smeniam, Ismenium* irrepsit. Is enim in tibicinio,
„ Plinii Apuleii Plutarchi & ceterorum monumentis, ca-
„ tervatim celebratur. De quo Symmachus quoque, pu-
„ to, intellexit, cum in Epistolis inquit (*Lib. IX. Ep.*
„ 105.): *Quod si mihi ullus honor testimonii publici af-*
„ *fectandus foret, iudicio tuo & similium contentus esse*
„ *deberem; vel tibicinis exemplo, qui indignatus consi-*
„ *dentium turba, sibi & musis canturiebat*. Sic enim
„ Symmachi verba legenda ex codice manuscripto Lean-
„ dri Alberti, viri doctissimi omnique cum honore no-
„ minandi, non autem, ut in impressis exemplaribus;
„ *vel fidicenis exemplo, qui indignatus confidicenum tur-*
„ *bae, sibi & musis cantum ferebat*. Ceterum ex hoc
„ Symmachiano testimonio ausim affirmare *mihimetipsi &*
„ *musis, iuxta Ismeniam, canens, non meis*, in Hiero-
„ nymo legendum esse.

Silvæ I. Caput XXIV.

De Scriptorum dissensionibus, deque urbis Polæ origine scitu digna.

„ Non possum non mirari, cum aliquando mecum ipse
„ cogito scriptores, nec quidem proletarios, non solum
„ in fabulis recensendis, sed etiam in historia, cuius fi-
„ nis, Strabone teste, est veritas, plerumque dissentire.
„ Hoc, ut in aliis, sic etiam in principiis ac nominibus
„ urbium deducendis sæpe contingit. Utrumque in ur-
„ bium regina totiusque orbis capite Roma factum est,
„ cum alii aliter de eius conditore nominisque origine
„ scripserint; quæ quidem omnia Dionysius Halicarnas-
„ seus in primo Antiquitatum diligentissime exequitur:
„ quanquam proprium Romæ nomen vetitum publicari,
„ ob idque Valerium Soranum neci datum vulgatissimum
„ sit; cuius rei caussam C. Sempronius de origine ur-
„ bis, Macrobius in Cœnis, & alii attulere. Pola quo-
„ que, ut alias omittam, urbs antiquissima, ac Roma-
„ norum secutis sæculis facta colonia idem passa est.
„ Plinius a Colchis conditam scribit, cui & Strabo asti-
„ pulatur libro quinto his verbis: *Pola in sinu portus*
„ *formam habente sita est, parvas quidem, verum fru-*
„ *cticosas & portuosas præseferente insulas. Priscum au-*
„ *tem est id Colchorum ædificium, qui adversus Medeam*
„ *immissi fuerant. Ii votorum impotes & fugæ despera-*
„ *tione solliciti Græcorum quidem lingua Exulum, Col-*
„ *chorum vero sermone Polam appellavere locum, uti Cal-*
„ *limachus commemorat.* Hoc idem & Mela & alii. Ce-
„ terum carmen reverendæ vetustatis nuper inventum est,

„ cui

„ cui titulus est *De Polæ urbis origine*. Id cum Franci-
„ scus Polensis Prætorius scriba Seravalli optimo patri
„ meo Ioanni Antonio Flaminio, viro de litteris (absit
„ arrogantia) benemerito obtulisset, ut verba convulsa,
„ mutilata, & tineis & carie pæne consumpta reforma-
„ ret; ille syllabatim quæque olfactans, omnia tandem,
„ non tamen sine pulvere ac sudore, in pristinum sta-
„ tum pristinamque gratiam vindicavit. Eius carminis
„ auctor, quicunque is fuerit, non illepido aut infirmo
„ argumento Polam non a Colchis, sed ab Argonautis
„ conditam refert; itemque a Polluce, non a Colchorum
„ lingua nomen accepisse. Versus ipsos, quando non pa-
„ rum voluptatis, cum ob antiquitatem, tum ob nito-
„ rem, legentibus allaturi videbantur, his nostris silvulis
„ abigendos non putavi: qui quidem hi sunt.

Pola vetus, te te posuit Iovis inclyta proles
Astrigeri: nondum norant tua litora nomen:
Non cultor, non messor erat: montana colebant
Agrestes tantum Nymphæ loca, monticolæque
Immixti Satyris Fauni, Dryadumque choreis.
Delia lustrabat, pharetramque arcumque sonantem
Attonitæ sensere feræ: per litora passim
Nereidum cantus audiri, & stertere phocæ.
Progenies Iovis huc veniens, quo tempore Colchon
Aesonides adiit Phryxeæ vellera pellis
Ablaturus, ait: Comites, Argiva iuventus,
Hic memorem nostri condamus nominis urbem;
Et si quos longi ceperunt tædia cursus,
Hic maneant, sedemque sibi placidamque quietem
Inveniant. Placuit sententia. Protinus urbem
Ædificant magni Pollucis nomen habentem.
Hic alto primum ponunt delubra Tonanti,
Nec procul armiferæ statuunt Tritonidis arcem

Ee 2 Le-

Legiferamque Deam celebrant, patremque Lyæum,
Neptunique aras in curvo litore condunt.
Crescit opus: longe lateque hæc fama vagatur.
Sic celebrem populis urbem, generique nepotum,
Atque vetustate insignem gens Thessala condit
Ante etiam belli Troiani tempus, & ante
Debita quam diris caderet gens Dardana fatis;
Quam clari imperio reges tenuere vigentem
Legibus, & Divum cultu, & probitate virorum.
Post hæc illustrem magni fecere Quirites,
Cum dominæ facta est Romana colonia gentis.
Sic decus excrevit, sic ingens fama, tenetque
Præclarum in populis per tot iam sæcula nomen (1).

---

(1) Carmen hoc *in pagella conscissa & cariosa vetustate* se legisse, ac vitio librarii locis pluribus depravatum restituisse Flaminius ipse pater affirmat, illudque antiquitatem præ se ferre visum sibi esse declarat (*Epistol. Lib. IV. n. 5. p. 174.*). Idem vero, a me acceptum, vir multa eruditione præstans, quocum amicitiam colui, Io. Augustinus Gradonicus Episcopus Cenetensis edidit in opusculo Novæ collectionis Calogerianæ tomo XXIV. inserto, in quo de Flaminio utroque disseruit: at erroribus maculatum ex codice ms. Bononiensi Bartholomæus Vergottinus in libello de Pola an. 1795. Venetiis impresso iterum dedit. Cererum Carmen inscriptum *Primordia civitatis Polæ* in codice Marciano, sæculo XV. ineunte exarato, exstat; quod quia nonnullis partibus, cum quoad sententias, tum quoad verba, Flaminiano respondet, afferre hic placet, ut quid auctor alter ex altero sumpserit colligi possit, atque ad rem discernendam quicquid superest lectoribus suppetat.

Pollui sub Polluce Pola Iovis inclyta proles.
Nullis adhuc viris ceperant mea litora nomen:
Non sator, non messor erat: nemorosa colebant
Agrestes nymphæ: tempe montana plerumque
Lustrabat Delia, sociis armata pharetris.
Multæ iam cecidere feræ: cantusque sonoros
Nereides & iura dabant in ripis aquarum.
Præcipites illas miro candore vidisses
Exercere ludos, & ubera nuda movere.

Huc

Silvæ II. Caput VII.

De Palamede Sophista, de quo sit apud Apuleium.

„ Apuleius in secunda Oratione sic scriptum ha-
„ bet (1): *Superest ea pars epistolæ, qua similiter pro*
„ *me scripta in memetipsum vertit cornua, ad expellen-*
„ *dum crimen magiæ sedulo omissa, memorabili laude Ru-*
„ *fini vice mutavit; & ultro contrariam mihi opinionem*
„ *quorundam Æensium, quasi mago, quæsivit. Multa*
„ *fando, Maxime, audisti, & plura legendo didicisti,*
„ *non*

Huc unicus rex ipse Pollux his raptis & ardens:
Hic sedem ponamus, ait; delubraque Deum
Statuit, & Palladi Cererique sacravit honores.
Pæana canunt, Iovemque patrem, placidumque Lieum
Dant circum, nomenque sacrant, quod super in astris
Æthereis placido mis fulget nomine regis.
Post hunc me reges multi rexere signanter:
Me coluit Roma. Ludorum aspice molem,
Et excelsa Divum mœnia recolenda trophæis.
Hinc Carlus; Orlandus acer pugnavit, & ingens
Bellum egit, non absque cæde, & horrentia virum
Corpora lapideis cernis tumulata sepulcris.
Ha quam felix, quam dives agris, auroque superba
Stabam, classe potens, armato milite ferox!
Ast quia nil fixum sinit natura deorsum,
Troia ruit, Carthago minax, florentes Athenæ
Mærent, Roma gemit, iam quæ mucrone corusco
Imperio premebat orbem. Sic fletibus usis
Fortuna, currente rota, me volvit ad ima.
Heu quam mentis inops qui se putat esse felicem;
Prosperitate fretus mundana! Heu colligo quantum
Post Zephyros plus lædit hiems, post gaudia quantum
Serius succedant luctus: invenio certum
Fore nihil melius, quam nil habuisse secundum.

(1) *Apologetic. p. 529. Oper. in usum Delphini.*

„ *non pauca experiendo comperisti. Sed enim versutiam* „ *tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam, ne-* „ *gabis te unquam cognovisse. Quis Palamedes, quis Sy-* „ *phax* (1), *quis denique Euribates, aut Phirinondas talem* „ *excogitasset?* Ioannes Baptista Pius, vir utriusque lin- „ guæ callens, ubi *Euribates* & *Phirinondas* legebatur, „ *Eurybatus* & *Phrynondas* reposuit, ingenue fassus de Pa- „ lamede Syphaceque nihil se adhuc comperisse (2): quod „ minime est mirandum, quando, Ausonio teste, *alius a-* „ *lio plura invenire potest, nemo omnia* (3): & ante Auso- „ nium Euripides, ille poetarum omnium, ut Aristoteles „ in Poetica inquit, tragicissimus cecinit Εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ „ ὁρᾷ (4), idest *Unus homo non videt omnia*. At quidam „ magnæ in litteris famæ vir (nomini parco) de Palamede „ Nauplii intelligendum in suis Commentariis putavit (5); „ sed inconsulte, ut mea fert opinio. Cur enim Palame- „ dem ducem inclytissimum, virum sapientissimum, & in „ iuvanda mortalium vita solertissimum, inter homines fa- „ cinorosos tam ignominiose Lucius enumeret? Scito igitur „ de Eleate Palamede intelligendum esse, de quo sic Plato „ meminit in Phædro: *Enimvero Eleatem Palamedem arti-* „ *ficio suo efficere solitum accepimus, ut eadem audientibus* „ *similia & dissimilia, unum & multa, manentia & flu-* „ *entia viderentur* (6). Rufinus ergo huiusce Palamedis præ- „ sti-

---

(1) *Lege* Sisyphus.
(2) *Annotation. posterior. Cap.* 196.
(3) *Epist. ad Symmach. T. I. p. 333. ed. in us. Delph.*
(4) *Phœniss. vers.* 752.
(5) *Philippus Beroaldus in Apuleium de Asino Lib.* 10.
(6) Quod Palamedem Argivum inter homines improbitate insignes enumeraverit, Apuleium reprehendunt etiam Iulianus Floridus (*Edit. in us. Delph. p.* 530.) & Ioannes Pricæus (*in Apologetic. p.* 179.), de Palamede Eleate nil cogitantes.

„ stigia æmulabundus, omissa parte epistolæ, effecerat ut „ quæ defensio fuerat, eadem, manentibus eisdem litteris, „ in accusationem transverteretur; & quæ purgandi gratia „ scripta fuerant eadem immanem invidiam apud imperitos „ concirent. Non dissimilis est Petri Damiani in Maurum „ Episcopum querela“. *Sacri*, inquit, *eloquii flosculos ad pravitatem nostri intellectus inflectimus ; & sic divinis iam obsequiis mancipatum ad mundi volutabrum redire posse docemus : & sæpe quod in ipsa litterarum superficie male sentientis error intelligit, subtiliter perscrutata intentio doctoris evertit : & quod in commate recte sentiri putabatur, considerata diligentius continui textus serie, error fuisse convincitur* (1).

Cod. chartac. in 4. Sæc. XVII. — V.

Ioannis Meursii Cyprus, sive de illius Insulæ rebus & antiquitatibus Libri II. *Autographum secundis curis expolitum*.

Meursii libros de Creta Cypro & Rhodo, post eius obitum, ad autographum, in bibliotheca regia Hafniensi repertum, Ioannes Georgius Grævius anno 1675. Amstelodami primum edidit; iuxtaque impressionem illam inter opera eiusdem auctoris omnia Lamius Florentiæ repræsentavit. Non sine gravi defectu in libro de Creta I, Cap. XI, id factum

---

(1) Petr. Damian. Rhetoricæ Declamationis Invectio in Episcopum Monachos ad sæcul. revocant. Oper. T. III. p. 159. edit. Paris, 1663.

ctum iam equidem deprehenderam; ubi Tabulam fœderum Latios inter & Olontios, a Dominico Molino Senatore Veneto acceptam, se exhibere Meursius ait; quæ tamen neutra in editione apparet. Si Grævio, qui *Diuntem* pro *Oluntem* perperam eo loco edidit, defectum supplere facile non fuerat; at Lamio id non difficile erat. Nam Tabulam ipsam, ex marmore, quo rusticus quidam in agro Cydoniensi, non procul a Salinis, pro mensa utebatur, a Francisco autem Molino, dum pro Rep. Veneta proconsulari imperio Cretæ præesset, ad Dominicum Molinum fratrem, insignem illum sui temporis Mecœnatem, misso, seorsum typis impressam, Edmundus Chishull in Antiquitatibus Asiaticis, Londini anno 1628. editis, iterum dedit (*p.* 134.); Franciscum Molinum anno 1645. Cretæ præfuisse sine teste affirmans, qui tamen anno 1628. duobusque proximis præfuit; ac Michael Maittaire in editione Marmorum Oxoniensium anni 1732. denuo protulit (*p.* 596.). Verum illud maxime Grævium ceterosque de Meursio scriptores latuit, libros de Cypro & Rhodo retractatos ab eo fuisse atque secundis curis expolitos; ut proinde ad absolutam eorundem editionem autographum Hafniense satis opportunum minime esset. Rem compertam faciunt summi viri autographa duo, quæ nunc primum in lucem affero, ex tabulario Reip. secreto, me adnitente, in bibliothecam Marcianam olim translata. Nil mirum extranea hæc apud nos reperta fuisse; quandoquidem Meursius intimam cum Molino amicitiam per litteras coluit, & Cecropiam eidem inscripsit; Senatui autem Veneto Areopagum dicavit, estque ab eo muneribus donatus; ut Ioannes Meursius filius in epistola nuncupatoria libelli, cui titulus *Maiestas Veneta*, an. 1640. Lugduni Batavorum impressi, Senatui eidem Veneto *de insigni propensissimaque munificentia, qua patrem suum* prosecutus fuerat, sibi gratularetur. Vero itaque simile apparet autographa hæc de Cypro & Rhodo, cum alio

for-

fortasse de Creta, ex altera recensione, a Meursio patre, vel filio ad Senatum Venetum inscripta & missa eo consilio fuisse, ut eius auctoritate in lucem emitterentur. Operis de Creta autographum, quod frustra quæsivi, si quando se in conspectum præbeat, epistola nuncupatoria; vel scriptione alia, rem declarare posset. Interea ex iis quæ ad libros de Cypro & Rhodo emendandos augendosque auctor eruditissimus adscripsit, selecta quædam profero: cetera vero; quæ adiecit, vel alio loco posuit, prætermitto; iis in nova librorum editione loco opportuniore relicto.

Lib. I. Cap. 8. post *Causam rei pluribus Herodotus refert eo loco*. Addendum „ At constanter pluribus locis apud eun- „ dem ita nomen eius scribitur; ut & apud Ioannem Tzet- „ zen tribus locis, Var. Histor. Chil. IV. Itaque non recte „ est apud Athenagoram, Ὀνησίλαον: Verba eius, de hoc „ ipso inter divos relato, exstant in Legatione pro Chri- „ stianis. Ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν, Κελέον, καὶ Μετάνειραν, ἱ- „ δρυνται θεὺς· Σικελοὶ, Φίλιππον τὸν Βυτακίδε· Ὀνησίλαον, „ Ἀμαθέσιοι. *Sed Athenienses quidem, Celeum, & Meta-* „ *niram, inter Deos statuerunt; Siculi, Philippum Butaci-* „ *dæ filium, Onesilaum Amathusii*. Rescribendum: Ὀνήσι- „ λον, Ἀμαθέσιοι. *Onesilum, Amathusii* “. Iupiter quo- „ que &c.

Lib. I. Cap. 11. post *Inde vero oriundi viri clari, Aristocles, & Cleo, de quibus postea:* „ Inde etiam Pasiera- „ tes, Cypriæ quinqueremis auctor, qui Alexandro Magno „ militans, in oppugnatione Tyri, una cum Prytagora rege „ & Androcle Amathusio, itidem quinqueremis ductore, a „ Tyriis erumpentibus mersus memoratur ab Arriano, Lib. „ II. Τήν τε Πρυταγόρυ τῦ βασιλέως πεντήρη εὐθὺς ἀπὸ τῆς „ πρώτης ἐμβολῆς (οἱ Τύριοι) κατέδυσαν, καὶ τὴν Ἀνδρο- „ κλέυς τῦ Ἀμαθυσίυ, καὶ τὴν Πασικράτυς τῦ Κεριέως. *Pry-* „ *tagoræ quoque regis quinqueremem, primo statim impetu,*

„ (*Ty-*

„ (*Tyrii*) *demergunt : simulque Androclis Amathusii* , *&*
„ *Pasicratis Curiensis* . Ita enim illic scribo , non Θουρίου ,
„ *Thuriensis* , sicut editur . Nam Prytagoras , ut apparet ex
„ præcedentibus , Cypri rex erat , & auxiliarem inde Ale-
„ xandro classem adduxerat ; ac ductores , inter ceteros ,
„ Androclem Amathusium , & Pasicratem Curiensem : Thu-
„ rienses vero , uti notum , in Italia erant . Sub Christia-
„ nis , episcopatus illic fuit ; legiturque in Actis Synodi E-
„ phesinæ : Ζήνων ἐπίσκοπος πόλεως Κουρίου τῆς Κύπρου . *Zeno*
„ *Episcopus Curii* , *urbis Cypri* " . Cyprus ; a qua insulæ
nomen &c.

Lib. I. Cap. 13. post *Sozomenus lib. V. cap. X.* „ Leuco-
„ la . Plinius lib. V. cap. XXXI . *Deinde contra Tauri pro-*
„ *montorium* , *pestiferæ navigantibus* , *Chelidoniæ* ; *totidem*
„ *ab illis* , *cum oppido Leucola* " .

Capite eodem post *Postquam erat Agidus* . „ Neapolis ,
„ episcopi postea sedes facta : eiusque & Leontii item , illic
„ episcopi , meminit Synodus Nicæna II , sive Œcumenica
„ VII , Act. IV . Βίβλον ἔχομεν ἐπὶ χεῖρας τοῦ μακαρίου
„ Λεοντίου , ἐπισκόπου Νεαπόλεως τῆς Κύπρου , καὶ ἀξιοῦμεν ἀνα-
„ γνωσθῆναι αὐτήν . *Librum habemus in manibus beati Leon-*
„ *tii episcopi Neapoleos Cypri* , *&* *cupimus eum legi* . Sige-
„ bertus , De Viris illustr. cap. LVII. *Leontius* , *Neapolis*
„ *Cypriorum insulæ episcopus* , *scripsit vitam Ioannis Ale-*
„ *xandrini episcopi* . Meminit eius Synodus Parisiensis , &
„ Simeon Metaphrastes in Vita S. Simeonis Abbatis " . *Ne-*
mobus &c.

Capite eodem , post *Vide Strabonem lib. XIV.* „ Pana-
„ crum . Stephanus . Ἔστι δὲ καὶ Πάνακρον πόλις Κύπρου .
„ *Est vero & Panacrum urbs Cypri* " . *Panarctum* &c.

Lib. II. Cap. I. post Hesychius Βομβοία , ἡ κολυμβὰς ἐ-
λαία παρὰ Κυπρίοις . *Bombœa* , *conditanea olea apud Cyprios* .
„ Sed corruptum locum puto , & emendandum , Βομβυλία :

„ a

„ a Βομβύλῃ, quæ ampulla olearia". *Tertio loco &c.* De emendatione etiam rubrica Capitis in editione indicium fert.

Lib. II. Cap. 11. post *Clemens Pædag. lib. III. Cap. VI.* „ Hinc Libanius capiendus, in Orat. De Vita sua. Ἐγὼ „ *μεὶ ἐν αὐτὸν εἴων ἄρχειν, καὶ γίνεσθαι Κινύραν. Equidem* „ *ipsum imperare permittebam, & fieri Cinyram*". Videndus quoque Suidas &c.

Lib. II. Cap. 13. post *sicut tradit Aristoteles*, „ Ioannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. III. Cap. CXV.

„ Τίμαρχον, τὸν πατέρα δὲ Κυπρίου Νικοκλέους,
„ Ἀριστοτέλης γέγραφε δίστοιχον τοῖς ὀδοῦσιν
„ *Timarchum, patrem vero Cyprii Nicoclis,*
„ *Aristoteles scripsit duos habuisse ordines dentium.*

„ ita corrigo: male enim illic editur, Τρίμαρχον, Trimar- „ chum". Sed videtur &c.

Lib. II. Cap. 18. cuius sub finem loca Tzetzis & Strabonis, quæ tantum indicata erant, integra inserta sunt, post verba *Mihi quidem sic videtur: si quis melius divinaverit, eum non invitus sequar.* „ Quanquam illud item o- „ biter monitum velim, mentionem Lebunis cuiusdam face- „ re Nicetam Choniatem lib. de gestis Ioannis Comneni „ Imp. & De rebus Alexii Angeli lib. III." *Sed Sibyllæ vaticinium &c.*

Lib. II. Cap. 29. quod ob novum ordinem inductum est 27, post *Ait vero Asclepiades in Opere De Cypro & Phœnice*, hæc. „ Etiam, Vitam Alexandri; ut videmus in ci- „ tatis Arriani verbis. Fuit autem Citiensis; & in arte „ medica eximius fuit. Meminit eius Cælius Aurelianus, „ De morbis acutis lib. III. cap. V. *Discernitur etiam pa-* „ *ralysi apoplexia, quanquam idem multis videatur veteri-* „ *bus, ut Hippocrati, & Diocli, & Praxagoræ, & A-* „ *sclepiadi Citiensi.* Ita enim illic scribo: male editur *Ti-* „ *tiensi.* At scripta inedita eiusdem plurima commemoran- „ tur

„ tur passim ab eodem Aureliano, Celso, & aliis; de qui-
„ bus plene in Bibliotheca mea Græca". *Barnabas &c.*

Lib. II. Cap. 30. iuxta codicem manuscriptum, quod vigesimo quinto editionis respondet, ubi de vocabulis Cypriorum peculiaribus, post *Morum enim Cyprii acutum dicunt*.
„ Πρύλις. Pyrrhicha saltatio. Scholiastes Pindari, Pyth.
„ Od. 11. Ἀριστοτέλης δὲ, πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρο-
„ κλέους πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φη-
„ σὶ πρύλιν λέγεσθαι. *Aristoteles vero primum ait Achillem*
„ *ad Patrocli rogum saltasse pyrrhicam, quam Cyprios tra-*
„ *dit prylin vocare*". Ῥεῖος. Invalidus &c.

Historiam Cypri ab ultima antiquitate ad annum 1788, lingua Græco-vulgari scripsit Cyprianus Archimandrita Cyprius, eoque anno Venetiis typis emisit: præsertim ex Meursio vetera monumenta ipse hausit, ac recentiorum temporum res, magna conquisitione facta, fuse enarravit.

Cod. chartac. in 4. Sæc. XVII. — V.

IOANNIS MEURSII Rhodus; sive de illius Urbis, insulæque rebus memoratu dignis Libri II. *Autographum secundis curis expolitum.*

Lib. I. Cap. 1. post *Olim eas pertractaverat* „ Dionysius
„ Thrax. Stephanus, Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ, ἐν τῷ περὶ Ῥό-
„ δου, ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου πτώσεως. Dionysius vero
„ Thrax libro de Rhodo, a Bellerophontis casu". Epime-
„ nides &c.

Lib. I. Cap. 6. post *Corydala, urbs Rhodiorum*. „ The-
„ ra quoque, ab eodem Stephano commemoratur in Θήρα.
Ἔστι καὶ Ῥόδου πόλις (ἡ Θήρα) ταπεινή. *Est etiam Rhodi urbs*
„ (*Thera*) *humilis*". Inde Cercaphi &c.

Ca-

Capite eodem, post *atque Deæ simulacrum dedicavit*, „ Apollodorus de solo simulacro ait lib. II. Προσάγων δὲ „ (ὁ Δαναὸς) Ῥόδῳ, τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἱδρύ- „ σατο. Inde vero Rhodum appellens, (Danaus) Mi- „ nervæ Lindiæ simulacrum dedicavit“. A Danao au- „ tem &c.

Capite eodem post *Apollinem Telchinium cognominatum*. „ Etiam Apollo Λοίμιος ibi cultus. Macrobius Saturn. lib. I. „ cap. XVII. *Lindii colunt Apollinem* Λοίμιον, *hoc cogno-* „ *mine finita pestilentia nuncupatum*“. Minervæ vero &c.

Caput idem ita in codice desinit. „ Varias Parrhasii pi- „ cturas etiam hic fuisse, discimus ex Athenæo lib. XV. In „ his Hercules memoratur; ita pictus, ut in somno ipsum „ viderat. Plinius lib. XXXV. cap. X. ubi de eo verba „ facit. *Super omnia*, *Apollinis se radice ortum*: & *Her-* „ *culem*, *qui est Lindi*, *talem a se pictum*, *qualem sæpe* „ *in quiete vidisset*. Idem memorat, & subscriptum illi di- „ stichon, Athenæus lib. XII.“.

Lib. I. Cap. 8. post & *Ixius Apollo*. „ Ergo apud „ Strabonem quoque rescribendum erit Ἰξίαι“. Inde est „ mons &c.

Lib. I. Cap. 9. post *Apud Camirenses vero*, *Iunonem* (*cognominatam*) *Telchiniam*. „ Apollo item, ἐπιμήλιος co- „ gnomento. Macrobius Saturn. lib. I. cap. XVII. *Præ-* „ *terea ædes*, *ut ovium pastoris*, *sunt apud Camirenses*, ἐ- „ πιμηλίῳ; *apud Naxios*, ποιμνίῳ. Etiam ἀειγενετής. Idem „ Macrobius eodem libro atque capite. *Camirenses*, *qui* „ *sacram Soli incolunt insulam*, ἀειγενετῇ *Apollini immo-* „ *lant*. Ita locum illum corrigo: nam Camerienses, ut e- „ ditur hactenus, in Italia sunt. Soli vero sacram insulam „ dicit Rhodum, in qua siti Camirenses. Vide supra Cap. „ II.“. Ialysi vero &c.

Lib. I. Cap. 18. addendum in fine „ Videtur & Arme-

„ nia

„ nia Rhodiorum esse colonia : quippe ab Armeno Rhodio
„ nomen consecuta. Stephanus indicat. Ἀρμενία, χώρα
„ πλησίον τῶν Περσῶν, ἀπὸ Ἀρμενίου Ῥοδίου. ὡς Ἀντίπατρος
„ ἐν τρίτῳ περὶ Ῥόδου. Armenia regio *vicina Persis : ut*
„ *Antipater refert libro tertio De Rhodo*".

Capite eodem post *Et Pausanias, in Messenicis, nominat nobis Damagetum, Ialysi regem.* „ Quin Enæsimus et-
„ iam quidam hic tyrannidem exercuit, circa Olympiadem
„ LXXIII, antea apud Hippocratem, Gelæ tyrannum, e-
„ minens auctoritate & potentia. Scholiastes Hermogenis
„ in Prolegomenis. Γέλα, πόλις ἐςὶ τῆς Σικελίας. ταύτης
„ τύραννος ἐγένετο Ἱπποκράτης τις. τοῦτον περὶ δυναςεύουσι δύο
„ τινὲς, Γέλων, καὶ Ἐναίσιμος. καὶ δὴ ἀποθανόντος τοῦ Ἱππο-
„ κράτους, ἐπεθύμησαν οὗτοι οἱ παραδρεύοντες τῆς τυραννίδος.
„ καὶ ὁ μὲν Ἐναίσιμος, ἔρχεται εἰς τὴν Ῥόδον, κἀκεῖ τυραννεῖ
„ τῶν ἰδίων πολιτῶν· ἦν γὰρ Ῥόδιος. ὁ δὲ Γέλων ἔμεινε βασι-
„ λεύων ἐν τῇ Γέλᾳ τῇ πόλει. *Gela, urbs est Siciliæ. Hu-*
„ *ius tyrannus erat Hippocrates quidam. Circa ipsum duo*
„ *quidam, Gelo & Enæsimus, plurimum poterant, &*
„ *Hippocrate defuncto, qui apud eum potestate eminuerant,*
„ *tyrannidem ipsi affectabant. Et Enæsimus quidem, Rho-*
„ *dum abiit, & in cives illic suos, siquidem Rhodius ipse*
„ *erat, tyrannidem exercet : Gelo vero, regnum Gelæ obti-*
„ *nebat.* Cæteroquin, post sublatos illic reges, regimen te-
„ nebat populus". Id videre est apud Sallustium De Rep. Ord. ep. 11. &c.

Lib. II. Cap. 17. iuxta Codicem MS. quod tertio editionis respondet, ubi de Lingua Rhodiorum, hæc inserenda.
„ Καυρίας appellabatur ventus Boreas, quod a Cauno spira-
„ ret. Aristoteles in fragmento libri de signis, ubi de ven-
„ tis agit. Βοῤῥᾶς. οὗτος μὲν ἐν Μάλλῳ, Παγρεύς· ἐν δὲ Ῥό-
„ δῳ, Καυρίας· πνεῖ γὰρ ἀπὸ Καύνου. *Boreas. Hic in Mal-*
„ *lo quidem Pagreus dicitur; in Rhodo vero, Caunias : spi-*

„ *rat*

„ *rat enim a Cauno*. Ῥυμὸς, pondus quoddam erat. Suidas. Ῥυμὸς, σταθμίον τι παρὰ Ῥοδίοις. *Rhymus, pondus quoddam apud Rhodios*. Φάλαινα, pyrausta. Scholiastes Nicandri ad Theriaca Φάλαινα δὲ, Ῥοδίων ἐστὶν ὄνομα. οὕτω γὰρ αὐτοὶ τὰ περὶ τοὺς λύχνους πετόμενα θηρία καλοῦσι. *Phalæna vero, Rhodiorum est vocabulum. Ita enim ipsi vocant animalcula volitantia circa candelas*".

Cod. chartac. in fol. Sæc. XVII.—C.

Octaviani Boni Patritii Veneti Historia belli inter Turcas & Persas, ab an. 1603. ad an. 1606.

Ut Marcum Fuscarenum Venetiarum Principem, scriptorem de litteratura patria eximium, magno in errore deprehenderem, codicis huius inspectio effecit. Didicerat nimirum Fuscarenus ex Aloysii Lollini Carmine in obitu Octaviani Boni Historiam bellorum a Turcis in Pannonia & in Perside gestorum scriptam ab hoc fuisse: bella enim ipsa ubi commemorasset, Bonum ita is alloquebatur:

Consulis ævo
Cum tu hæc bella stilo condis, cupidisque legendi
Das libanda tuis.

Nihil præterea de opere illo se novisse Fuscarenus, aperte prodit. Atqui hunc ipsum codicem, titulo carentem suo, tunc a Iacobo Superantio Senatore possessum, idem versavit, & cuiusnam rei scriptum inesset probe intellexit: tantum tamen abfuit ut Bonum auctorem cognosceret, ut Nicolai Contareni veluti auctoris nomen manu recenti ad initium fal-

falso impositum reiiciens, errore graviori Franciscum Contarenum, quem domi forisque rempublicam cum laude gessisse, & ad principatum etiam evectum fuisse scimus, sed litteris clarum nunquam accepimus, auctorem in Historia ipsa reperisse sibi visus fuerit (*Della Letteratura Veneziana* p. 412. 448.). Offendit utique Fuscarenus ad hunc locum sub initium operis, ubi auctor se Contarenum in legatione Turcica excepisse declarat: *Regnabat, quo tempore ad legationem accessi, Acomates primus huius nominis Imperator, qui in Mahemetis nuper defuncti paterno solio assumptus, Principum Oratores officii gratia Byzantium confluentes, solemni de more, ceremonia excipiebat: quos tamen ea humanitate admittebat, quæ severam quandam dignitatem potius, quam comitatem redoleret. Alacrius autem præ ceteris excepisse visus est Ioannem Mocenicum Equitem, qui itineris nostri comes gratulationis partes Veneti Senatus nomine impleturus advenerat: qui ut erat legationibus obeundis egregie versatus, officio eleganter peracto, nedum Regis gratiam donis honorificis declaratam, sed & patrii fœderis confirmationem, prompte ab ipso Rege sancitam, Venetias retulit. Comitem, dum regrederetur, habuit Franciscum Contarenum Equitem antecessorem meum, qui legatione summa virtute atque prudentia functus, antequam abscederet, accurata instructione nobis impendentium rerum documenta reliquit.* Hæc qui conferat vel cum Historia Veneta Andreæ Mauroceni (*Lib. XVI. T. III. p. 296. & seq.*), ab Octaviano Bono scripta illa fuisse statim intelligit. Ait siquidem Maurocenus: *Anni vero insequentis initio, qui a parta salute MDCIIII. fuit, a Francisco Contareno, Reipublicæ Legato, Byzantio litteræ allatæ, Mehemetem Turcarum Regem XIII. Kal. Ian. repente, nullo præveniente morbo, e vita sublatum . . . Senatus extra ordinem legatum, qui & aditum regnum A-*

cho-

chomati gratularetur, & pacem renovaret, Ioannem Mocenicum Equitem legat.... Interea Ioannes Mocenicus, ad Achomatem designatus, una cum Octaviano Bono, in legatione continua Francisco Contareno suffecto, VIII. Id. Sept. Iusti Antonii Bellenii, damnatorum remigum praefecti, praetoriam conscendit.

Novum itaque opus, inter deperdita, vel saltem abdita hucusque relatum, licet non absolutum, codex hic antographus offert: cuius grave admodum initium, speciminis gratia, proferre interest.

„ Turcarum audax hominum genus ac expeditum, ex Scy-
„ thicis finibus olim erumpens, nullas statutas terras inco-
„ luit; sed vagis ac errabundis itineribus Asiaticas regiones
„ late peragrans, eas sibi passim stationes deligebat, quae pa-
„ buli fertilitate ac commeatuum copia & genti & iumentis
„ abunde sufficturae viderentur; vi ab invalidis, pretio a va-
„ lidioribus populis necessaria comparantes. Illorum censum
„ tenuis admodum suppellex implebat; plaustro namque, e-
„ quo, arcu, & acinace consistit universa: mollioris vitae
„ commoda generoso quodam contemptu aspernabantur. Mox
„ regnandi libidine correpti, ut est hominum genus ad do-
„ minationem proclive, efferatis corporis viribus audacius
„ freti, in earum provinciarum oppugnationem irruperunt,
„ quas debilioris operis, fertilioris agri reperissent; illarum-
„ que accessione firmata, ceteras felicissimae provinciae regio-
„ nes nullo delectu invadere ac opprimere non dubitarunt:
„ atque ita passim Ottomanae domus pugnacissimi reges, qui
„ ferocissimae gentis ad haec usque tempora imperia tenue-
„ runt, eas sibi opes peperere, ut supra viginti opulentissi-
„ mis regnis subactis, ad eam amplitudinem pervenerint,
„ quae priscae antiquitatis summos reges opibus & potentia
„ superarit, eosque spiritus iam conceperint, ut reliquo ter-
„ rarum orbi clades & exitia minitari videantur. Ad tan-

„ tum fastigii culmen effera gens, utrum militari virtute, „ vel principum fatali desidia, sive irati Dei iudicio sit e- „ vecta, in divinis arcanis relinquamus. Illud certum est, „ tam admirabili Ottomanos principes usos esse felicitate, ut „ quo tempore provinciarum aliquam sibi subigendam pro- „ posuerint, neminem, qui in oppressorum subsidium eo- „ rum conatibus anteiret, repererint; ut nulli mirum vide- „ ri debeat, si immensis viribus in singulos hostes, finiti- „ morum auxilio destitutos, collatis, nullo tantas opes di- „ strahente, eam provinciarum molem, qua potiuntur, Ot- „ tomanæ domus imperio adiecerint. Verum cum humana- „ rum rerum ea sit conditio, ut nulli mortalium vel in „ summo fastigio constituto datum sit constanti ac perpetua „ prosperitate potiri; Achomati tertiodecimo Turcarum Im- „ peratori, ad præteritæ prosperitatis felicitatem vicissim „ temperandam, contigit triplici gravissimorum bellorum di- „ scrimine una tempestate distineri: quæ sic hucusque susti- „ nuit, ut si quid aliunde hostilis rumoris emersisset, tan- „ tam bellorum molem ipsa Ottomanorum potentia minime „ latura fuisse videretur. Tantorum casuum series cum pau- „ cis, ob regionum distantiam, ac Turcarum secreta consi- „ lia, improspera callide supprimentium, innotuerint; non „ ingratam me operam facturum existimavi, si ea quæ per „ tempus, quo Byzantii Legatus Venetus sum commoratus, „ summo studio, nec levi impendio excerpserim, litteris tra- „ derem: ea namque fuerunt & rerum magnitudine, & to- „ tius orbis expectatione, quæ possent remissos quosque a- „ nimos ad eorum investigationem acriter excitare. Quorum „ commentatione intelligent homines nullam vel immensam „ potentiam, prægrandes quascumque opes humanis casibus „ nequaquam eximi, nec minus, quam minora quæque, for- „ tunæ ludibrio circumvolvi: nec obscuriori exemplo perci- „ pient qui ceteris præsunt imperia populorum officioso stu-

dio,

„ dio ac benevolentia constantius, quam metu ac supplicio„ rum severitate, contineri ".

Orditur Bonus historiam ab anno 1603, quo triplici bello Turcas implicitos refert, cum Rodulpho I. Imperatore, cum ipsis Turcarum Regis subditis in Natolia rebellibus, & cum Persa: maxime autem facta eorum cum postremo, ab anno illo ad ann. 1606, enarrat. Licet res toto eo tempore actas, quo Byzantii Legatus Venetus fuit, se scripto complexurum polliceatur, atque adeo a mense Novembri anni 1604, ad mensem Maium anni 1609. historiam persequi debuisset; abruptam eam tamen reliquit. At vero Commentarium de bellis per id temporis a Turcis gestis Italice scripsit; cuius unicum exemplar manuscriptum, nullo titulo notatum, in eadem bibliotheca, in qua reperi Latinam Historiam, vidi atque tractavi, cum eiusmodi initio: *Essendo io capitato in Constantinopoli del 1604. a' primo di Novembre, Bailo per la Serenissima Signoria di Venezia, in compagnia dell' Illustrissimo Sig. Giovanni Motenigo, il qual venne per rallegrarsi dell' assonzione all' Impero con Sultan Achmet, successa dieci mesi prima per la morte di Sultan Mehemet suo padre; dovendomi fermare per qualche tempo alla Porta; ho stimato esser bene in congiuntura de' tempi e negozii di guerre in questo imperio così diversi e importanti, descriver brevemente lo stato nel quale l' ho ritrovato; per poter poi, sopravvanzandomi ozio alcuno dalli negozii pubblici, rappresentare le cose che occorreranno di tempo in tempo, particolarmente nell' Asia; perchè queste, come molto lontane, non possono esser così facilmente descritte, nè con molta certezza intese e sapute da ognuno*. Eius vero finis: *Così dopo finito il corso di mesi 54. del mio carico, licenziatomi dal Re, mi partii da Constantinopoli, per ritornare alla patria: e avendo fatto il viaggio per mare, capitai so-*

 pra

pra il regno di Candia li primo di Marzo 1609, ponendo con il fine del mio Bailaggio fine anco a questa succinta narrazione delle cose occorse in quell' Imperio; e senza fine di dover per tutti li giorni di mia vita render devotissime grazie al Signor Dio, per li inenarrabili e immensi benefizii ricevuti dalla sua infinita bontà; quoniam ad protegendum me dexteram suam extendit. Postquam Commentarium hocce fuse scripserat, Bonum ad Latinam Historiam aggressum puto; factis ex eo in hanc translatis, ac nonnullis etiam digressionibus insertis; quales duæ de stipendiis militaribus, deque ritu nuptiarum apud Turcas potissimum sunt. Certe tamen Italicum opus integritate Latino præstat: hoc rerum delectu & elato dicendi genere illud superat. Tertium quoque opus Turcici argumenti auctor idem fecit, nimirum *Relazione del Serraglio del Gran Turco:* quod manuscriptum in bibliotheca Marciana, apud me, & apud alios exstat.

De Octaviano Bono illud constat, magnum sibi nomen reipublicæ administratione litterarumque studio comparavisse. Magistratus Reipublicæ maiores idem gessit: anno 1601. ad Philippum III. Hispaniarum Regem legationem obiit: postea insulæ Cretæ summo cum imperio præfuit (*Lollini Carmin. p.* 71). Anno 1617. apud Ludovicum XIII. Galliarum Regem Legatum Venetum cum Vincentio Gussonio agens, pacem firmavit (*Siri Memorie T. IV. p.* 242): quo in negotio cum præter facultatem a Senatu acceptam aliquid egisse visus esset, revocatus in patriam est, eique ut se purgaret, præceptum. Fecit id Apologia quadam, quam manuscriptam vidi; eaque se in Reipublicæ gratiam restituit, Rege Galliarum etiam deprecante (*Nani Istoria Veneta T. I. p.* 155. *ed.* 1720). Patavii, ubi litteris operam dederat, anno 1620. ac sequenti Prætorem egit, munere laudabiliter admodum functus; cumque inde abeuntem Ioannes Thuilius

Ma-

Mariæmontanus, Philosophorum Medicorumque Germanorum nomine, laudatione typis edita prosequeretur, inquiebat: *Hinc factum est, ut Turcarum Imperator nihil dubitaverit tibi Gynæcei sui firmissima & nullis adeunda viris claustra reserare, & intima aulæ secreta pandere . . . . Quod si iam aggrederer recensere reliquum virtutum tuarum agmen, clementiam, magnificentiam, mansuetudinem, affabilitatem; si Historiam Persicam contextam, si Gynæceum barbari Thracis descriptum commemorarem, quis dicendi finis foret?* Inscriptionibus positis ea est Prætura honestata; hac præsertim, quæ a Laurentio Pignorio prodiit, estque in eius Miscella Elogiorum & Inscriptionum edita (*pag.* 107): *Octaviano Bono, Equiti splendidissimo, Prætori continentissimo, nato & facto ad omnia quæ recte facienda sunt, supra omnes laudes & omnia exempla conlocato, Iuris utriusque Studiosorum Universitas merenti magis, quam captanti, optime de se merito, venerabunda posuit.* Floruit Bonus virorum doctrina illustrium amicitia, Peirescii, Cornelii Bentivoli Cardinalis, Pauli Sarpii, Pignorii, Tomasini, Pauli Gualdi, Dominici Molini, ac præsertim Aloysii Lollini Episcopi Bellunensis, quocum adolescens Patavii sub Francisco Piccolomineo philosophiæ operam dederat, animique ac studiorum societatem tota vita servavit: itaque de Boni vita libellum Lollinus Italice scripsit, a me visum, nunquam tamen editum, quo mortem anno 1624. obiisse tradit; hanc vero carmine deflevit inter suas Epistolas an. 1631. edito (*p.* 349).

Cod. chartac. in 8. Sæc. XVI. — M.

CARMINA Italorum quorundam illustrium sæculi XVI.

ANDREAE NAUGERII Invitatio ad Fontem. *Et gelidus fons est & nulla salubrior unda* &c. Epigramma est, denuo expolitum cum aliis eiusdem auctoris carminibus editum.

Naugerii Carmina tria, post editionem Vulpiorum fratrum cura ann. 1718. Patavii factam, velut inedita, ex codice Vaticano, cum Viti Iuvenatii Carminibus Neapoli an. 1786. impressis, dedit Franciscus Xaverius Gualterius, nunc Episcopus Aquilanus, vir ingenii elegantissimi, quocum amicitiam colere laudi mihi duco. At eorum secundum epigrammate comprehensum *Dum tibi dona parat &c.* sub Naugerii nomine iam prodierat cum Basilii Zanchii Carminibus an. 1555. Basileæ ab Oporino impressis (*p.* 294). De primo *Vatum pessimus omnium Secundus &c.* an sit Naugerii, vehementer dubito; si quidem illud in Ioannem Secundum Hagiensem sit.

Neque est a Io. Antonio Vulpio silentio prætermissa Virgilii editio præstantissima, Naugerii auxilio an. 1514. Aldi typis facta, ex qua de lectione Virgiliana multo melius sibi constitisse, quam antea divinare licuerat, affirmat vir summus Heynius (*T. I. p. CIII. edit. Virgil. Lips.* 1788); qui nullam eius mentionem a Vulpio factam dixerat, quando hic tamen quæ satis ad rem faciunt attulit. Scilicet in Vita Naugerii inquit (*p. XVII*) : *Mirabile est, quum quotidie plurimum meditaretur, nullumque illi a legendo scribendoque tempus vacuum relinqueretur, quam multa veterum scripta*, Terentii *nimirum*, Lucretii, Virgilii, Horatii, Tibulli, Ovidii, Quintiliani, *ad incorruptorum codicum veritα-*

ritatem exegerit, quos undique studiosissime conquirebat &c. Deinde inter selecta doctorum virorum de Naugerio eiusque scriptis testimonia (*pag. XXVII.*) fragmentum posuit epistolæ nuncupatoriæ Aldi Manutii ad Petrum Bembum, qua Virgilii Carmina Naugerii opera emendatissima ea editione emitti is profitebatur.

Singularia quædam de obitu ac sepultura viri celeberrimi, qui insigni patriæ ornamento fuit, in Ephemeridibus manuscriptis Marini Sanuti Patricii Veneti exstant. Ioannes Niger a secretis Naugerii ad Franciscum I. Galliarum Regem Legati Veneti in epistola ad patrem suum, a Sanuto relata, hæc Blesis VIII. Idib. Maii an. MDXXIX. scribebat: *La malattia di questo povero gentilomo comenzò alli 13. del passato, qual subito fu conosciuta dalli medici che era pestilenziale; e l'ottavo giorno li dettero fuori le pettecchie, e a poco a poco andò sì peggiorando, e la virtù e ardor naturale andò mancando, che questa mattina passò di questa vita nel far del giorno; perdita in vero gravissima a quell' Eccellentissimo Stato di sì degna e rara persona .... Di continuo abbiamo avuto in casa due eccellentissimi medici del Re Cristianissimo, uno Italiano, l'altro Francese; li quali quanti remedii si possono immaginare al mondo hanno fatto in quel misero corpo, nè mai hanno pensato in altro, che in trovar modi e mezzi, per i quali potessero salvar un tanto bene, che nasceva dalla vita di sì preclarissimo gentilomo. Ma da poi che così ha piaciuto al Sommo Creatore, bisogna aver pazienza e tollerar il tutto al meglio si può. E' morto da bonissimo Cristiano, essendo confessato e comunicato, stando nel suo intelletto, e oliato; e mi moritte in braccio. Suo fratello M. Piero si parte, e fa condur il corpo con lui a Venezia, per aver così lui ordinato.* Ipse vero Sanutus hæc ad diem VIII. Id. Iun. MDXXIX. scribit: *Og-*

Oggi gionse in questa terra, venuto di Franza; il corpo di Ser Andrea Navaier morto Orator nostro a Bles. E' in una cassa di piombo, portato insieme con Ser Piero suo fratello, e la sua famiglia, eccetto Zuanne Negro suo Secretario, il qual rimase in Franza. Il qual corpo, così a bocca avendo ordinato, fu posto a Muran in una chiesa chiamata San Martin, de Monache; qual era la sua contrà della sua casa a Muran: & ha ordinato li sia fatto un arca con un epitafio. Nunc vero nullum Naugerii epitaphium exstat, neque unde Hieronymus Ghilinius inscriptionem ei positam, a Vulpio rursus exhibitam, acceperit, deprehendere mihi licuit.

HIERONYMI FRACASTORII Epigramma ad Io. Matthæum Gibertum Episcopum Veronensem. *Naiades hoc, Giberte &c.* Exstat inter Fracastorii opera T. I. p. 154. editionis Cominianæ an. 1739: at quatuor tantummodo prioribus versibus in codice constat.

ANTONII THYLESII Consentini Carmina septem.

Poetæ elegantissimi, licet in argumento tenui semper versati, quæ reperire potuit, tum edita tum inedita, collegit vir ingenio & eruditione præstans Franciscus Daniel, eaque anno 1760. Neapoli typis dedit. Carminum, quæ codex hic habet, duo tantummodo ea editione prodiere, *Arundo* nimirum & Carmen *ad Iulum*. Epigramma de Cupidine errante, initio positum, *Depositis errat facibus levis urbe Cupido &c.*, licet sub Thylesii nomine vulgatum sit cum Sannazarii aliorumque Carminibus an. 1533. Venetiis, Aldi typis, excusis, editorem Neapolitanum fugiit; æque ac tria Thylesii epigrammata inter Coryciana Carmina ann. 1524. Romæ impressa. Quatuor alia, quæ in codice sequuntur, Carmina pro ineditis habeo. Sunt vero

L

I. Sine titulo, at Simonidis Epigramma est de Cupidine a Praxitele sculpta, in Anthologia obvium, sic a Thylesio redditum.

Praxiteles, quem passus erat, bene finxit Amorem,
Ex proprio formam concipiens animo,
Meque mei pretium Phrynæ dedit: amplius arcu
Non utor: qui me conspicit ille furit.

II. Prometheus. Inc.

Dædalus ignipotens devinxit crura Promethei
Compedibus quondam iussu Iovis, unde cruentis &c.

III. Phallus. Inc.

In partes nostri venies quoque, Phalle, libelli,
Peniculisque novisque coloribus oscula pingam &c.

Idyllia duo sunt, de quorum altero quod Thylesio ipsi non omnino placeret, Conradus Gesnerus affirmat in præfatione editionis Basileensis opusculorum Thylesii: de altero, quod Ironiæ titulum adiectum præfert, estque iocis ac lepore conditum, mentio apud neminem fit.

IV. Ad Capyeium Neapolitanum. Inc.

Tristem quando hyemem abs te procul hic ducere cogimur,
Dum belli furor, & dira lues stirpitus interit &c.

Scipioni Capyeio, clari nominis poetæ, cuius sunt carmina omnia Latina Neapoli anno 1594. impressa, & Venetiis an. 1754. recusa, amorem suum & conversationis cum eo fruendæ desiderium Thylesius testatur.

Nar-

Narrationem de Thylesio accuratam cum eiusdem scriptis Franciscus Daniel dedit; ac de eo postmodum fuse & accurate disseruit Mercerius, olim Sancti Legerii Abbas, in opere inscripto *Magasin Encyclopedique* (*Ann. III. T. VI. p.* 351). Allatis ab iis addendum ex Ephemeridibus manuscriptis Marini Sanuti, Thylesium Venetiis, anno 1527, humanas litteras scribis reipublicæ iunioribus publico stipendio tradere cœpisse, idque munus ad an. 1530. gessisse: præterea ad Thylesii res cognoscendas valde opportunum esse Iani Thesei Casoperi Calabri Carmen ad eum anno 1530. missum, quod inter huius Silvas Elegias & Epigrammata Venetiis an. 1535. impressa exstat (*Lib. II. p.* 43).

MARCI ANTONII FLAMINII Carmina duo

Horum prius *Ad Philippum* inscriptum est. Ad Philippum Beroaldum iuniorem, ad Philippum Gerium Pistoriensem, ad Philippum Obermaierum Vindelicum, facultate poetica præstantes omnes, Flaminii Carmina inter impressa exstant: num vero ex illis unum, vel alium quemdam hoc respiciat, minime video. Est illud certe auctore suo dignum, in editione Cominiana utraque an. 1727. & 1743. deest, seque nunc primum, quemadmodum fortasse plerisque aliis, mihi offert: itaque luce, quam ob candorem suavitatemque mereatur, diutius ne careat.

M.

M. Antonii Flaminii.

Scire aveo quid agas rerum, iucunde Philippe,
An te rus habeat, vel seditiosa moretur
Felsina. Rus equidem malim; nil rure beato
Aptius urentes animo divellere curas.
Quamquam, si caræ sequeris præcepta Sibyllæ,
Iamdudum multam populoque urbique salutem
Dixisti, longosque dies, æstumque nocentem
Lusibus & cantu fallis. Nos hic modo versus
Fingimus, & ludicra poemata nunc mala grando
Ne noceat capro facimus pro mitibus uvis,
Nunc leporem cane sectamur, modo fallere visco
Incautas volucres iuvat, aut dormire sub umbra
Qua trepidat blando per levia saxa susurro
Rivulus, & salebris sitientes irrigat herbas.
Sed tamen hæc ingrata fluunt mihi tempora, quod tu
Non ades, & dulces tecum conferre loquelas
Non datur, & iam luna suos bis colligit ignes.
Saltem si qua mihi venisset littera, si quis
Expectata diu de te mandata tulisset,
Hunc equidem possem melius perferre dolorem.
Ergo age, si qua mei superest tibi cura, Philippe,
Si necdum omnino es nostrum illum oblitus amorem,
Scribe aliquid, curasque meas animumque levato.
In primis quid rerum agites nunc scire laboro,

Quid

Quid tibi cum Musis, quarum perculsus amore
Insignem carpis summo ex Helicone coronam,
Dum molles cantas elegos, & Apolline dextro
Victuram celebras per sæcula multa Lycinam?
Ut valet, ut nostri memor est comes? hoc quoque citra
An quicquam pangit docti quod scripta Catulli
Æquet, Turrianumque diu testetur amatum?
Quid Sauromanus, vita mihi carior ipsa,
Tam causas orare bonus, quam dicere iura,
An parat antiquam nunc ire Bianoris urbem?
Dic rogo ne tantum festinet, nam volo secum
Castaliona meum post paucos visere soles.
At tu, quicquid agis, seu te florentis agelli
Gratia nunc retinet, sive urbs invisa moratur,
Vive, vale, & caro si quicquam fidis amico,
Fantinam nostris verbis salvere memento.

Flaminii Carmen posterius *Ad Hieronymum Fracastorium* incipit *Frastori venerande, anima mihi carior ipsa* &c. Prodiit hoc primum veluti a Flaminio scriptum inter *Doctissimorum nostra ætate Italorum Epigrammata*, Ioannis Gagneii opera, sæculo XVI. Parisiis per Nicolaum Divitem impressa in 8. pag. 29. t.: Antonio cuidam Mario Forocorneliensi adscriptum postea est inter Carmina poetarum nobilium Io. Pauli Ubaldini studio Mediolani an. 1563. impressa, in quibus etiam aliud Flaminii Carmen *Iam luculenta, Marce, pecunia &c.* est Mario eidem perperam tributum. Sub huius nomine denuo prodiit in collectione Io. Matthæi Toscani Parisiis an. 1577, cum Fracastorii poematibus an. 1718. a Cominio Patavii impressis (*p.* 173), nec non inter Carmina poetarum Italorum collectionis Florentinæ an. 1720.

(*T*,

(*T. VI. p.* 244). Demum est Antonio Mario Visdomino adiudicatum T. I. p. 183. operum Fracastorii editionis Cominianæ an. 1739. At præterquamquod Flaminio idem tribuunt codices tres sæculo XVI. exarati, iste nimirum, alter Marcianus, tertius apud Contarenos ad D. Mariæ Caritatis Venetiarum; Flaminium eius auctorem suadet Fracastorii carmen ad M. Antonium Flaminium & Galeatium Florimontium T. I. p. 127. operum Fracastorii editionis Vulpiorum impressum, quo responsio ad carmen hoc fieri videtur, potius quam ad Flaminii aliud pag. 160. editionis Cominianæ anni 1743. positum, cui Fracastorium carmine alio T. I. p. 173. editionis Cominianæ respondisse editor putat. Ceterum Antonii Mariæ Visdomini Liguris, qui ante Fracastorium floruit, carmina Bononiæ anno 1482. impressa ab elegantia Flaminiani huiusce longe absunt. Post itaque accuratam operam a Vulpio positam in Flaminii carminibus semel atque iterum colligendis & illustrandis pro Cominianis editionibus, adhuc exquisitiori studio eodem in negotio locum esse intelligi potest. Latuit Vulpium etiam libellus rarissimus inscriptus: *Actii Synceri Sannazarii Odæ. Eiusdem Elegia de Malo Punico. Ioannis Cottæ Carmina. M. Antonii Flaminii Carmina*, cuius in fine exstat *Venetiis. MDXXIX. Mense Decemb.* in 8. quem quidem *in ædibus Aldi & Andreæ Asulani* impressum Maittairius abs re dixit (*in Indice primo Annal. Typ. p.* 315), quod fortasse litteræ cursivæ in eo toto sint. Iambicos versus *Abibo, silvæ, nam Gibertus accivit &c.* idem Vulpio suppeditasset, quos Petrus Antonius Serassius, etsi eiuscemodi rerum apprime eruditus vir esset, pro ineditis dedit cum Carminibus quinque illustrium poetarum, Bergomi an. 1753. impressis.

IULII CAMILLI Carmen ad Petrum Bembum: *Bembe, decus Venetum &c.* Post varias editiones, anno 1719. inter Car-

Carmina illustrium Poetarum Italorum Collectionis Florentinae recusum est T. III. p. 108.

GASPARIS URSINI VELII ad Lazarum Bonamicum Carmen: *Ne tu magnorum vincis* &c. Huius cum proximo Bonamici Carmine amoebaeo Viennae Pannoniae anno 1539. editio facta est, quam insecutae aliae sunt.

LAZARI BONAMICI ad Gasparem Ursinum Velium Carmen: *Longum post tempus* &c.

De Bonamico Bassianensi haec Lilius Gregorius Gyraldus in Dialogo primo de poetis suorum temporum scribebat (*Oper. T. II. p.* 542): *Ostendit ille mihi epigrammata & elegias, ut non multas, ita castas & candidas, qualis scilicet & hominis natura & mores; sed & epistolas carmine Horatiano perscribit.* Carmina eius quotquot reperire potuit Alexander Campesanus eius concivis anno 1574. Venetiis, non sine gravibus mendis, edidit; eademque cum reliquis Bonamici ipsius oratione soluta scriptis, Io. Baptista Vercio, eius itidem concive curante, ann. 1770. & 1786. Venetiis sunt denuo impressa; corruptissime tamen, erroribus iisdem typographicis ex altera editione in altera repetitis. Quaedam variis etiam collectionibus, quas Mazzuchellius & Vercius commonstrant, inserta, non tantis cum erroribus, prodiere. Ineditum unum tantummodo novi, in codice meo saeculi XVI. scriptum, quod profero.

LA-

Lazari Bonamici

Ad Divam Mariam Virginem.

Ex animi sensu quoniam mihi contigit uxor,
Ingenio semper tincta pudore genas,
Et nil sub casto versans nisi pectore honesta,
Digna loquens aliqua semper agensve Dea,
Et sola huic hæret cordi pia cura mariti,
Quæ mihi mens, illi mens quoque firma manet;
Hæc tibi, Diva parens, semper sanctissima virgo,
Dona fero multa, thura Sabæa, prece.
Quod si ex hac fuerit proles suscepta parente,
Quas nato grates, quas tibi, mater, agam?
Sin minus; ipse tamen contentus coniuge tali,
Quas nato grates, quas tibi, mater, agam?
Nam mihi perpetuam licet hinc sperare quietem.
Tu modo da nostros longius ire dies.

Ut scriptoris utroque stilo cultissimi quæ supersunt emendata & expolita nitidis typis rursus edantur, optandum plane est: qua editione etiam epistola eius una ad Lucillum Philaltheum, cum huius epistolis Ticini an. 1564. impressa (*p. 116.*) esset recudenda; æque ac ad Iacobum Sadoletum Cardinalem una, inter eius epistolas obvia etiam in editione Romana an. 1760. (*P. II. p. 416*), tresque aliæ, quas a me acceperat, a Vercio post Bonamici Vitam italice scriptam, editæ (*N. Raccolta Calogeriana T. XXVIII. p. 91*).
Im-

Immo vero & de aliis ad Stanislaum Osium Cardinalem esset quærendum; quarum indicium est in Specimine Catalogi Codd. MSS. bibliothecæ Zaluscianæ an. 1752. Cracoviæ a Io. Daniele Andrea Ianozki edito (*p.* 41). Fortasse etiam, diligenti inquisitione peracta, in bibliothecæ Io. Vincentii Pinellii, viri omni laude dignissimi, reliquiis, quas bibliotheca Ambrosiana Mediolani servat, Bonamici Censura in Paulum Iovium de Piscibus Romanis repeniretur; eius namque in Indice quodam codicum Pinellii, quem manu Laurentii Pignorii scriptum habeo, mentio est. At vero ingens scriptorum eius copia ex bibliotheca eadem sperari posset, si revera inibi tot exstent Epistolæ, Philosophica, Orationes, & Carmina, ut volumina octo conficiant, in Indice, incertæ tamen fidei, a Montfauconio exhibito, relata (*Bibl. MSS. T. I. p.* 519). Certe Orationes aliquas inesse, ex fide Mazzuchellii putandum est; quarum duæ in Ciceronis & Demosthenis interpretatione habitæ, Argentorati typis editæ apparent (*Lipenius Bibl. real. Philos. T. I. p.* 376. *Catalog. bibl. I. Alb. Fabricii P. I. Sect. II. p.* 154). Bonamici autem Vita, a Io. Georgio Eccio, singulari opella an. 1768. Lipsiæ edita, breviter minusque accurate tractata, & a Vercio non bene, licet non semel, descripta, novo esset commentario illustranda. Non illud in ea tacendum, Bonamicum in Orationes Ciceronis Verrinas crisin exercuisse, easque insigniter emaculasse: qua de re monumentum exstat hoc Iani Thesei Casoperi Calabri, qui Bonamicum Patavii docentem audierat, epigrammate, cum eius Silvarum Elegiarum & Epigrammatum libris Venetiis an. 1535. impresso:

Ad

Ad Lazarum Bonum Amicum.

Non sic in Verrem Cicero vehementius, ut tu
Illius in Verrem fulmina tela seris.
Das scriptis animam Ciceronis, Lazare, ut ulla
Fur nequeat medica pellere vulnus ope.
Mille auctor mendis corruptus, at ipse nitorem
Restituis, longe barbariemque fugas.
Multum Arpinatis debent tibi, Lazare, manes,
Manibus a cæcis qui asseruisse potes.
Audio parte alia gratum Demosthena, gratum,
Quod sua in Æschinem tam bene sensa legis,
Dignus, qui geminæ felici dogmate linguæ
Tam raros valeas demeruisse viros.

Io. Benedicti Lampridii Carmina duo, ad Ludovicum Beccatellium & Andream Cornelium: *Lecta fuit postquam tua dulcis epistola nobis* &c. *Andrea, cui maternum genus atque paternum* &c.

Sunt, non tamen sine mendis, inter Lampridii Carmina Venetiis an. 1550. impressa; qua editione quotquot posteris commendata ille statuerat se protulisse Ludovicus Dulcius in epistola nuncupatoria affirmat. Pindari æmulatione, quam Horatii auctoritate minime deterritus potissimum excoluit, eam sibi laudem Lampridius peperit, ut, Ioannis Antonii Vulpii sententia, ceteris omnibus qui Thebanum poetam Latino carmine unquam secuti sunt, palmam facile præripuerit (*Præfat. in Sannazar. edit. Patav.* 1751. *p. XXIV*). Quæ supersunt eius omnia diligenter conquisita & annotationibus illustrata, pro nova editione, a Dominico Mauro Salmasio humaniorum litterarum præceptore in Seminario

Patavino, habeo ego ex munere perdocti & amicissimi hominis Danielis Franciscomi. Lampridii Vita a Salmasio scripta carmina præit, cui dissertationem de Lampridiana Pindari imitatione, adversus Iovium aliosque poetæ osores, is addere constituerat: morte tamen interceptus, neque hanc fecit, neque secundis curis collectionem recensuit. Alia quæ ad rem se obiter mihi offerunt, passim sepono, editioni, si quando fiet, opportuna.

DANIELIS BARBARI ad Ioannem Benedictum Lampridium Carmen. Inc.

Lampridi, studiose, boni verique satelles,
Dum Latio sermone beas Argiva reperta &c.

De eruditione a Lampridio accipienda se magnopere sollicitum Barbarus declarat versibus ineditis, qui ingenium amœnissimum ac iuvenilem animi ardorem ostentant. Auctorem opera magni momenti edita præcipue commendant, Vitruvius explicatus, liber de Perspectiva, & de rebus philosophicis ac rhetoricis alia. Poetica facultate excultus, tum Italica, tum Latina fecit; atque in his Carmen ad Bernardum Naugerium, in Commentario de Codicibus Latinis Nanianis an. 1776. a me editum, & Carmen aliud ad Naugerium eundem pro Venetis ad Imperatorem Turcarum Legatum, in codice olim Apostoli Zeni manuscriptum. Barbari ipsius Patricii Veneti, & Patriarchæ Aquileiensis scripta fere omnia, qui de eo fuse disserit, Mazzuchellius enumerat.

IACOBI PIROVANI ad Aloysium Priulium Carmen. Inc.

Depellit tristi ceu candidus æthere nigras
Adveniens nubes Boreas, cælique serenat &c.

[Aloy-

Aloysium Priulium Venetum Patricium etiam ob felicitatem in carminibus pangendis auctor laudibus extollit: ac exstant equidem carmina eius Latina elegantissima in collectione Io. Matthaei Toscani Parisiis an. 1577. impressa, Florentina an. 1720, & aliis: Priulium, pietate & arcta cum Reginaldo Polo Cardinali amicitia clarum, M. Antonii Flaminii aliorumque sui aevi carmina commendant. Iacobum Pirovanum Mediolanensem Oratorem pro patria ad Carolum V. Imp. affert Argelatus in Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium T. III. p. 1088.

Pauli Manutii ad Benedictum Rhambertum Carmen.

Nemo litteras Latinas attigit, qui eximiam Manutii praestantiam in oratione soluta tractanda non etiam noverit: at poeticae eundem quoque indulgere nonnunquam consuevisse, ob carminum editorum paucitatem, non itidem constat. Quantum equidem video, typis tradita non exstant, nisi hexametra carmina ad eos qui pro Bonfadii salute laborarunt, & epigrammata duo, alterum in Hieronymae Columnae, alterum in Berardini Rotae laudem: quae vel inter Carmina illustrium poetarum Italorum a Io. Matthaeo Toscano collecta & Parisiis an. 1577. impressa (*T. II. p. 171*), cum Carminibus poetarum nobilium a Io. Paulo Ubaldino Mediolani an. 1563. editis (*p. 94*), & in collectione Carminum Italorum Florentina an. 1720. (*T. VI. p. 241*), vel cum Rotae poematibus ann. 1572. & 1726. impressis, librisve aliis prodiere. Eiusdem exstitit olim in bibliotheca Iacobi Superantii Senatoris Veneti locupletissima Carmen ad Philippum Gerium Cosmi Episcopi Fanensis fratrem, cuius initium *O fratre egregio dignissime frater, in una Omnia qui statuis virtute &c.* estque illud mihi tantummodo ex schedis Apostoli Zeni V. C. cognitum. Carmen itaque ad Rhambertum ex hoc ipso codice meo, itidemque Manutii aliud ad

 Guil-

Guillelmum Pactium, quod cum illo ex codice sæc. XVI, a Zeno eodem possesso, iamdiu ego mihi descripseram, proferre lubet, non eo sane consilio, ut Manutium ingenio poetico admodum valuisse ostendam; sed ut scriptor in oratione prosa consumatissimus, & cum paucis admodum ob elegantiam conferendus, idemque artis poeticæ optime gnarus (*Vide dedicat. Oper. Sannazarii edit. Ald.* 1535. *& alias*), qua ratione in hexametris Horatianis versatus sit, manifestum faciam.

Pauli Manutii

Ad Benedictum Rhambertum.

Quis, Rhamberte, Deus mihi te nunc abstulit? aut quid
Esse tibi potuit tanti; ut tam dira marisque
Terrarum pericla nihil metuens, & amicos
Et patrias cuperes hoc tempore linquere sedes?
Scilicet est aliquid Patrum Venetique Senatus
Turcarum ad Regem, dices, mandata referre.
Est, fateor, Rhamberte, aliquid, neque munera tanta
Fas tibi contempsisse fuit, cum præcipue tam
Egregium in te huius præferrent urbis amorem:
Sed tamen haud ullos unquam titulos, nec honores
Prætulerim Musis, non si mihi ditia magni
Regna Midæ, aut Crœsi proponas. Sic & apud te
Esse nihil debet pluris virtute, nec æquum est,
Dum sequeris popularem auram, plebisque favorem,
Te penitus doctæ contemnere Palladis artes;

Quin

Quin potius famæ raptus melioris amore,
Quid deceat quærens, quid rectum, quid sit honestum,
Hisque colens animum studiis, nil cetera curans,
Sedulus evolvas magnorum scripta virorum.
Hæc te per gentes, hæc te via ducet ad astra,
Et laudem eximiam feret. Ista vocabula honorum,
Quæ vulgus miratur egens rationis, amatque,
Illustrare homines per se non ipsa potis sunt.
Est verum decus in virtute situm, neque quicquam
Temporis invidiam longi superabit: ubi illam
Tollas, nec diro quicquam nos subtrahet orco.
Quanquam hoc non ego nunc ideo, carissime, dico,
Quod te aliter sentire putem; qui semper amasti
Hæc studia: aut quod perspiciam monitis alienis
Valde opus esse tibi, quem etiam cunctis (ita vivam)
Consilio præferre tuis æqualibus ausim.
Sed me noster amor, non ille quidem inveteratus
Admodum, at ex iis contractus tamen artibus, unde
Nil nisi perfectum emanat, verumque, bonumque.
Noster amor, Benedicte, mihi qui semper inhæret
Defixus mediæ menti, mediisque medullis,
Hoc in sermonis genus impulit ire, verentem
Ne tam excellentis vigor ingenii traheretur
Prorsus ad insanæ stultum ambitionis amorem.
In quo quanquam non opus est ut multa loquamur,
Propterea quod tu satis es prudens, monitorem
Nec tua fert sapientia quenquam; si tamen hac in
Parte etiam nostrum quæris sensum, ista relinques,

Postmodo nolentem quæ te ornamenta sequentur
Sponte sua, & cumulo uberiorem. Colebat agellum
Serranus, parvo contentus rure, aliorum
Deliacas pateras longe aspernatus, & aurum,
Diruta Romanis quod miserat alta Corinthos;
Cum sibi tam tenui versanti in munere fasces
Et Dictaturæ delata insignia vidit.
Illum autem, qui divitias pretiosaque Pyrrhi
Dona fugit, cernis fugientem ut fama sequatur,
Et decus, & nomen nullis delebile seclis.
Ne tibi Manilios ullos loquar, & quibus ipse
Omnia plena vides veterum monumenta virorum.
Tu quomodo hanc spartam suscepisti semel, in qua
Versaris, facito coneris ut illam ita tractes,
Ut cum laude tua contendere in otia possis:
Post autem bene gesta, quæ tibi credita res est,
Redditus ut fueris nobis, patriæque, tuisque,
Utere perpetuo nobis, patriæque, tuisque.

PAU-

PAULI MANUTII

Ad Gulielmum Paccium.

PACCI docte, boni custos, & amator honesti,
Qui patris egregii laudes aequare, & avitam,
Quamvis insignem satis & claram, tamen ipse
Niteris ingenio longe praecellere famam;
Quid tu, dum reliqui feriantur, dic, age, Pacci,
Praeclari interea meditans componis? Adhuc ne
Iuri operam impendis vestro, neque solis in aestu
Tanto intermittis nodosa volumina legum?
An potius culti Ciceronis opuscula versans,
Sedula tanquam apis in prato thyma dulcia carpit,
Sic tu Romani eloquii flores quasi quosdam
Deligis, unde volenti aliquid committere chartis
Vocum electarum mox suppetat ampla supellex?
An mage divino sophiae devinctus amore,
Vel quid Aristoteles magnus praeceperit audis,
Lampridio enarrante, vel aurea scripta Platonis,
Auspicio & ductu Bonamici, agnoscis, ut inde
Ipse petas tibi vivendi recte atque beate
Et rationem & praesidium nunquam periturum?
Felix cui tantum Deus & natura faventes
Indulsere, ut ad haec bona fortunae animique,

In te quæ tam præclara elucere videmus,
Ubertas oti tam larga accederet! In qua
Si non ad te ipsum hæc perscriberem, idest studiorum,
Ad iuvenem ardore incensum, & qui iam obtinuit tum
Naturæ instinctu, tum consuetudine longa,
Nullius ut videat egere hortatibus, utque
Ultro virtutis fortis fidusque satelles
Militet in castris: hæc, inquam, si loqueremur
Cum quovis alio, non tecum, ne sibi deesset
Temporis in tanta & doctorum commoditate
Suaderem. Verum, ut modo diximus, ipse secutus
Invitantis naturæ vestigia, quæ te
Ad patris exemplum cari titulosque vocabat,
Virtutem comitem assumpsisti, plebis inane
Iudicium stultæ deridens, quæ cupit id quo
Ad præsens tantum fruimur tempus, fugit autem
Nobiscum æternos quæ possunt vivere in annos.
O ego, si me istis aliquando exsolvere curis,
In quas non sum equidem, nisi quendam propter amorem
Gloriolæ ingressus vanæ, si dicere verum
Cogor, & optatam possim impetrare quietem;
Quam tibi in his studiis, Gulielme, libenter
Adiungar, tecumque dies & Turriani
In sermone mei consumam! Tunc & avari
Divitias Crassi, tunc & sublimia regum
Atria magnorum spernam, & quæcunque beatus
Munera mittit Arabs nostris regionibus: illa
Sorte satis læta vivam, nihil amplius optans.

Quæ

Quæ quoniam res tum in Diis immortalibus est, tum
In me ipsò posita; ipse quidem òmni opera studioque
Nitar, ut hæc veluti servilia vincula rumpam;
Cœlicolas autem prece casta orabimus, ut ne,
Si petimus rectum, si iusta & honesta rogamus,
Vota leves nostra in ventos patiantur abire.
Interea dum tu Troiani Antenoris urbem
Incolis, Adriacis ego vero versor in oris,
Demus uterque operam, quantum in nobis situm est, ne
Omnino videamur seiuncti, neque muta
Hæc plane a scriptis patiamur tempora labi.

Rhambertum Venetum, ex eorum ordine qui Reip. a secretis erant, de sua eruditione meritum Manutius ita prædicat: *Rhambertus me paulo ætate inferiorem ex vulgata venalium magistrorum disciplina rudem, atque impolitum, erudiebat, & conformabat exemplo* (*Epist. ad Stephan. Saulium*, *Lib. III. n.* 3.). Officia autem Ciceronis eidem inscripta in lucem denuo cum daret, inquit: *Hanc latine scribendi rationem, in qua multi nunc volunt excellere, paucissimi possunt; sic tenes, ut tuis scriptis mihi quidem purius nihil esse videatur*. Pauca, quæ Rhamborti restant, fidem Manutio faciunt. De eo Ioannem Augustinium fuse disserentem legere præstat in volumine secundo operis inscripti *Notizie intorno gli Scrittori Viniziani*, Venetiis an. 1754. impresso.

Guillelmum Pactium Florentinum amicitia sibi iunctum, epistola ad eum Patavii an. 1533. degentem, Manutius declarat (*Lib. IV. Ep.* 50). Eius ingenii elegantiam prodit epi-

epistola, qua triennio post, Patavii itidem commorans, Aristotelis Poeticam ab Alexandro patre Latine redditam Francisco Campano nuncupavit, ac typis Manutianis in lucem emisit.

Hæc Italorum illustrium sæc. XVI. carmina dum profero, subit animum cogitatio de epigrammatibus duobus ineditis adiiciendis IOANNIS COTTAE Ligniacensis, quæ ex collectione carminum variorum in laudem Marini Sanuti anno 1502. Veronæ pro Rep. Veneta Quæstoris, in bibliotheca quadam privata servata, iamdiu mihi descripseram.

IOANNIS COTTAE

Ad Marinum Sanutum Patricium Venetum.

MAGNA quod innumeris implere volumina rebus
Pergis, & immensam colligis historiam:
Quod reseras, tulerint quos Itala regna labores,
Et quæ vexerit Gallicus arva furor:
Quod mare, terribilis quas Thracius occupet urbes,
Quæ Venetus contra fortiter arma ferat:
Denique quod terras ferventia bella per omnes
Prosequere, & scriptis terminus orbis erit;
Grande opus, & cunctis fuerit mirabile seclis,
Et qui perpetuet tempora nostra labor.

At,

At, Sanute, oneri tanto succumbere virtus
Nescia maiorem quem probat esse viro,
Cum fatum superes, æternaque secula condas,
Es Deus, aut equidem te facis ipse Deum.

Ioannis Cottae

De urbis Veronæ & agri pictura Marini Sanuti iussu & impensa ornate composita.

Cum sibi Sanutus Veronæ grata rogaret
Palladia pingi mœnia & arva manu;
Hac tantum tabula cari Dea pressit alumni
Pectora, & iis fecit ectypon e protypis.

Nemo, ut Maffeius Marchio animadvertit (*Verona illustr. P. II. p.* 210), paucis adeo versibus Latinis tantam nominis claritatem est consequutus, quanta Ioannes Cotta floret. Duodetrigesimum annum agens, Viterbii circa an. 1511. cum interiisset, eius pauca, quæ reperiri potuerunt, ut primum prodiere, viri studiosi poeseos, mira eorum dulcedine capti, identidem repræsentarunt. Sunt, ni quidem fallor, primum edita cum Sannazarii poemate de Partu Virginis aliorumque aliis an. 1527, deinde anno sequenti, itidemque an. 1533. Aldi typis in 8. Denuo vulgata sunt libello rarissimo Venetiis an. 1529. mense Decembri in 8, non

non tamen in Aldi officina, excuso, cum Sannazarii Odis & Elegia de Malo Punico, ac M. Antonii Flaminii Carminibus nonnullis; & anno quoque proximo ibidem, per Sabienses fratres, cum Sannazarii poemate eodem, & aliis in 12. Has editiones insecutæ sunt Parisiensis, studio Ioannis Gagneii; per Nicolaum Divitem, cum Doctissimorum Italorum Epigrammatibus, in 8. Veneta an. 1548, Florentina an. 1549. ac duplex itidem Florentina an. 1552, Venetaque an. 1558, in 8. cum Carminibus quinque poetarum illustrium, Parisiensis an. 1560. in 16. in Farragine Poematum ex optimis quibusque poetis excerpta studio Leodegarii a Quercu, Parisiensis alia an. 1576. in 16. cum Carminibus illustrium poetarum Italorum a Io. Matthæo Toscano collectis; Francofurtensis an. 1608. in 16. cum Deliciis CC. poetarum Italorum, per Ranutium Gherum, Patavina an. 1718. in 8. cum Fracastorii Carminibus, studio Io. Antonii Vulpii recensis, Florentina an. 1719. in Collectione Carminum illustrium poetarum Italorum, Coloniensis, facta nimirum Coloniæ agri Vicetini oppido, an. 1760; Vincentio Beninio curante, Veneta an. 1786. in 8. cum Lazari Bonamici Carminibus, ac demum Veronensis an. 1800. in 4. typis Iuliarii elegantibus. At enim in editionibus recentioribus accurate factis nullum carmen ad pervulgata illa accessit: quanquam ex editione Basileensi Carminum Basilii Zanchii an. 1555. (*p.* 280) ac ex Horto Italorum poetarum Ægidii Periandri an. 1567. Francofurti in 8. impresso (*p.* 8.), unum saltem adiici potuisset, cuius initium *Aura en Faveni, mitiorque Caurus &c.* Exstat equidem cum eo & carmen aliud ad Hyellam *Quamvis te peream æque, Hyella, totam* &c. in editione Basileensi sub hisce verbis prolatum *Ioannis Cottæ Veronensis, falso Andreæ Naugerio ascriptum.* Non ego tamen fidenter adeo illud Naugerio auferrem, cum

in

in ipsa prima editione Carminum Orationumque Naugerii, Venetiis an. 1530. ab eius amicis curata, illud etiam cum septem aliis eiusdem ad Hyellam, vel de ea carminibus in lucem prolatum sit. Duorum autem epigrammatum a me editorum quin auctor Cotta sit, non dubitandum: immo doloris, quod pauci admodum eius versus ad nos pervenerint, levamen aliquod ex iis capiendum.

INDEX EORVM

De quibus observatione dignum aliquid dictum est

Ali-

Gal-

Nau-

Pa-

Pla-

Rai-

Sera-

Tibe-

Xe





